De humoribus purgandis liber et de diaeta acutorum libri tres / cum commentariis integris L. Dureti ... Accessit constitutio prima libri secundi Epidemion cum ejusdem auctoris interpretatione. P. Girardetus ... emendavit, in ordinem disribuit [sic], ac primum in lucem protulit; iterum recensuit, emendavit ... J.G. Günz.

Contributors

Hippocrates.
Duret, Louis, 1527-1586.
Girardetus, P.
Günz, J. G.

Publication/Creation

Leipzig : [Breitkopf for Heirs of Lankisch], 1745.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/pbsaaa9e

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

A x 8
Mat. 1 8.
Ligat.

V 4.—

DR. ERNST DARMSTAEDTER
No. 34B
COLLECTION

Ἀλ μήτ γαλδικ

1. περὶ ἐλευθερίων
καὶ γ ι ζ
2. προγνωστικὰ
3. ἀφορισταί
4 περὶ ἀέρων ὑδά
των τόπων
5 περὶ διαίτης
ὀξέων
6 περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ
τραυμάτων

Ἱπποκράτους Κῴου ἅπαντα

περὶ ἀγμῶν
περὶ ἑλκῶν
περὶ φυσῶν παιδίων
περὶ ἱερῆς νούσου
περὶ ἀέρων

Hippocrates II

[116]

HIPPOCRATIS COI

DE

HVMORIBVS

PVRGANDIS

LIBER

ET

DE DIAETA ACVTORVM

LIBRI TRES

CVM

COMMENTARIIS INTEGRIS

LVDOVICI DVRETI SEGVSIANI

ACCESSIT

CONSTITVTIO PRIMA LIBRI SECVNDI

EPIDEMION

CVM EIVSDEM AVCTORIS

INTERPRETATIONE

PETRVS GIRARDETVS

FACVLTAT. MED. PARIS. DOCTOR

EMENDAVIT, IN ORDINEM DISRIBVIT,

AC PRIMVM IN LVCEM PROTVLIT

ITERVM

RECENSVIT, EMENDAVIT, PARAPHRASIN, NOTAS

PRAEFATIONEM ET INDICEM NOVVM

ADIECIT

IVSTVS GODOFREDVS GÜNZ

LIPSIAE

SVMPTIBVS HAEREDVM LANKISIANORVM

MDCCXXXXV.

JH Hartog, MD.

Kommt die Grippe – weh, ach weh,
Bann sie mit Kamillentee.
Mit Pürgieren oder Klärmoren
Musst du streiten
Sonst bist du verloren.
Und bei Zeiten
Dich für den Drät bereiten,
Schütz für Darm und Hals und
Ohren!

Lass die Wissenschaften liegen,
Kant macht heute Rein
Vergnügen.
Plato lass und Sokrates:
Halt dich an Hippokrates!

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

VIRIS

ILLVSTRI ET MAGNIFICIS

AVGVST. FRIDERICO WALTHER

CONSILIARIO AVLAE ET IVSTITIAE
ARCHIATRO REGIO FACVLTATIS MEDICAE
LIPSIENSIS DECANO ET THERAPEVTICES
PROFESSORI ACADEMIAE DECEMVIRO
ET VTRIVSQVE PRINCIPVM COL-
LEGII COLLEGAE

ET

IOANNI ZACHARIAE PLATNER

PATHOLOGIAE PROFESSORI ACADEMIAE
DECEMVIRO ET COLLEGII MAIORIS
PRINCIPIVM SOCIO

PATRONIS OPTIMIS MAXIMIS.

Quod ſoleo equidem, quoties inchoata a me, in hac celeberrima muſarum ſede, Medicinae ſtudia memoria repeto, ſummo felicitatis in loco ponere, contigiſſe mihi Vobis, Viri Illuſtes, magiſtris, ea in arte, vt doctiſſimis, ita pariter fideliſſimis vti, id ſane me, cum re ipſa non poſſem, tamen vt animo erga Vos ſemper gratiſſimo eſſem, impulit, eundemque publico aliquando teſtimonio confirmarem, ſaepius excitauit. Nam, ſi ad humanam felicitatem nihil praeſtantius eſt, quam recte formatum animum, et artibus ſcientiisque inſtructum, habere, quibus ademtis et reipublicae parum vtiles, et vix homines ſumus, illaque nobis inſita diuina vis atque facultas quaſi tollitur, aut ſaltem permultum debilitatur, debet profecto nihil deteſtabilius, quam ingratus hominum erga eos animus eſſe, a quibus ſunt ad veram humanitatem artibus informati. A quo vitio nec ego liber eſſe aliis videri poſſem,

cum, quae ſint eo nomine, maxima in me beneficia, a Vobis, collocata, publice commemorare hucusque neglexerim, niſi ex pluribus, quas habeo, vnam potiſſimam, ad eius excuſationem, cauſſam allegarem. Vt enim de illa, quae a me proficiſcitur, laude non dicam, eam Vobis non poſſe veram laudem eſſe, ſane leuioribus meis ſcriptis, etſi ea Veſtris illuſtribus nominibus inſcriberem, Vos tamen non celebrari pro dignitate, neque conſeruari commode, exhibitorum mihi beneficiorum, memoriam poſſe, intellexi. Cum primum vero Tuo maxime, Magnifice PLATNERE, conſilio auctoritateque, his iterum in lucem emittendis Hippocratis libellis manus admouere coepi, tum etiam de iis Vobis conſecrandis, gratoque adeo meo animo publice teſtificando, cogitaui. Quod enim de meo ad hunc librum acceſſit, tum per ſe adeo multum non eſt, tum plane non debet pro eo haberi, quo aliquid huius libelli praeſtantiae accedere, aut forte etiam decedere de ipſa queat. Quem potuerim vero ad id grauiorem auctorem inuenire, quam ipſum Hippocratem, ſummum omni aetate Medicum? quod ex pluribus eius, admiratione vtique dignis, ſcriptis elegantius, ſuoque auctore dignius, quam illud de Humoribus? ne iam de reliquis adiectis libellis, deque magno Dureto dicam, qui erit paullo poſt magnis etiam laudibus celebrandus. Nequit enim illis Hippocrates non placere, quibus bo-

bonae literae non diſplicent, multoque magis, ſi veram, et priſcam adeo Medicinam recte aeſtiment. Quarum rerum, quam incredibili non modo amore atque ſtudio flagretis, ſed quam perfectam quoque earum cognitionem habeatis, cum ſatis loquantur, quae in omnium manibus ſunt, Veſtra elegantiſſima ſcripta, commemorari ſane a me multis non debet, quod mea laudatione, ſi alterutrum poſſet, his Veſtris virtutibus detraheretur potius aliquid, quam iisdem accederet. Reticere tamen plane non poſſum, diſpulſis illis craſſiſſimis tenebris, quas, etiam ex Medicis, multi bonis literis obducebant, has eſſe a Vobis, vtique apud nos, priſtino nitori reſtitutas, Veſtraque et doctrina et exemplis ita etiamnum eorum auſus atque conatus reprimi, qui, quod ipſi ab literis abhorreant, vellent et aliis haec ſtudia inuiſa reddere, vt iam pauci inueniantur, qui cum caecis illis ductoribus in tenebris oberrare, et remoti ab omni humanitate eſſe, quam in clariſſima Vobiscum luce verſari, malint. Atque ſpes ſane non exigua eſt, modo et alii hoc negotium minus negligerent, fore, vt nos breui ad Celſici aut Ferneliani etiam, ſermonis puritatem peruenieremus, ac praeter exercitationem, horum aſſidua lectione, vt decet, nobis orationem formaremus. De me autem, etſi vereor dicere, tamen, niſi cum exemplum Veſtrum, tum etiam hortationem habuiſſem, quam venerari equidem nunquam deſinam, neque hanc lite-

rarum ſcientiam tenerem, quam in me ſentio admodum exiguam eſſe, neque in Hippocraticam Medicinam tantus in me amor foret, quem profecto exſtingui in me nunquam patiar. Nam de huius praeſtantia, vt iam breuius dicam, quid aliud actum ſuſceptumque a recentioris aetatis excellentiſſimis Medicis fuit quam vt hanc in lucem reuocarent Medicinam? quid, quod Sydenhamius, Bagliui, Boerhaauius et Hoffmannus eo omnia ſua ſtudia, curam cogitationemque intenderunt, vt fere oppreſſam, mancipatamque inanibus Philoſophorum hypotheſibus, Medicinam, liberali cauſſa, in libertatem vindicarent, illamque ſimplicem nobis redderent? Quod qui durius dictum in tot eruditiſſimos Medicos putant, quorum vel Anatomicis vel Phyſiologicis, aliisue inuentis, locupletior facta Medicina ſit, atque ad maiorem veri et certi velut gradum euecta, illi practicam Medicinam a theoretica diſtinguant, ad quam profecto illa inuenta, et quaecunque iam operoſius e Mathematica diſciplina, nec raro ad oſtentationem, peti ſolent, permultum faciunt. Verum de harum rerum vſu, in practica Medicina, propemodum ita ſentio, vt eas ad Chirurgiam maxime neceſſarias, ſed ad internorum morborum curationem, praeter viſcerum inprimis ac vaſorum, neruorumque aliquam cognitionem, et ex his facillime cognoſcendas functiones, ac ſimpliciora Chemica praecepta, quae ad ſuccorum in corpore mixtionem pertinent, parum vtiles eſſe,

esse, existimem. Quocirca etsi, his recentiorum inuentis, ars Medica plurimum aucta atque amplificata est, tamen, nisi haec connexa cum veteri Medicina, et inter se vtraeque aptae sint, recentior illa Medicina antiqua multo inferior erit, et veritas artis, quae exploratissima veteribus, per diuturnam diligentissimamque obseruationem, fuit, maiorem vim illa habebit, quae debet, hac nostra aetate, ex mechanicae disciplinae regulis proficisci. Quae quam parum ad ipsam medendi artem valeant, ignorare non potest is, qui vel semel morbi, ex acutorum genere, effectus in corpore, mirabilemque euentum vidit: adeo prisca Medicina, sine recentiorum inuentis, vtique stare potest, noua Medicina sine antiqua omnino non potest. Quam veterem Medicinam cum Vestra, Viri Illustres, auctoritate, mihi summopere probatam meminerim, eam hac Vestra commendatione, mihi etiam gratissimam fuisse, et pro virili quoque parte excultam, consecratione huius libelli, Vobis significandum existimaui, meque pro hoc quoque beneficii genere, Vobis gratum praebendum. Et cum praeterea, nisi suasu atque iussu inprimis Tuo, Magnifice PLATNERE, hunc laborem suscipere non ausus fuerim, eum in lucem emittere, nisi reddita Tibi dati negotii ratione, iure dubitaui. Quidquid autem in hoc libello praestiti, cum sic fecerim, vti legendum, interpretandumque Hippocratem esse arbitror, de hac re ex-

ponere iam breuiter liceat, non, quod Vos doceri a me posse existimem, quomodo versari in Hippocratis lectione debeatis, a cuius temeritatis suspicione vel Vos Ipsos me liberaturos confido, verum, vt possim proinde a Vobis vel meliorem aliquem modum legendi Hippocratem edoceri, vel in illo magis confirmari.

Mecum vero omnes optaturos existimo, scilicet, quibus bonarum literarum amor est, vt in lectione Hippocratis aliquis non mediocriter versatus, et antiquissimae illius, qua vsus est, graecae linguae, gnarus, plane dilucideque exponeret, quid faciendum sit iis, qui animum adiungere ad principis Medici lectionem velint. Nam quae frequentior caussa est, quamobrem adeo multi, hac nostra aetate, Medici veterem Medicinam vel negligunt, vel plane contemnunt, quam, quod Hippocratem legentibus tantae difficultates occurrunt, vt turbidam inquinatamque aquam, ex plurium recentiorum riuis, haurire, quam eam ex veterum argenteis fontibus, sed ad quos difficilior aditus sit, limpidissimam, bibere malint, et sitim medicae doctrinae exstinguere? Hisque difficultatibus non solum illi deterreri et auocari a veterum lectione, solent, qui vel graecae linguae nimis leuem scientiam, vel minus attentum animum, atque assiduum ad legendum afferunt, verum etiam illi, qui ita praeparati, et plane eo animo accedunt, vt sibi priscae Medicinae notitiam comparare velint.

Quod,

Quod, quo frequentius malum, etiam apud literarum amantiſſimas gentes, eſt, eo magis id ſaepe miratus ſum, Hippocratis ſcripta, vsque ad noſtram aetatem, ſeruata, hominesque inuentos eſſe, qui, in craſſiſſimis illis barbariei tenebris, quibus omne bonarum literarum ſtudium ſepultum iacuit, vel ipſi legere Hippocratem atque deſcribere, vel aliis deſcribendum dare voluerint, aut etiam potuerint, ad hunc laborem ſuſcipiendum, aliquem inuenire; quod ſane mirum eſt, non miraculum illis videri, qui fere diuini aliquid in Hippocrate reſediſſe, exiſtimant. Neque allegari vel Aeſchylus, et Homerus, et Sophocles, et alii antiquiſſimi graeci ſcriptores debent, qui, quod pariter ſeruati ſint, poſſint permagnam, in qua Hippocrates eſt, admirationem minuere. Nam, quod inter Monachos, qui tum ſoli literarum ſtudioſi erant, nonnulli fuerint, qui poetarum, ac praecipue Comicorum et Tragicorum, lectione ſint delectati, quid in ea re ſingulare fuerit, cum ſoleant eiusmodi ſcripta, temporis fallendi cauſſa, vel maxime ab hominibus ſine literis, legi? qui vero ſolidiorem doctrinam, et medicam praecipue, ex βραχυλόγῳ, eamque ob cauſſam, vel Medicis ipſis obſcuro auctore, petendam, profecto parum curant.

Tres autem inprimis res ſunt, quae in Hippocratis lectione non ſolum tirones, verum etiam doctores non raro impediunt, videlicet multae antiquae et penitus obſoletae voces,

ces, atque per Aphoriſmos ſcribendi ratio, tum, quae cum hac arcte coniuncta eſſe videtur, horum ſine ordine combinatio, et minus apta collocandarum enunciationum ratio. Quae res omnes ſemper interpretes et commentatores mire exercuerunt, et in tam diuerſas ſententias abire iuſſerunt, vt de repugnantiis dictorum, quae in Hippocratis ſcriptis inveniantur, alii ſingulares libros conſcripſerint, alii contra in iis ſoluendis redarguendisque priorum ſententiis, plurimum operae poſuerint. Nam, vt de ipſis vocibus, et dictione peculiari, qua et omnes eius aetatis ſcriptores vſi eſſe videntur, tum illa, quae maxime propria Hippocrati fuit, iam equidem nihil dicam, quod de illis Erotianus, Galenus, Ammonius aliique expoſuerunt, ad hanc vero explicandam vires mihi deeſſe ſentio, et Doctiſſimum Trillerum ſpero eſſe, ſuper hac re, aliqua commentaturum, ſaltem de ratione per Aphoriſmos ſcribendi, et ordine in ſcribendo obſeruato, nonnulla afferam. De ipſa vero breuiloquentia, nemo, quod ſpero, dubitabit, qui maxime genuina Hippocratis ſcripta, atque ex his etiam hunc de Humoribus librum, legerit. Cunctae autem propoſitiones vel experientiam continere, vel ex harum vna pluribusque ductae eſſe videntur, quod aeque cum antiquiſſima philoſophandi ratione, quam Hippocratis medicinam faciendi modo, congruit. Quod enim hanc fertur a Philoſophia

ſe-

ſeparaſſe, id tantum ſic egiſſe exiſtimandus eſt, vt plus experientiae accuratae, quam inanibus Philoſophorum argutiis tribueret, quibus impeditior hactenus facta Medicina fuerat, et ſimplicitate ſua, tanquam naturali pulchritudine, orbata. Quam, vt Hippocrates ſaluberrimae arti redderet, eiusque firma, et nullo aeuo ruitura, fundamenta iaceret, inter medicinam faciendum, quam accuratiſſime, omni tempore, ad quascunque in morbo, et aegri rebus, et medicina factas mutationes, animum aduertebat, quasque ex his perſaepe viderat, tanquam experientias, atque ex his ſponte fluentes veritates, ſiue naturam aegri ac morbi, et huius cauſſas, ſiue medicinae indolem aut conuenientem aegro ac morbo, aut aduerſantem, indicarent, ſedulo annotabat, vt ex his adeo genuini illi, et primo ſemper loco, inter Hippocratis ſcripta, habiti, memoriaeque a Medicis mandati Aphoriſmi, orti eſſe videantur. Atque alios libros ex his ſolis, alios vero ita conſtruxit atque compoſuit, vt et alias, ex his plane conſequentes, ſimplicesque veritates adderet, ſermonemque, alias omnino nudum, veſtiret atque aliquantum ornaret, qua tamen re inprimis cauendum eſt ne quis ſe falli patiatur, et nimis ornato ſermone conſtructis libris, inter genuinos Hippocratis, locum concedat, quod hi recentiorem aetatem, qua ſcripti ſint, facile prodant. Quamuis enim negari non poſſit, ſed potius de-

debeat ad recentiorum Medicorum laudem commemorari ac celebrari, cum ſedula horum continuaque diligentia, illarum experientiarum numerum auctum fuiſſe, tum maxime plures etiam inde veritates deductas, tamen, cum ſe illi quoque ita in multis ſeduci probabilitate tanquam veritatis ſpecie, atque, ex novis opinionibus, conſequenda gloria, paſſi fuerint, vt ſimplicium illarum antiquiſſimarumque veritatum vim, permultis coniecturis, fregerint, quae res nobis, tanquam foecundiſſima mater, tam ingentem hypotheſium numerum peperit, laudanda potius priſca illa et Hippocrati fere propria ſcribendi ratio eſt, ac recentiori plane anteferenda. Haec autem legentibus neutiquam tot difficultates, quod ipſa dictio afferre ſolet, cuius vel adeo negligens Hippocrates in ſuis ſcriptis eſſe, etiam a viris, graecae linguae inprimis gnaris, exiſtimatur, vt multis ad vulgares Grammatices regulas offendiſſe videatur, quod frequentem Criticis diſceptandi occaſionem dedit. Accedit denique tertium, quod inter res illas, quae Hippocratis lectionem impeditam efficiunt, numerauimus, ſcilicet ipſa oratio, ſeu propoſitionum conſtructio, eaque omnium maximas ſemper difficultates peperit. Vt enim de quocunque ſermonis ornatu nihil dicam, qui prorſus fere in Hippocratis libris deſideratur, omnem adeo ordinem, nexumque propoſitionum, et inter ſe tamquam continuationem,

ſaepe

ſaepe minus curauit, atque eodem libro non ſolum plures diuerſosque locos tractauit, quod poteſt illo de Oſſibus inſcripto, aliisque libris illuſtrari, verum etiam ſingulos locos, interpoſitis alienis, et non raro longis quaeſtionibus, obſcurauit, de quibus omnibus plane non dubitabit is, qui vel hunc noſtrum de Humoribus, animo attento legerit. Quae res cum a multis interpretibus non animaduerſa fuerit, atque perpenſa, debet profecto mirum non eſſe, hos omnem culpam frequentiſſime in ſcribas librariosque tranſtuliſſe, qui et propoſitiones plures aliquando excidere paſſi ſint, et integros locos, tanquam membra, a ſuis corporibus auulſa, aliis libris vel appoſuerint, vel horum locis interpoſuerint. Eaque de noſtro de Humoribus libro inter alios, inprimis doctiſſimi Foeſii, mens eſt, qui, vt hoc exemplo vtar, ſtatim ab initio, inter tertium et quartum paragraphum, ex Girardeti ordine, ingentem lacunam eſſe exiſtimat. Sed haec, quod ex paraphraſi noſtra patebit, nulla eſt, ſed potius abrupta dictio, cuius plura exempla hoc loco afferri poſſent, niſi fuiſſent hinc inde, in annotationibus, indicata.

Vt autem haec omnia legentibus ſolent multas, vix ſuperandas, difficultates afferre, atque etiam porro afferent, ſic maxime id effecerunt, vt latinae verſiones propemodum obſcuriores graeco textu eſſent, neque ſic leuari lectores poſſent, quin potius magis impedirentur,

rentur, a qua culpa, neque Foeſii verſio, quae tamen omnium optima eſſe fertur, immunis eſſe ſolet. Primo autem omnes Hippocratis verſiones in vniuerſum eo vitio laborare videntur, quod ſunt nimis conciſo ſermone conſcriptae. Nam, ſi in aliis graecis ſcriptoribus difficile eſt, verbum de verbo exprimere, in Hippocrate ſane id debet longe difficillimum, aut plane ἀδύνατον videri, quod antiquiſſimi illius graeci ſermonis breuitas neutiquam cum latinae linguae vbertate comparari poteſt, quo ſane fieri ſolet, vt et ſenſus ipſe non ſatis clare exprimatur, et puritas latinae dictionis deſideretur, cum qua etiam perſpicuitatem ſermonis tolli, neceſſe eſt. Hinc alia vitia, in verſionibus, praecipue ante Foeſium elaboratis, ignorantia graeci ſermonis, videlicet antiquiſſimi illius, ab Hippocrate vſitati, peperit, dum alii non ipſam verborum vim exprimere, ſed vtcunque aſſequi eorum ſenſum ſtuduerunt, alii alienam prorſus et falſam ſignificationem vocibus affingentes, nouum aliquem Hippocratem nobis obtruſerunt, quae vitia inprimis in Calui, Cornarii et Lindenii verſionibus ita occurrunt, vt vel vagum dubiumque ſenſum lectoribus exhibeant, vel tot ipſis difficultates obiiciant, vt multo facilius graecum textum, etſi ſatis obſcurum, quam latinam eius conuerſionem, intelligere, eruereque inde commodum ſenſum queant. Atque ab his vitiis etſi Foeſii verſio quodammodo libera

eſt,

eſt, qui viam, ad antiquiſſimam illam Hippocraticam linguam, primus aperuiſſe videtur, tamen non poteſt ab illo primo vitio, ſcilicet nimia breuitate, liberari. Eſt autem vel Doctiſſimi Trilleri iudicio, omnium fideliſſimus interpres, ac fere timidus, et qui rariſſime audet a graeco textu aliquantum diſcedere, aut illum turbatum orationis ordinem, quod ſaepe videri poſſet, ſolutumue nexum, reſtituere, a qua audacia alii interpretes ſe minus continere potuerunt. Nam duae res ſunt, quae, vt in omnibus verſionibus, ſic etiam in Hippocraticis, magnopere noxiae fuerunt, de plurimis rebus praeconceptae opiniones, ac nimia criticae librariorum audaciae vel etiam negligentiae ſuſpicio. Quae duo ſi quis, Hippocratica ſcripta, in aliam linguam, conuerſurus, ad horum lectionem attulit, omnia vel inuita et reluctantia non potuit non ad ſuam ſententiam accommodare, atque, vt recte procederet oratio, alia emendare, alia expungere, alia interpolare. Atque ſic male tractati Hippocrates, alius ex Calui, alius ex Cornarii, alius ex Lindenii officina, prodierunt, qui plusne noxae, aut vtilitatis Medicae arti attulerint, haud difficulter cognoſcitur. Poteſt autem ex his omnibus, etſi non, quae partes boni interpretis Hippocraticorum librorum ſint, tamen a quibus is ſibi cauere inprimis debeat, facile elucere. Quare ſic animo praeparatum quemuis legere ac relegere totum Hippocra-

tem oportet, vt peculiarem illius dictionem ſibi ex eius ſcriptis inprimis notam faciat. Nam etſi lectorem in ſingulis vocibus egregie iuuare Foeſii Oeconomia poteſt, tumque ex antiquis Galeni, Erotiani, Ammonii aliorumque Lexica, tamen ſingularis, et Hippocrati fere propria, verborum conſtructio, ex his omnibus, diſci non poteſt, neque debet ſemper ad Grammatices regulas examinari, quae potius aliquando ex Hippocrate quaſi emendandae eſſe videntur. Nam, ſi in vniuerſum, vt vere eſt, emendatius aliquod et auctius Lexicon graecum deſideratur, Medico certe, et Hippocratico inprimis, ſi a Foeſiano diſceſſeris, omnino, ſed aegerrime caremus, atque, vt quis graeci ſermonis aeque ac Medicae artis gnarus de eo cogitet, omnes, quibus antiquae Medicinae praeſtantia nota eſt, mecum exoptaturos eſſe, non ſine cauſſa ſpero. Hinc vbi interpres Hippocraticae doctrinae perfectam cognitionem conſequutus eſt, vt ipſi tam notus Hippocrates, ac ſua domus, ſit, tum debet ſane ita in aliam linguam eum conuertere, atque transferre, vt paullo liberior oratio ſit, neque arctis ſimplicis verſionis limitibus cohibita ac circumſcripta. In qua tamen re etiam id inprimis cauendum eſt, ne, dum explicare brevius obſcuriusque dicta velimus, et amplificare, in illud Calui inprimis vitium incurramus, ac vel vtcunque ſenſum exprimamus, vel aliter, ac debeat, lacunas expleamus, aut denique

que ſtudeamus abruptam dictionem male aequalem reddere, totamque orationem connectere. Plus enim eo allaborare interpretem oportet, vt ſumma, qua poteſt, fide, ſenſum auctoris exprimat, quam vt latini ſermonis, vel alius, in quem conuertere auctorem velit, elegantiam aſſequatur, et prae hac, potiores illas boni interpretis partes, negligat. Hac autem lege facta Hippocratis verſio, vt fatentibus omnibus eruditis Medicis, adhuc deſideratur, ſic in lucem emiſſa, ad perficiendam omnem Medicam artem non parum conferret, ſed ſperari ab vno aliquo homine, ac breui tempore, fere non poteſt. Nam, ſi doctiſſimi Viri, et vtriusque linguae inprimis gnari de omni interpretatione id vere iudicarunt, multo facilius eſſe, graecum aliquem auctorem fuſis, neque indoctis, commentariis ornare, aut potius onerare, quam bonam eius verſionem conficere, id ſummo iure affirmari de Hippocrate poſſe, quis eſt, qui dubitat? quisque neſcit, difficillima loca vel leuiter tangi, vel plane negligi a commentatoribus ſolere? ne de inanibus audaciſſimisque Criticorum coniecturis dicam, quibus profecto nihil leuius eſt, nihil factu facilius. Quocirca neque mirandum eſt, tot ſemper doctiſſimos viros operam ſuam, in explicando illuſtrandoque Hippocrate, aeque ac aliis antiquis auctoribus, poſuiſſe, vt iam inter impedimenta potius, quam adiumenta eruditionis, illi commentarii numerari

rari mereantur, neque dubium eſt fore, vt multo plures porro inueniantur, qui ex commentariis potius, inter otia factis, leuem et inconſtantem gloriam, quam veram ſolidamque malint ex bona ſibi conuerſione comparare. Poſſumus autem poſt Mercurialis, et Martiani ac Foeſii aliorumque, in ſingulares Hippocratis libros, conſcriptos commentarios, omnibus poſthac faciendis facile carere, debentque Hippocratis interpretes porro id tantum facere, vt, poſt liberiorem verſionem, quae paraphraſis dici poteſt, obſcuriora loca breuibus ſcholiis explicent, et clara in luce ponant. Quare non video, quod melius iis ad imitandum exemplum proponi queat, quam Celeberrimi Geſneri, qui in Diſſertatione, quam Ψυχαὶ Ἱπποκράτες inſcripſit, hanc, de qua dicimus, viam, primus, in explicando Hippocrate, ingreſſus eſſe videtur, eoque laudem non ſolum Medicorum, verum etiam eruditorum omnium meruiſſe. Cui tamen adiungi quoque meretur Vir clariſſimus, meique amantiſſimus Mackius, qui ante annum, primam partem ſplendidae editionis operum Hippocratis, publicavit. Atque non niſi hac via ad intelligendum Hippocratem, perficiendamque ſalutarem artem perueniri poſſe, exiſtimandum eſt, quod nulli alii antiquo auctori tantum nocere critica audacia videatur, quam quidem Hippocrati, ſiue quem turbatum vulgo exiſtimant, ad ordinis formulas redigere velis, ſiue, quae a conſueta grae-

graeca dictione paullo abhorreant, emendare, ne de Ionica dialecto dicam, ad quam reſtituendam ſumma cautione opus eſt.

Quae omnia, cum tanquam totidem regulae, propoſita fuerint, quas, vel totum Hippocratem, vel ſingulos eius libros edituri, ſeruare ac ſequi deberent, mearum profecto partium fuiſſet, ea praecepta, in edendo hocce libello, quam accuratiſſime tenere. Sed quamuis eo intentum animum habuerim, ac ſtuduerim id opus, ad hanc normam, perficere, tamen tantum abeſt, vt conſequutus hunc finem ſim, vt potius hic labor ſit, tanquam primus tantum conatus, conſiderandus. Nam, etſi perbrevem obſcurumque libellum paraphraſi explicare, illuſtrareque ſtuduerim, tumque in hac, atque paucis illis annotationibus me ab omni critica audacia continuerim, tamen vel maxime eam graecae linguae ſcientiam mihi deeſſe ſenſi, qua poſſem vim, praecipue Hippocraticarum vocum, dictionemque peculiarem aſſequi, et inde inprimis ortos obiectosque, nodos ſoluere. Quod ſi autem quis vtriusque linguae, Medicaeque ſimul artis peritus illam a Dureto confectam verſionem cum hac noſtra paraphraſi contenderit, illam ſaepius verba, non ſenſum reddere, ex hac, etſi non ſemper, auctoris mentem cognoſci poſſe, ſine dubio deprehendet. Nam ſi de vno aliquo ex Hippocratis ſcriptis, vere dici poteſt, id a nullo adhuc Medico, in latinam linguam conuerſum

esse, vt eo legi facilius, clariusque intelligi possit, de hoc nostro sane id adeo verum est, vt parum absit, quin etiam Dureti versio hinc inde paullo obscurior graeco textu sit. Neque vero a Dureti gloria, atque huius libelli praestantia, hoc ipso multum detrahi posse, existimandum est, quae vtraque tanta est, vt, quomodo a me digne laudari queat, plane non videam. Nam qui Dureti in Coacas Praenotiones editum commentarium cum hoc, in librum de Humoribus parato, comparauerit, ei Duretus se in hoc ipse superasse videbitur. Quis autem est inter Medicos, qui non illum in Coacas Praenotiones paratum commentarium, inter omnes, qui in Hippocratis libros perfecti sint, primo loco habeat, aut nulli saltem secundum esse existimet? quisque non nouam eius editionem, qualis ante aliquot annos prodiit, ob raritatem primae, diu ante exoptauit? Quod si autem ea denique vera, et iucundissima laus est, quae ab illis proficiscitur, qui ipsi in laude viuunt, sine dubio, operae pretium facturus sum, si Celeberrimi Trilleri, de hoc nostro Dureti commentario, elogium adduxero, quod tamen Tuo, Magnifice PLATNERE, pace fiat. In literis enim D. XXVIII. April. MDCCXXXVIII. ad Te datis Illustris ille Archiater sic scribit: Ad Dureti commendationem nihil, credo, maius excogitari potest, quam quod magnus Boerhaauius illum noctes diesque versat, vt ipse vidi, quum, ante aliquot annos, eum inuiserem. Vix enim verba

sat

ſat digna, ſatque grauia reperire poterat Venerandus Senex, quibus mihi hunc interioris et ſolidioris Medicinae theſaurum, (ita enim vocabat) commendaret, perpetuaque lectione digniſſimum praedicaret. Cum vero Duretus, pro laudabili eorum temporum more, quo ita Medicam artem tractabant, vt tirones ad Hippocratem, et Galenum, et Celſum, aliosque antiquos Medicos legendos, manuducerent, et quae vel obſcuriora eſſent, commentariis illuſtrarent, vel a veritate aliena, quoque corrigerent, praeter Coacas Praenotiones, etiam alios Hippocratis libros, et inter eos, hunc de Humoribus, ſtudioſis praelegerit, et enarrauerit, tamen morte praeuentus, commentarii edendi curam relinquere filio Ioanni coactus eſt, quo fatis cedente, is ad Girardetum peruenit, eoque curante Pariſiis A. MDCXXXI. eadem forma, ac haec noſtra editio, prodiit. Cum vero haec, tum quae Girardetus in illo edendo praeſtitit, ex eius adiecta praefatione, cognoſci queunt. Quibus etſi vtilem eruditis Medicis operam Girardetus praeſtitit, tamen is liber poſthumorum ſortem omnino euitare non potuit, quatenus inprimis in quatuor libros, horumque ſinguli, in plures periodos, ſecti diſtinctique fuerunt. Nam Girardetus quidem ſe hoc Galeni auctoritate feciſſe dicit, ſed neque ſemper hunc auctorem videtur ſecutus eſſe, neque ſequi in plurimis locis tam ſecure debuiſſet, quod ex paraphraſi annotationi-

busque noſtris patefiet. Atque ille Galeni commentarius, in hunc de Humoribus librum, qui eſt is, quem Girardetus ſecutus eſt, vix poteſt inter genuinos Galeni foetus numerari, quamuis in eo Galenicae doctrinae dictionisque veſtigia, quantum ex latina verſione perſpicere licet, inuenire non difficile ſit. Sed multum lucis hic commentarius obſcuro libello non affert, neque mihi, in concinnanda hacce paraphraſi, magno adiumento fuit, quod, ſi ſingularum vocum, imo et propoſitionum ſenſum ſatis bene indicat, quae ex his cohaereant inter ſe, quae contra ſeiungi debeant, et quam in hac re viam tenere oporteat, ea vel male, vel plane non aperuiſſe deprehenditur. Quocirca neque Galenum, ſi is aliter auctor eſt, ſequi omni ex parte potui, neque Girardeti ordinem in toto libello retinere, a quo ita receſſi, vt, ſi vel leue dubium ſupereſſet, nihil mutarem, verum in annotationibus ſaltem animum aperirem, ſed in euidenti cauſſa, alium ordinem conſtituere, non dubitarem. A quo autem ſit illa libri inſcriptio: de Humoribus purgandis, profecta, etſi me fugit, tamen me fateor permultum eo inclinare, vt potius ſimpliciter de Humoribus inſcribendum velim, cum quod in graecis Codicibus ſimpliciter περὶ χυμῶν audit, tum quod plura in eo inueniuntur, quae ad vniverſam de Humoribus, etſi morbo affectis, doctrinam pertinent. Nam hic liber etſi non

inte-

integram, tamen, pro Hippocratica ſcribendi ratione, ſatis perfectam humorum pathologiam continet, atque cauſſas, ſymptomata, effectuumque notas indiciaque complectitur, vt cur in exponenda Pathologia Hippocratis, Doctiſſimus Clericus non hoc inprimis libello vſus ſit, ſaepe miratus fuerim. Iam vero opportune in memoriam redit, eſſe inter eruditos, qui, vt plures alios Hippocraticos libros, ſic et hunc de Humoribus, malint ad auctorem Democritum Philoſophum referre, eo nomine maxime, quod a Diogene Laertio dicitur vnum de humoribus librum conſcripſiſſe; ſed contra hos neque animus mihi eſt, neque neceſſe eſt multa in alteram partem diſputare, quod equidem dubito, an quis ſibi perſuaderi eo argumento paſſurus ſit, ad Democritum potius, quam ad Hippocratem, illum librum pertinere. Quod autem, Illuſtres et Magnifici Viri, mancam illam, imperfectamque, quam dixi, Dureti latinam verſionem retinui, id ideo feci, vt tirones inprimis ſingularum vim vocum, ſaltem plerarumque, intelligere, et hinc maiore cum vtilitate, noſtram paraphraſin legere, atque Hippocratis ſententiam inde plenius cognoſcere valerent. In binis reliquis libris, quos primae editioni ita adiectos Girardeti cura illuſtratosque habemus, vt commentarii maximam tantum partem a Girardeto ex Dureti ſchedis collecti vel excerpti eſſe videantur, haec potiſſimum mihi facienda eſſe exiſtimaui,

vt textum, quem dicunt, graecum adiicerem, eumque pariter ac latinam verſionem, qua poſſem, fide, diligentiaque emendarem, quae ſi Vobis, Viri Magnifici, probantur, equidem ſatis habeo. Atque in emendandis vtriusque libri verſionibus, omnino quidem graeca auctoris verba ſecutus ſum, et multa quidem aliter verti, tamen et in multis locis Foeſianam retinui, quod cum graecis eam optime conſpirare intelligebam. Eo autem, quod etiam graeca adieci, cum iis conſultum volui, qui ad minimum conferre graeca cum latinis, in obſcurioribus locis, vellent, tum iis, qui per ſe graeca negligunt, et cum verſione dubii, quam cum graeco textu, quem vocant, certi eſſe malunt, ne vel occaſionem graeca legendi his eripuiſſe videamur, ſi forte et linguae et Medicinae graecae praeſtantia iis hoc modo innoteſcere, atque ad vtramque diſcendam, quaſi ex veterno, Medici excitari poſſent. Hoc enim ab aliquo inde tempore ſepulti, illius antiquae gloriae, quam graecae inprimis latinaeque linguae ſcientia ipſis peperit, poſſeſſione ſe eiici paſſi ſunt, neque hanc ingentem iacturam omnino reparare velle videntur, etſi ſunt inter recentiores nonnulli, qui, cum veteri Medicina, etiam graecas latinasque literas inſtaurauerint, hasque cum ipſa arte arcto, indiſſolubilique vinculo, iungere ſtuduerint, inter quos ſane Vos, Magnifici Viri, excellere mecum omnes conſentiunt,

tiunt, qui literas recte aeſtimare, conſtituere-que earum pretium ſciunt. Vt autem Vos, Veſtro exemplo, ſtudioſorum ingenia, non parum, ad bonas literas colendas, excitatis, ſic mihi eundem in finem, pace Veſtra, temporum eorum memoriam recolere liceat, quae maxime eruditis Medicis, amantibusque literarum abundauerunt, vt, pluribus exemplis propoſitis, Medicinae ſtudentium animi, literas diſcendi cupiditate, eo magis incendantur et exardeſcant.

Id vero aureum ſaeculum a Chriſto nato, decimum ſextum fuit, eiusque inprimis initium, quo vel in ſola Germania, plures in vtraque lingua doctiſſimi, vereque adeo eruditi Medici exſtiterunt, quam et in ſuperiore, et in hoc noſtro, quo viuimus, ſaeculo tota propemodum Europa habuit. Atque ex magno eorum doctorum numero ſaltem eos nunc proferam, qui vel eandem atque Vos, Viri Magnifici, patriam habuerunt, vel ludum aliquem literarium rexerunt, graecamque linguam in Academiis aut alibi publice docuerunt, vel a Cl. Burckhardo, tanquam minus noti, omiſſi ſunt. Nam, ſi maiora lumina, etiam ſolius Germaniae commemorare animus eſſet, deberem vtique Henricum Stromerum Aurbachium, Ioannem Langium Leobergenſem, Ioachimum Camerarium, Ioannem Cratonem a Crafftheim aliosque plures, prae reliquis omnibus, nominare. Iam vero primo loco

Wolff-

Wolffgangum Meurerum Altenbergenſem pono, qui decimo tertio anno illius ſaeculi, in lucem editus, hic Lipſiae inprimis, ob literarum ſtudium, in magno honore fuit. Quamuis enim primum in Pirnenſi ſchola Schadium praeceptorem, et poſtea in Dresdenſi Scheffelium, optimos viros ſecutus ſit, atque hoc etiam iubente, iam tum Dresdae, graecas Aeſopi fabulas commilitonibus enarrauerit, tamen Lipſiae demum potiſſimum inclaruit, ac primum, iubente Coenobii Thomani praefecto, iuniores monachos graecam linguam, hinc in ipſa Thomana ſchola, proximo a Rectore Bornero loco, bonas literas docuit, ſed breui tempore poſt, recens erectam ſcholam Nicolaitanam, cui a Magiſtratu praeficiebatur, ſumma cum laude rexit. Quod vtrumque munus cum ſit ipſi, maxime Bornero auctore, demandatum, quanta Meureri noſtri eruditio fuerit, non difficulter intelligitur. Cui enim ſummum literarum ſtudium, et graue iudicium, et, quod longe maximum eſt, fides integritasque Borneri ignota eſt? qui eo tempore vixit, quo muneribus non illi praeficiebantur, qui vel aetate et ordine, vel patronorum gratia, priores erant, ſed quos praeſtare aliis, et excellere maxime in ea, ſiue ſcientia ſiue arte, quam tractare debebant, literatis inprimis reique intelligentibus viris perſpectum erat. Poſtquam vero per ſex annos ſcholae Nicolaitanae praefuerat, primum ad Philoſophiam docendam

dam ſe contulit, deinde ex Italia redux, quo iter Medicinae cauſſa ſuſceperat, honores eius artis Academicos impetrauit, et Facultatis tandem Decanus factus, atque in Senatorium quoque ordinem lectus eſt. Quoniam vero hoc Meurerus cum multis aliis, a nobis recenſendis, commune habuit, vt e ſchola in Academiam ad docendum, et porro ad rempublicam gerendam, vocaretur, imperare mihi non poſſum, quin elegantem huius rei animaduerſionem, quam Cel. Erneſti in Elogio Caſpari Borneri fecit, quaeque ad rem noſtram permultum facit, hic afferam. Nempe, ait, hoc in more poſitum fuit, inſtitutisque illorum temporum, vt, qui ingenium ſuum vellent in Academiis docendo, interdum etiam in republica gerenda, aliquando probare, cum eſſent Academicum ſtudiorum curriculum emenſi, in ſcholam aliquam illuſtriorem ad tempus ſe docendi cauſſa conferrent, vt ibi aſſidue & multum docendo, firmitatem quandam, in graecis latinisque literis, conſequerentur, et mentem linguamque perpetua et curioſa exercitatione acuerent. Aequalis Meureri noſtri vel potius prior eo fuit, etſi minus quodammodo celebris Georgius Sturciades, quo eum nomine Camerarius appellare ſolet, vel Sturcius, qui patriam vrbem Annaebergam habuit. In hoc quanta fuerit graecae latinaeque linguae peritia, cum ex eo conſtare poteſt, quod amice Ioachimo Camerario, ſummo in his viro, vſus eſt, pariter

riter et Eobano Heſſo, et Euricio Cordo, et multis aliis, quodque eum, hoc nomine, inuidendo elogio mactauit Matthaeus Dreſſerus, tum inprimis ex eo clarum eſt, quod ſcholae Erphordianae per plures annos, difficillimis periculoſiſſimisque temporibus, omnium cum laude praefuit. Iisdem temporibus Ianus Cornarius, Medicus Cygnaea oriundus, floruit, quem etſi Cl. Burckhardus non infimo loco inter Medicos humanitatis ſtudiorum vindices, poſuit, tamen hic quoque, memorandum prae aliis permultis, exiſtimo. Nam ſummo ſtudio atque opera eo fere primus allaborauit, vt graecam Medicinam tanquam veram et genuinam, prae illa Arabum, cunctis probaret, et hac de cauſſa, literarum graecarum ſtudium commendaret. Quocirca ſuo aliis exemplo praeiuit, totamque aetatem in vertendis graecis auctoribus, cum Medicis, tum Theologis etiam et Philoſophis, quaſi conſumſit. Legimus enim inter Medicos Hippocratem, multos Galeni libros, Aetium, et Dioſcoridem, ex Theologis Epiphanium, Chryſoſtomum, Baſilium, Gregorii Nazianzeni aliqua, et Syneſium, e Philoſophis Artemidorum, Geoponicon libros, Parthenium de amatoriis affectionibus, aliosque a Cornario latine conuerſos. Etſi autem hac interpretandi arte parum verae laudis ſit conſecutus, ſi velimus ſcilicet audire Huetium in Lib. II. de Interpretatione, qui eum ieiuniorem vtroque (Melanchthone

et

et Neandro) et parciorem, ſed graecae linguae non ſatis gnarum, neque latini ſermonis puritati ſatis conſulentem, neque ad librae aequatum examen ſatis accurate vtrumque exigentem dicit, tamen vel hoc nomine celebrari inter reliquos Medicos, graecarum literarum gnaros, meretur, quod graecos Medicos quaſi in manus pluribus dedit, et arti ſtudentes, etiam ad graecae linguae ſtudium maximopere excitauit. Neque illam adeo Huetii cenſuram morabitur, ſed Cornarium vtique graecae linguae ſcientiam tenuiſſe is plane intelliget, qui et ipſos ab eo verſos auctores, et ſeptem Dolabellarum libros, quos in Paulum Aeginetam Medicum ſcripſit, cum cura perlegerit. Eadem interpretandi arte Sigismundus Gelenius Pragenſis inclaruit, vt eam, Huetio auctore, vix quisquam pluribus eo monumentis ditauerit. Fuit autem is graecas literas in Italia a Marco Muſuro edoctus, et Typographiae Frobenianae per triginta annos praefectus, eas literas porro colendi occaſionem ampliſſimam habuit. Atque ex ea officina Lexicon illud Symphonum, quatuor linguarum, ab ipſo inſcriptum, prodiit, & plures eorum graecorum auctorum ſunt editi, quos quidem Gelenio interprete, poſſumus etiam latinos legere. Ex horum numero eſſe memini Ariſtophanem, Dionyſium Halicarnaſſeum, Appianum, Philonem et Ioſephum Iudaeos, Origenem contra Celſum atque Euagrium. Poteſt etiam Gele-

nii graeca ſcientia ex iis intelligi, quae in Hannonis et Arriani Periplis, ac Strabone et Plutarcho, Chryſoſtomo, Iuſtino Martyre, et in graecis illis Epigrammatibus praeſtitit, quorum varias Anthologias habemus ſeu Florilegia. Ad quae omnia tandem illud elogium accedit, quod ipſi ὁ πάνυ Fabricius dedit in Bibliotheca Gr. Lib. I. p. 43. et Lib. II. p. 682. Adiungamus Gelenio Conradum Geſnerum, ſui ſaeculi egregium ornamentum, quem, vt maiorem Gelenio Medicum, ſic non minorem Grammaticum fuiſſe nouimus, atque humanitatis ſtudiorum vindicem. Tanti viri bene meritas laudes, ſed, quod recte mireris, tantum eas Cl. Burckhardus non ſiluit, quas ipſi circa literas geſtarum rerum ampliſſima cognitio peperit, quae tamen non eſt cum graecae latinaeque linguae et philoſophicarum rerum ſcientia comparanda. Hanc atque omnem Geſneri vitam diligenter Simlerus expoſuit, qui, inter alia eum iuuenem Tiguri Grammaticam docuiſſe, hinc vero Lauſannam vocatum fuiſſe prodidit, vt in noua ibi condita Academia, publice graecas literas doceret. Quod ſi ſatis non eſſet, ad ſummam Geſneri eruditionem probandam, ea ſane ex plurimis vtiliſſimisque illius ſcriptis eluceſceret. Vtque de graecis tantum latinisque literis dicam, quomodo quis non credat, harum in eo ſummam peritiam fuiſſe? qui vaſtum illud lectionisque propemodum infinitae opus de Animalium

lium hiſtoria condidit? quo, quidquid ſiue de natura, ſiue de moribus, omnis generis animalium, antiquiſſimi, et eo tempore, parum cogniti, graeci ſcriptores memoriae prodiderunt, a Geſnero ſtudioſiſſime excerptum continetur atque digeſtum. Accedunt etiam Aeliani, ac Stobaei, itemque Hannonis Peripli latinae conuerſiones, in quibus, e doctiſſimorum virorum ſententia, boni interpretis officio, perquam egregie perfunctus eſt. Inter Germanos Medicos, graecarum literarum ſtudio claros, vt iam Heluetum numerauimus, ita nunc quoque Batauum commemorare liceat. Is autem eſt Petreius Tiara, qui primam lucem vidit Vorconii, quod Friſiae occidentalis oppidum eſt, anno decimo quarto ſaeculi ſexti & decimi, ſiue, vt alii volunt, eiusdem ſaeculi anno decimo ſexto. Is, cum liberales quascunque artes, et Medicinam quoque, proprio marte, didiciſſet, Germaniam, Galliam, Italiamque peragrauit, tandemque in patriam redux, ad colendam docendamque inprimis graecam linguam ſe contulit. Quod ipſi etiam adeo feliciter ceſſit, vt primum in Louanienſi, poſtea in Duacenſi, hinc in Leidenſi, tandemque in Franequerana Academia, graecas literas docendi muneri admoueretur. Eum ab Huetio fuiſſe inter claros interpretes numeratum, equidem non reperio, ſed aliis interpres graecorum fideliſſimus ac feliciſſimus dicitur, ſunt-

que in eruditorum manibus Pythagorae, Phocylidis aliorumque ſententiae, Euripidis Medea, Platonis Sophiſtes, in quibus latine vertendis ſe ita geſſit, vt locum inter optimos, ad minimum ſuae gentis, interpretes tenere poſſe videatur. Talem ſe etiam in Homeri Hymnis, et Hippocratis Aphorismis, ac Prognoſticis praeſtitiſſe probabile eſt, quae cum etiam latine verterit, adhuc tamen non in lucem ſunt edita. Haec autem omnia fere de Tiarae literarum ſtudio Meurſius in Athenis Batauis retulit. Ex noſtris clarior notiorque Georgius Bersmannus eſt, fere circa medium ſaeculum ſextum ac decimum, Annaebergae natus. Ipſe ſe ait, in praefatione, quam Horatio ſuo addidit, praeceptore Georgio Fabricio vſum eſſe, ſeque hoc nomine, nec ſine ratione, beatum praedicat. Medicinam quidem in hac Lipſienſi Academia, et poſtea in Galliis quoque, et apud Italos coluit, ſed maxime linguis literisque graecis ac latinis praecipue operam dedit, atque in his, in ſcholis pariter et Academiis docendis, vitam omnem contriuit atque conſumſit. Primo enim in illuſtrem Portenſem ſcholam ſe contulit, eiusque regendae curam in ſe ſuſcepit. Ex qua, cum poſt aliquot annos, in Wittebergenſem, ac non longo tempore poſt, in Lipſienſem Academiam, vocatus eſſet, in vtraque primum philoſophicas ſcholas habuit, ſed poſt acerba magni Camerarii

fata

fata, qui in Lipſienſi Academia, graecam latinamque linguam, ſumma cum laude docuerat, Berſmannus inprimis dignus eſt iudicatus, qui ei ſucceſſor daretur. In hac ſuſcepta docendi prouincia, qualem ſe Georgius noſter geſſerit, cum ex magno omnium plauſu, cum quo docebat, tum ex editis, in permultos veteres auctores, commentariis intelligi poteſt, in quibus eximias ingenii dotes explicauit. In quorum auctorum numero etſi graecos fuiſſe non reperio, tamen et huius linguae idoneam facultatem Bersmannum habuiſſe, cum ex iisdem Commentariis patet, tum ex eo, quod in Serueſtana ſchola, cui vltimo praefuit, Homerum, Thucydidem, Demoſthenem, optimos difficillimosque graecos auctores, enarravit. Berſmanno prior aetate, fortaſſis et eruditione fuit, Georgius Agricola, Glaucha, Miſniae oppido, oriundus, a cuius ingenio ſe nihil mediocre expectare, optimus talium rerum iudex, Erasmus ſcripſit. Quod, ſi Gesnerum, praeter alias cauſſas, etiam propter opus de animalium hiſtoria, inter Medicos, graece doctos, retulimus, neque Agricolam inter eos numerare dubitamus, quod ad condendos illos egregios, ac noſtra ſaltem commendatione maiores, libros de re metallica, de animantibus ſubterraneis, deque menſuris veterum, omnes graecorum latinorumque theſauros excuſſit, et ſummo cum ſtudio colle-

ctas ex iis ingenii opes, in illis ſcriptis, explicauit. Quomodo igitur non maxima Agricolae peritia graecarum latinarumque literarum fuerit, qui Thuano dicitur, poſt Budaeum et Alciatum, diligentiſſimam tractationem de menſuris ponderibus ac metallis veterum addidiſſe? quique ad huius inprimis librum, eruditionis reconditae pleno ſcripto, reſpondit? Ad quod accedit, ipſum graecam ſcholam primum Cygneae inſtituiſſe, quo nomine merito olim laudatus fuit ab Ill. Menckenio in Diſſ. de graecarum literarum et latinarum in Miſnia inſtauratoribus. Poſt hunc, inter eos Medicos, qui excellente in omni genere literarum, doctrina, patriam illuſtrarunt, nominandus Paulus Dolſcius eſt, Plauiae Variſcorum, initio decimi ſexti ſaeculi, in hanc lucem editus. Huius inſignia merita, etiam in graecas literas, non tam neglexiſſe videntur eius aequales, quam potius preſſiſſe, vt ea poſteros omnino celarent. Melanchthon vero, a quo Dolſcius erat bonas literas edoctus, ac filii loco habitus, cum Halenſes quaererent, ad quem poſſent tuto ſcholae ſuae regendae prouinciam deferre, facile ab his gratia ſua auctoritateque impetrauit, vt hunc Dolſcium ſcholae ſuae praeficerent. In quo munere adminiſtrando, quanta dexteritate non modo, ſed etiam fide et aſſiduitate, verſatus ſit, ex eo intelligi poteſt, quod, cum poſt aliquot annos, in Academiam ſe, diſcendae Medicinae

cauſſa

cauſſa contuliſſet, eiusque honores ſummos impetraſſet, ſua eius tutelae corpora, vt olim puerorum animos, Hallenſes committebant, atque, ex eorum temporum more, Archiatrum, ſeu Phyſicum ſuum, Dolſcium conſtituebant. Nullius autem rei tam idonea in eo facultas reſidebat, quam graeci carminis, cuius vt multa egregia monumenta reliquit, ita ſigillatim, quae inter haec, maximam attentionem meretur, graece a ſe redditam Auguſtanam confeſſionem, de quo argumento ſingularis epiſtola eſt Gueinzii, quae MDCCXXX. Halae in lucem emiſſa eſt. Ad haec tempora etiam Helius Eobanus Heſſus pertinet, de cuius ortu et nomine Cl. Ayrmannus duas elegantes commentationes nuper edidit. Is, quo iure à Cl. Burchardo potuit, ob carminis, potiſſimum latini, facultatem, eodem a nobis poteſt, propter graecarum literarum peritiam, inter Medicos, humanitatis ſtudiorum vindices, referri. Etſi enim ex hoc literarum genere, permulta eius ingenii monumenta non exſtant, neque tamen ipſi ad ea ponenda ingenii vires, ſed auri argentique defuerunt, quo ſuam commode poſſet, familiaeque vitam tolerare. Praeterquam ergo, quod primum ius, et poſtea Medicinam coluit, quam ſperabat ſibi lucroſiorem fore, maxime ſe ad bonas literas docendas contulit, quarum officinam Erfurti, Norimbergae et Marpurgi tandem inſtituit, earumque cupidis

adoleſcentibus graecos latinosque inprimis poetas enarrauit. Ipſum vero Eobanum primum fere fuiſſe reperio, qui, cum reliquis eruditis fere omnibus, latini carminis facultate, praeſtaret, Theocritum, Coluthum, et Homeri Iliadem delicatiſſimis latinis verſibus expreſſit, quod deinde ſunt alii, ſed ſine illo ſucceſſu, imitati. Theognidem etiam Eobanus vertit, cum Norimbergae viueret, ſed luculente inchoatam conuerſionem, quod Camerarius ſcripſit, cum detrimento ſtudii literarum maximo, abiecit, ac reliquit. Eadem interpretandi arte bini Würtembergenſes inclaruerunt, Nicodemus Friſchlinus, et Iacobus Scheggius, vterque in eruditis infelicibus ponendus. Quod vero Friſchlinum inter Medicos numero, cum is, qui nuper de eius vita ſingularem librum conſcripſit, Cl. Langius hoc plane ſilentio praeterierit, id Friſchlini aequalium auctoritate facio, quorum nonnulli, in carminibus, in eius honorem ſcriptis, ac praeſertim Chemnitius in monumento, quod Friſchlino poſuit, ipſum Medicae artis Doctorem nominant. Fuit autem in eo maximus amor graecarum literarum, in quibus colendis docendisque ſiue in Academiis, ſiue in illuſtribus ſcholis, ſuum ingenium probauit. Academias enim ornauit Tubingenſem, Pragenſem, Wittebergenſem, ac Marpurgenſem, ſcholamque Martinia-

nianam, quae Brunſwigi floret, aliquo tempore rexit. Etſi vero continua egeſtate preſſus erat, tamen vel in carcere aſſiduus in vertendis graecis auctoribus, fundendisque in vtraque lingua, elegantiſſimis verſibus eſſe non deſinebat. Atque, hac etiam noſtra aetate, in magno pretio ſunt, apud eruditos, Callimachus, Tryphiodorus, Ariſtophanis Comediae quinque priores, et Archiae carmina, metaphraſi latina metrica a Friſchlino ornata, atque in lucem edita, et Aeſchyli Oppianique verſionum, ab ipſa factarum, iacturam eruditi quam aegerrime ferunt. Sed inter grammaticos ſui temporis facile principatum tenuit, totamque vtiliſſimam artem plurimis egregiis ſcriptis illuſtrauit, quibus aliis ſuae aetatis doctis viris peperciſſe non videtur. Iacobi Scheggii minus fere inſignia merita in bonas literas, ſumma in Philoſophiam ſunt, quam pariter ac Medicinam, triginta annis, in Academia Tubingenſi docuit. Dedit vero etiam operam, vt latinis ſcriptoribus illuſtrandis, ſic graecis maxime luculentis conuerſionibus exornandis. Quare ſuo merito a Geſnero vir vtraque lingua doctiſſimus nominatur. Idque fugere eos non poteſt, qui vel Theognidem ab eo latinis verſibus expreſſum, vel Arriani in Epictetum Commentarium legerunt, quem latine conuertit. Sed in his Medicis, qui

ſaeculo ſexto ac decimo floruerunt, quibusque apta inprimis graecae linguae facultas fuit, poni profecto etiam poſſent Andreas Grundlerus, Olympiae Fuluiae Moratae maritus, Matthaeus Dreſſerus, Ioannes Vollandus, Erhardus Hedeneccius, Georgius Heniſchius, Ioannes Daniel Snecanus et forte alii, ſed quos omnes, alio quodam loco, amplius commemorare non intermittam; modo haec illuſtriora exempla, quae allegauimus, adoleſcentum animos excitarent, vt, antequam ſe ad diſcendam Philoſophiam, Medicinamque conferrent, bonas literas colerent, ſeque, ad humanitatem fingi formarique, paterentur. Neque vero Vos, Viri Magnifici, his ieiunis narratiunculis detinuiſſem, niſi Vobis ſcirem iucundiſſimam eſſe earum rerum memoriam, quae partam a Medicis gloriam facultatis graecae linguae declarant. Atque vt noſtra oratio ad Hippocratem reuertatur, ſunt quidem inter iam recenſitos Medicos multi, qui et in hoc, quaſi principe veterum graecorum auctorum, vertendo enarrandoque ſuam operam collocarunt, qui, ſi omnes verae antiquae graecae linguae idoneam facultatem habuiſſent, aut ſibi antea crebra aſſiduaque operum Hippocratis lectione comparaſſent, nunc ſine dubio planum expeditumque omnibus per Hippocratem iter foret. Ex iis vero, quibus

graе-

graecae illius ſcientiae primae partes tribuuntur, alios a ſuſcipiendo explicandi Hippocratis negotio, rei difficultas plane deterruit, in aliis ad minimum animi contentionem ita debilitauit, vt ſuſceptum opus relinquerent imperfectum. Ac niſi mihi, omni fere graeca ſcientia deſtituto, maior audacia fuiſſet, non adeo longo tempore poſt, quam animum ad illum praecipue de Humoribus librum explicandum, adieceram, pariter ab opere deſtitiſſem. Acceſſit vero, quod non minutias omnes venari, ſed ſaltem in arti ſtudentium commodum, ab Hippocrate, eo in libro, datas vtiliſſimas regulas proponere volebam, diligenter explicatas. Qui adeo labor noſter, ſi Vobis, Viri Illuſtres, vel aliqua ex parte probabitur, de ſiniſtris aliorum iudiciis multum ſollicitus equidem non ero, quod inter noſtrae aetatis Medicos, etiam in literarum doctrina, primae partes Vobis merito tribuuntur. Atque in optatis, ſcio, mecum omnes habebunt, quibus literae curae ſunt, vt ex Medicis multi, et doctrina et exemplis Veſtris, etiam porro poſſent ad bonarum literarum ſtudium excitari. Eſt autem Vobis cum ob hanc, tum propter alias permultas et magnas vtilitates, quas toti reipublicae continuo affertis, longior vita ſanitasque firma et perpetua optanda. Quo etiam meae praevideo ſaluti conſultum fore, quam quidem a Vobis maxime ad-

huc promotam fuisse, confiteor, gratissimaque mente agnosco, neque Vos colere ac venerari, ob maxima mihi praestita omnis generis beneficia, unquam desinam, sed in Vos, inque Vestros talis semper futurus sum, qualem me et esse vultis, et me decet;

ILLVSTRIVM NOMINVM

VESTRORVM

addictissimus Cliens

IVSTVS GODOFREDVS GÜNZ.

NO-

* *

NOBILISSIMO

AC

SPECTATISSIMO

DOMINO

CAROLO BVVARDO,

IN VTROQVE REGIS CONSISTORIO SECRETIORI CONSILIARIO, ET ARCHIATRΩN COMITI MERITISSIMO

PETRVS GIRARDET

S. D. P.

Iudicium Experientiae Canon et regula perhibetur a ſummi Praeceptoris genio ; ſi ſummis ingeniis , ſtudiis acerrimis, optimaque doctrina comparatum (Vir Ampliſſime) : Cuius ego ſcientifici dogmatis pondere cautior factus atque ſagacior , illuſtrem in obſcuros Hippocratis libros de Humoribus Purgandis , atque de Acutorum morborum Diaeta Clariſſimi Lud. Dureti Enarrationem tuo iudicio conſecrandam putaui, vt quod Medicae ἐμπειρίας principium diſtinctiuum , ſeu Lydium lapidem , omnes celeberrimi noſtri ordinis demirentur atque ſuſpiciant. Ac primum ingenii tui excellentiam omnibus dimenſionibus abſoluit Diſciplina Medica, artium praeſtantiſſima, atque humano generi omnium vtiliſſima , quam indefeſſo labore , continuis lucubrationibus , Pariſienſium ciuium commodo comparaſti, et aegrorum frequenti diuturnaque curatio-

curatione ita firmaſti, vt, dum in noſtro Medicinae ſacrario, Apollinea oracula, magna omnium eruditione, pronuntiares, euocatus fueris in aegrotantium Liliorum ſubſidium; vbi toto morbi decurſu, impoſitam tibi prouinciam adeo prudenter feliciterque exegiſti; vt (veluti Philippus alter Medicus Alexandro Magno, armis Darium ſtrenue aggreſſuro, ſed grauiter aegrotanti, moerentibus iam phalangibus, exhibito pharmaco, incolumitatem reparauit, qui exinde hoſtes numero inſoleſcentes, directa acie proſtrauerit) Regem noſtrum Inuictiſſimum, dum ceruicibus haereſeos hydrae obtruncandis, enſem mente deuoueret, inſidioſa febre, quae, victoriarum ſuarum velut inuida, diuinos conatus remorabatur, per Dei gratiam tu, ex primis aſſidentium Medicorum, liberaueris; vnde emergens aduocatos in ſuppetias Rebellium, temerario ingratoque foedere conſilio, Britannos terra marique debellauit, poſteaque indoctos iuga ferre ſua Rupellanos pertinaci obſidione profligauit. Verum ingenii tui excellentiam eo maxime nomine omnibus admirandam praebuit Rex iudicio acerrimus: cum te in Primarium ſuae Majeſtatis Medicum praeelegerit, cuius exercitatiſſimae induſtriae humorum omnium motus, victus rationem, ſuum viuendi inſtitutum, affectus denique omnes regendos committeret. Tot ergo momentis iudicium tuum verus experientiae canon mihi occurrit, cuius examini offerrem Illuſtris Dureti enarrationem, quam, ex propriis obſeruationibus, ad Hippocratis libellum de Humoribus, ac libros de Tecmarſi, appoſuit. Et quemadmodum ad vnius ſupremi Principis efformatos mores victusque leges, ſubditorum omnium viuendi inſtitutum, componi debet; Ita aequum videbatur, humorum tuto purgandorum, atque communis ciuium victus viuendique praecepta illi iudicio ſubiicienda eſſe, cui ipſimet humores atque appetitus omnes Regii obtemperare confidunt. Quae quidem ſi, opera mea, velut futurum meae in te obſeruantiae monumentum, tuis auſpiciis, in lucem prodire ſinas: efficies, vt illa, magno aegrotantium commodo, tutiſſima morborum alexiteria dici et eſſe mereantur. Vale.

PE-

PETRVS GIRARDET

DOCTOR MEDICVS PARISIENSIS

HVMANISSIMO LECTORI

S.

Ecce, quae obſcura in Magni Achillis mediei armamentario videbantur arma, ſuo ſplendori reſtituit Illuſtris Ludouicus Duretus (Beneuole lector): quibus ſi faciles praebueris armos, te inſtruet, vt deſtruas, velut alter Hercules, infenſa humano generi monſtra. Ecce, inquam, de tribus inſtrumentis, quibus pertinaciores affectus Ars Medica nouit propulſare, duo porrigit noſter Interpres, Φαρμακείαν καὶ Δίαιταν, duobus commentariis; quorum priorem appoſuit in libellum Magni Hippocratis de Humoribus Purgandis; Alterum in tres eiusdem libros de Victus Ratione in morbis Acutis: quia hae duae notiones ad praecipua Mediei officia ita conducunt,

ducunt, vt nullam fere, vel mitioris morbi, praecautionem et curationem ſinant eſſe ſui expertem. Nam vt nihil in promptu magis, quam artificialem ſuccorum degenerum vomitu aut deiectione, vacuationem moliri: Sic nullus in medendo feracior locus, neque vtilior, quam de Diaeta: Cum ipſa per ſe ſaepe ſufficiat ad morborum, robore naturae ſuperandorum, curationem; inconſiderate vero aut minus accurate praeſcripta affectus, alioqui ſanabiles, reddat ἀνιάτους. Cuius rei dignitate motus Venerandus Senex, ſtatim a limine tractatus περὶ Διαίτης ὀξέων, veteres medendi magiſtros reprehendit: quod nihil de hac Scientia praecepiſſent, quae erat ad Therapeiam nedum vtilis, imo abſolute neceſſaria. Harum Medicinae partium praeſtantiam altius contemplatus Clariſſimus Ludov. Duretus, in his ab vno Hippocrate (cuius doctrinam magnopere veneratus) Philiatros cenſuit eſſe inſtruendos. Verum quia ſententiarum ipſius breuitas, atque rei ipſius, multis obſtructae difficultatibus, grauitas ex ipſo, vt ſciebat, veſtibulo, non paucos ab illius lectione dehortari potuiſſet, librorum commemoratorum in Latinum ſermonem conuerſione, ac eorumdem interpretatione, faciliorem ſuis auditoribus poſterisque ſtudioſis aditum comparauit; quae quam cum mente Hippocratis conſentire debeat, et quantum lucis rerum obſcuritati ſit allatura, admirabile illud eius Paraphraſtae in Coacas Prognoſes editum opus videtur tibi ſatis indicare. Quod ſpectat igitur ad primum tractatum, qui eſt de Humoribus Purgandis, in eo verſatur, vt accurate dignoſcamus, quinam humores purgationis materiam et occaſionem praebeant, ſeruatis omnibus cautionibus, quae multiplices occurrunt. Cuius libelli quatuor partes merito conſtituuntur; quarum prima eſt, de humorum purgandorum differentia, ſeu qualitate eorum, quae expurganda aut non purganda ſunt: Item de purgandi modo, qui reuellendo, deriuando, coeffundendo, et ſimpliciter vacuando, perficitur: Tum de occaſione,

ne, hoc eſt, quid faciendum, quid inhibendum, aut excipiendum : Ac poſtremo de quantitate ipſius purgationis. Quam partem, quia maiorem operam deſiderare viſa eſt, vt quae ſelectiores Artis purgandi praeceptiones eminenter in ſe reconderet, Interpres curioſius eſt amplexus ; et ad eam excolendam, paraphraſtae in modum exſpatiando, acriori ingenio exquiſitiſſimas iſtius negotii cautiones delectusque venatus eſt, quas Philiatris exponeret ; vt omnis culpae errorisue occaſio, in decernenda catharſi, circumſpicientibus praeriperetur. Secunda pars occupatur in ſignis imminentium, praeſentium morborum, quae deſumit ab odoribus partium aut totius corporis, excrementorumque, e variis ductibus exeuntium, conditione; item ex inſomniis, vario ſtatu, ſenſuum functionibus laeſis aut illæſis. Tertia de morbis, eorumque cauſis, agit, quos quadruplici differentia comprehendit : Alii enim ſunt Congeniti, a temperamento, vel habitu cuiuſque naturae deducti: Alii Endemii ſeu vernaculi: Alii Sporadici ſeu diſperſi: Alii Epidemii ſeu vulgares. Quarta pars, ſeu verius concluſio totius, oſtendit colores (ex quibus humoris redundantis ſignificatio depromi debet) non eſſe ſimiles omnibus anni temporibus aut conſtitutionibus, vt neque aetatibus : Tandem haemorrhoidum atque quorundam abſceſſuum commoda et incommoda ſubiungit. Tractatus alter, genuinus (vt et prior) Hippocratis foetus, quem vulgo cognominant De Acutorum, eſſentialium ſcilicet aut ſymptomaticorum, morborum Diaeta, quae per cibos, maiori ex parte naturae conſociales, et medicamentoſos, ſuſcipitur, in tres libros diſtribuitur, qui de Tecmarſi videntur potius inſcribendi, quam de Victus ratione (de qua ſola hic non agit) aut de Ptiſſana, quam hic, familiaris tantum exempli gratia, (vt ſolet) praemittit : Cum praeclara exponant τῆς Τεκμάρσεως θεωρήματα, ſeu rationem, cuique conuenienter medendi, habita ratione vniuerſalis et particularis cuiusque naturae, quod in contextus

et

et interpretationis curſu latius patebit. Quae vna Tecmarſis Medicum Dogmaticum, Sectamque Hippocratis et Galeni Methodicis et Empiricis reddit excellentiorem, in ſuis operibus prudentiorem, ciuiumque vitam tutiore loco conſtitutam. Ad harum commentationum calcem ſubiunximus, ex eodem Lud. Dureto, Interpretationem conſtitutionis primae Lib. II. Epidemion, quam luce non indignam iudicabis. Veruntamen (Humaniſſime Lector) ſi quid luminis commodique, ex hoc ſtudioſiſſimi Interpretis labore, ſanitas publica perceperit, cum nullus argento color ſit auaris abdito terris, aequalem illius gratiam ſibi vindicare videtur Clariſſima (dum vixit) noſtri ordinis lux Ioannes Duretus, qui, cum Patrem, virum alioqui exiſtimatione colendiſſimum, ſuae gloriae hominumque expectationi quodammodo deeſſe, animaduertiſſet, illius in Coacas praenotiones Hippocratis indefinenti vtilitate foecundiſſimum opus perfecit, ac luci dedit. Ac tandem, vbi a remotis nationibus, parentis ſui commentationes in libros de Humoribus et de Diaeta acutorum, manu auditorum ſcriptas, recuperauit; ille commoditatis publicae ſemper auidus, easdem, duobus exemplaribus annis 1565. et 1566. dictatis, mihi commiſit, vt curarem illas typis mandari: Quarum exemplaria (quia δεύτεραι Φροντίδες ſaepius σοφώτεραι) inter ſeſe compoſui; ac ex illis, quidquid ſynonymum et rei intelligentiae congruum occurrit, fideli diligentia primum adaptaui; Deinde ipſum Libri de Humoribus contextum, Galeno muniente viam, in ſententiarum vel periodorum ordinem ſeiunxi, reddita, cuique ſententiae, ſua interpretatione et enarratione; atque ad promptiores lectorum vſus, cuique tractatui ſuum indicem poſtpoſui: Tum demum, vt tanti viri, optime de hominum ſalute meriti, ſtudio imperioque ſatisfacerem, tuis oculis eas obiicere conatus ſum, non ea puritate, nec iis ornamentis enitentes, quibus, (ſi fatum ſiuiſſet) illuſtraſſet illuſtris ipſe Ioannes Duretus, omni ſcientiarum lumine ac

ſingu-

ſingulari humanitate ornatiſſimus, cuius beneficiorum in me magnitudo aliquam ex me grati animi ſolidaeque laudis memoriam merito poſtularet, niſi virtutum illius, ex ipſismet vnguiculis, incrementa ab officio deterrerent: Non deerunt (vt ſpes eſt) in Gallia Achilleae Lyrae, quae lauro redimitae virtutum faſtigia carpere audeant, et praeclara eius facinora, heroum pulcherrimis factis componendo, anteponant. Sed penſi mei potiorem abſoluiſſe partem non prius videbor, quam huiusce Ludouici Dureti lucubratiunculae editionem tibi acceptam effecero; quod cum ſperare non liceat, quia dignis res ipſa ornamentis deſtituitur, illam ſingulari tua, ſi lubet, humanitate colluſtrabis: Sic efficies, vt ſtatim atque completam Aphorismorum (quae ſeptima ſectione manca eſt) eiusdem authoris interpretationem obtinuerimus, eandem in tuos vſus euulgandam propenſius amplectamur. Vale.

APPROBATIO.

Quoniam Facultatis Medicae Parisiensis decreto sancitum, atque Senatusconsulto stabilitum est, ne quis Parisiis, opus, ad Artem Medicam pertinens, typis committat, sine Medicorum eiusdem Facultatis examine et consensu : Ea de causa M. Petrus Girardet, Collega noster, Medicus doctissimus, proposuit nobis tres tractatus Magni Hippocratis; Primum περὶ χυμῶν, seu De Humoribus purgandis; Alterum De Victus ratione in morbis Acutis, tribus libris comprehensum: Tertium, in Aphorismorum Hippocratis Sectiones sex priores commentarium, horum omnium interprete et enarratore Lud. Dureto, Segusiano. Quorum librorum interpretationes ac enarrationes Ioannes Duretus, Ludouici filius, Collega item noster, Consiliarius et Medicus Regius, manuscriptas recuperauit, atque (vt nobis innotuit) instituto testamento, dicto Girardeto curam imposuit, easdem typis mandandi, vna cum commentariis. Quae commentationes, quia non solum certissima humorum, tuto purgandorum, atque de acutorum morborum Diaeta praecepta, ex summis Hippocratis aliorumue Dogmaticorum theorematis hausta, comprehendunt; verum etiam cognoscendi, praedicendi, atque curandi artem, ipsamque genuinam Hippocratis mentem, vnde Philiatron ingenia certo erudiantur, exponunt; propterea euulgationis iure donandas existimauimus. Datum Parisiis anno millesimo sexcentesimo trigesimo, die Ianuarii vigesima sexta.

PETRVS PIIART. Antiquior Magister.

PETRVS SEGVYN, Primarius Reginae Galliarum Medicus, et in Medicina Professor Regius.

IACOBVS COVSINET, Doctor Parisiensis.

IOANNES PIETRE, Decanus Facultatis.

RENATUS MOREAV, Doctor Parisiensis.

* *

In LVDOVICVM DVRETVM, magni HIPPOCRATIS libros commentariis illustrantem.

Scilicet HIPPOCRATES iterum, DVRETE, reuixit,
Aut totus nobis factus es HIPPOCRATES?
Factus es HIPPOCRATES, animat tuus ossa peremti
Spiritus, huic vitae restituisque SENEM.
Fallor; namque, palingenesis si vera, remigrat
In TE, mutatis sortibus, HIPPOCRATES.

GVIDO PATINVS Bellouacus
Doctor Medicus Parisiensis.

LE-

LECTVRIS SALVTEM.

Cum illa, quae videbantur Vobis exponenda esse de eo, quod a me, in his Hippocratis libellis, praestitum fuerit, in illis literis dicta sint, quas in fronte libelli appossui, non esse videbatur, cur Vos amplius morarer. Incidit tamen aliquid in impressione libri, quod Vos ignorare non debetis. Statutum erat, in graeco textu, versione, commentario, paraphrasi, notulisque ordinandis, ita procedere, vt se singula quasi exciperent. Cuius tamen rei experimento facto, facile apparebat, id sine multis incommodis fieri non posse. Placebat igitur primo loco Hippocratis librum de Humoribus ponere, qualis a Girardeto editus fuit, huic vero meam paraphrasin subiicere, cum annotatiunculis. Videbantur hic graeca abesse posse. Sed primum aliqua in notis sunt, quibus graeca explicantur, deinde ordinem sectionum non parum mutaui, quae duo requirebant, vt graeca adiicerem. Post haec

haec ab initio placebat graeca et paraphraſin ponere, ſic, vt ſibi e regione eſſent, annotationibus ſubiectis. Hunc ordinem per aliquot plagas ſequuti ſumus. Mox tamen ob parapbraſin, notasque aliquot peramplas, apparebat, fieri non poſſe, vt hunc ordinem per totum librum teneamus. Quare malui, relicto priore ordine, eum ſequi, qui etiam Dureto placuit. Eumque in altero, tertioque etiam libello adhibui. Habes igitur cauſſas, quae, vt duplex ordo eſſet, effecerunt, quo tamen detractum eſſe nihil de vtilitate libelli debet. Hoc vnum mihi propoſitum fuit, in paranda hoc noua editione, vt Artis Medicae ſtudioſis, aliquo modo inſeruirem. Hoc vnum ſi obtinuero, nihil curabo moroſos iudices, quibus nihil placet, quod non ab ipſis profectum eſt. Valete.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΧΥΜΩΝ.

HIPPOCRATIS MAGNI DE HVMORIBVS PVRGANDIS.

Interprete et Enarratore

LVDOVICO DVRETO,

SEGVSIANO.

I.

Τὸ χρῶμα τῶν χυμῶν, ὅκου μὴ ἄμπωτίς ἐσι, ὥσπερ ἀνθέων.

Coloratio corporis humoribus, ſi non ſint reflui, ſimilis efflorescit.

DE HVMORIBVS. Id eſt, de purgatione humorum naturali, aut ſymptomatica, et quae ad imitationem naturae fit, artificio Medici comparata. Quoniam operae pretium eſt, ad bonam valetudinem aut conquirendam aut conſeruandam, humores, qui in vitio ſunt, conuenienter purgare; ac

Obiectum libri de humoribus.

ac nullus feracior in Medicina locus eſt, quam de purgando: Caput enim in hac negotii procuratione primum eſt intelligere, qui ſint eiusmodi, vt purgationis materiam et occaſionem exhibeant.

Nam cum in medendo ad ſanationem omnia tanquam ad finem referantur, vt illa prima ſint Medico exploranda, quemadmodum, et quibus auxiliis ad eum finem perueniat; tum vero illud eſt maxime conſiderandum, vt, ſaluis et integris aegri rebus, curatio inſtituatur.

Vt igitur humores degeneres vacuare oportet; ſic eos, qui e natura ſunt, mouere aut etiam nouare eſt nefas. Ac periclitatur aeque is, cui ſano, aut febre defuncto catharticum adhibetur, atque ſi eidem, cum opus eſt, Medicina non fiat.

Quamobrem ad bene purgandum ineunda eſt Medico humorum degenerum ab iis, qui ſunt e natura, diſtinctio: Eius autem ineundae ratio haec eſt.

Principio contemplari oportet habitum, actiones, et excrementa, an bene valentium ſimilia ſint, an diſſimilia, ſed eius praeſertim, cuius valetudo curatur.

CORPORIS INQVAM COLORATIO, ſtabilis, non fugax et humorum ſuffuſione naturali vel critica vel ſymptomatica, atque ita humores ſunt naturae potentes: At in habitu quidem potiſſimum color elucet, ex quo ſignificatio fit humoris, cuius dominatu corpus tenetur, ſi nulla refluxus ac ſuffuſionis, vt ita dicam, fugacis, nec peculiaris naturae excuſatio poſſit adferri.

SI NON SINT REFLVI, ἄμπωτις metaphoricum eſt a mari, quod affluit et refluit. Si non fiat intro reciprocatio motu critico aut ſymptomatico, aut a cauſis procatarcticis, frigore, metu,

metu, triſtitia: Vt enim ab hoſte aut angue diffugimus viſu exſangues; ac verecundia, qui optimae ſunt indolis, erubeſcunt: Sic aliis animi perturbationibus, ac rerum earum, quae admouentur, quaeque ſumuntur, potentia; quin etiam mutua partium ipſarum nobilium ſympathia coloratio noua ſubinde inducitur, quae, quia fugax eſt et cum refluxu, nullam purgandi materiâm neque occaſionem ſubminiſtrat. Nec vero ex colore icterico, ſi naturalis fuerit, purgationis momenta quaerenda ſunt, atque ita de aliis.

Sed ea demum coloratio perneceſſarium vacuationis vſum oſtendit, quae et contra naturam eius eſt, in quo apparet, eſtque refluxus expers, habetque perennem ac ſtabilem in naturalis oeconomiae vitio cauſam. Eſt enim conſentaneum, vt, quale eſt alimentum naturae potens, talis et color eluceat.

Verumenimuero humorum refluxus expertium non vna ratio eſt, nec vnus idemque modus; aut enim toto corpore ſuffuſi apparent, aut parte aliqua, eaque ſuffuſio vel naturalis eſt, vel critica, vel ſymptomatica.

Nam critica eſt illa bilis ſuffuſio, quae et die critico fit, nec ante ſeptimum morbi diem editis pepaſmi ſignis, ac ſine vllo hypochondriorum tumore, quam et deiectiones et vrinae laudabiles comitantur.

Eodem modo ſuffuſa rubore facies haemorrhagiae ſignum eſt, ſi iure et loco appareat; contra delirii, conuulſionis, aut etiam peripneumoniae.

Symptomatica porro eſt bilis ſuffuſio, icterumque facit calamitoſum, quae motu fit morbi aut vitio partis, vt hepatis et lienis, cum ſcilicet alterutrum obduruit hypochondrium: Veneno

etiam ſymptomatica eſt, potione vel morſu immiſſo.

HVMORIBVS SIMILIS EFFLORESCIT, idque ſit perpetuum, modo, quo ſupra dictum eſt (nimirum vt ſunt humores refluxus expertes, ita colores varietate diſtincti apparent) nec more maris fiat fluxus et refluxus viciſſitudo, vt modo rubore ſuffundatur facies, modo pallore; ſic lingua pallida bilioſi humoris, rubra ſanguinei, nigra melancholici, alba pituitoſi, arida fuliginoſi ardoris ſigna edit.

Quid vero? nonne huc ſpectant, quae in vrinis, deiectionibus, expectoratis, vlceribus, atque puſtulis colore aſpectabilia ſunt? Ac omnium quidem illud commune eſt, humorem ſcilicet iis coloribus, quos modo dixi, naturae potentem eſſe, nec contra naturam humoris. Quae cum ita ſint, firmiſſimum hoc poſſe adferri videtur, cur ex colore humorum, refluxus expertium, diſtinctio ſit aucupanda, quod fere talis coloratio naturalis oeconomiae ſoboles quaedam exiſtat.

II.

Αγτέα ἦ ῥέπει διὰ τῶν συμφερόντων χωρίων, πλὴν ὧν οἱ πεπασμοὶ ἐκ τῶν χρόνων.

Ducendi vero ſunt omnes, qua viam affectant, et per loca lege naturae commoda, niſi quorum mitificationes fiunt in tempore.

DVCENDI VERO SVNT HVMORES, degeneres ſcilicet, quorum ſuffuſio, fontis ipſius,

us, vnde manant, perennitate, ſymptomatica eſt, non critica, neque fugax, neque naturae propria; vbicumque in vitio ſunt, excludi debent e corporibus noſtris vacuando, reuellendo, deriuando, coeffundendo, artificio Medici ad imitationem naturae comparato; quod et cunctando putreſcant, et in ſuae putredinis contagionem partium naturam trahant, omnemque humani corporis oeconomiam labefactent, ac ſymptomatum grauiſſimorum ab inflammatione, venenata qualitate, et translatione morbifica, metum adferant.

Ergo, cum adhibita fuerit ea diſtinctio, quae adhiberi debet ex morbo et aegro, in eam curam incumbere debet Medicus, vt artificioſa molitione talem purgationem inſtituat, qualem naturae beneficio, bonis aegri rebus fieri animaduertit.

QVA VIAM AFFECTANT. Haec enim prima lex in purgatione ſancitur, vt, quo natura et humor viam affectant, eo conuenienter (hoc eſt: per loca lege naturae commoda, nec ex euentu incommoda) moueantur: non enim eaedem in omnibus naturae et humoris inclinationes fiunt. Eſtque omnino triplex inclinatio, vnde purgandi via initur, vna quidem naturae, altera humoris, tertia partis obſeſſae. Nam iuuenes haemorrhagia, febribus ardentibus vt plurimum defunguntur; ſenes vero dyſenteria: ſic aeſtate bili morem gerimus, ſurſum mouendo, hyeme contra deorſum pituitae.

Et quorum morborum curatio in purgatione conſiſtit, ſi illi diaphragmate ſuperiorem locum teneant, vomitione; contra ſi inferiorem, deiectione curandi ſunt. Ac ne omnia, quae ſunt

pene innumerabilia, conſecter, comprehendam breui.

ET PER LOCA LEGE NATVRAE COMMODA. At vero purgationis modus ex impulſu naturae, motu ipſius humoris, et meatuum conditione a Medico artificioſe captandus eſt: ſed tamen ea naturae, humoris, et partium inclinatio non tantum ad imitationem conſiderari debet; ſed adhibenda eſt etiam illa cautio, quam conuenienter et integris aegri rebus.

Ac talem cautionem illud apertiſſime planiſſimeque declarat, quod modo annotaui, per commoda loca, quod eſt eiusmodi, ac ſi quis dicat: Non ſolum, quo natura, et humor viam corripiunt, eo molienda purgatio eſt; nec inde ſolum purgationis momenta captanda ſunt, ſed quam commode id fieri poſſit, conſiderandum.

Exiſtunt autem commoda et incommoda loca tum lege naturae, tum ex euentu: lege naturae conuenienter ſanguis per vterum expurgatur; cerebrum per nares, palatum et aures; hepatis caua per aluum, gibba per vrinas, et quae ſunt eiusmodi, quorum ſcilicet opera expurgandis partibus dicata eſt, atque quodammodo conſecrata.

Ex euentu loca ſunt incommoda, quae fuerant lege naturae commoda, vt polypo nares obſeſſae expurgando cerebro ſunt incommodae, alioqui natura commodae; eodemque modo de inteſtinis, veſica, renibus, abdomine, thorace, nec non de faucibus iudicandum.

Sic tabidos numquam adduci debemus, vt vomitione purgandos putemus; iſchiadicos, et nephriticos deiectione, quamuis eo naturae et humoris inclinatio fiat. Et qui non vomunt ex facili, deiectione ſunt vacuandi, modo aeſtas non obſit. Deni-

Denique rerum earum indicationes ita ſunt aeſtimandae, vt, cui plus tribuendum ſit, a Medico non ignoretur.

NISI QVORVM MITIFICATIONES FIVNT. Ac ſi diceret, humorum expurgandorum occaſio purgationis ipſius neceſſitati commoditate antecellit: vt enim humorum pepaſmi expertium vis effera ſiue orgaſmus purgandi celeritatem, vel ineunte morbo requirit; ita, qui ſunt pepaſmi capaces, effici debent natura et arte participes, nec ante ciendi, quam mitificati fuerint, quia cum id fruſtra fieret, quod neque medicamento trahenti, nec expellenti naturae crudus humor cedat, tum vero medicamenti vis ipſi naturae calamitoſa eſſet, debilitando ſcilicet, eamque per febrem aluinaque ſymptomata damnis augendo.

Et vero conſentaneum eſt, vt, quorum morborum ſymptomata ſunt partis obſeſſae, humorisque morbifici tantum propria nec translatitia, non prius natura ſe illis expediat, quam ipſum humorem ſua virtute ſuperarit. Atque id locum habet in iis humoribus, qui ſine orgaſmo, a motu, putredine, et collectione, febrium continuarum et intermittentium conſequutionem adferunt, et qui cum integritate aliqua, tumores contra naturam in viſceribus totoque corporis habitu excitare dicuntur.

IN TEMPORE, id eſt, alteratione, nam illa concoctio partium ſolidarum, hoc eſt naturae ipſius virtute, perficitur, ad eamque conſequendam natura ipſa ſui diligens et conſeruatrix mutatione vtitur, quae, quia motu fit, et cum motu coniunctum eſt tempus, vt erit partium ſolidarum integritas, caloris vitalis facultas, materiaeque ipſius conditio; ita pepaſmi celeri-

tas aut tarditas expectabitur. Nam febrium quartanarum diuturnitas in pepasmi difficultate consistit, difficultas pepasmi in materiae contumacia: Ac raucitates in senibus non facile mitificantur, et quae sunt eiusmodi.

Porro autem quemadmodum neque abscessus, neque excretio in bonis ducuntur, si antea pepasmi significationem non dederint: Ita purgatio perperam praescribi solet a Medico, cum naturae virtus, et meatuum libertas, et materiae praeparatio desideratur. Nam cum corpora purgare consilium est, debent effici permeabilia, atque locum habet tum maxime, cum, impuritate corporis, siue ea plenioris diaetae sit soboles, siue ea ab imperfecta crisi superstit, recidiua est in metu; ipsumque adeo corpus, quo magis nutritur, eo grauioribus damnis augetur, proptereaque conuenit ad calamitosam vim morbi recidiui arcendam et propulsandam, tum vt corpus ipsum iam diu multumque suo defraudatum genio, locum habeat reficiendi sui; Conuenit, inquam, cacochymiae omnis tum superstitis tum succrescentis vacuationem et exclusionem purgando moliri.

Ex quibus efficitur, omnem consilii capiendi deliberationem in his versari, cum de purgando agitur: Primum, quid sit purgandum; Deinde, an id effici possit, quod primo loco videbatur faciundum; Postremo quemadmodum, et quibus auxiliis id effici posse videatur. Primo purgandi necessitatem indicat cacochymia primigenia superstes, atque succrescens. Facultatem et occasionem suppeditat species ipsa morbi inchoata, vel affecta, materia atque subiectum, cum scilicet materiae praeparatione, meatuum libertate, excitata naturae vi omnino permeabile est corpus.

Effi-

Efficiendi modum et rationem praeſcribit triplex illa iam commemorata inclinatio naturae, humoris, et morbi.

III.

Οἱ πεπασμοὶ ἔξω, ἢ εἴσω ῥέπουσιν, ἢ ἄλλῃ, ὅπῃ δεῖ.

Mitificationes autem ſeu maturationes inclinationem habent aut foras, aut intro, aut alio, quo oportet.

MITIFICATIONES AVTEM. Hoc eſt coctiones, humorum a naturali ſtatu alteratorum ad temperiem reductio, quae partium ſolidarum virtute fit, calorisque vitalis facultate ſuſcipitur. Aui ſui doctrinam non ignorauit Ariſtoteles *IV. lib. Meteor.* C.2.3. e cuius verbis hoc intelligimus, atque tunc pepſeos nomen genericum eſt; cum autem ſpeciale eſt, eſt τῶν εἰσιόντων, eiusque terminus eſt in ſubſtantiam conuerſio : hic ſpeciale eſt πεπασμὸς, et eſt eorum, quae alterantur, vt foras exterminentur, nempe τῶν ἀπιόντων, quamquam fructus ſuo pepaſmo gaudeant. Ergo cum pepaſmi ad ſalutem praeclare appareant, tum vero admirabile eſt, quantum praeſidii ad eam obtinendam, quantumque opis adferant. Sane in pepaſmo haud fere eſt, quod quisquam Medici adiumentum requirat, cum ipſa natura ſufficiat, eademque duce optima ſanationis curſus confici poſſit : Vt enim concoctione natura ſui domicilii eſt conſeruatrix ; ita pepaſmo omnes contra naturam affectiones depellit, cum aut diaetae vitio, aut loci inſalubritate, aut etiam coeli morbo

afficitur; omnino autem a pepaſmo natura triplicem viam inuenit, qua deducitur ad conſeruationem ſui, morbumque depellit.

INCLINATIONEM HABENT AVT FORAS, AVT INTRO, AVT ALIO, QVO OPORTET, foras quidem vt ſudore, ictero critico, exanthematis quoque ipſis; intro vero deiectionibus, vrinis, haemorrhagia:

AVT ALIO, cum ſcilicet ab vna parte in aliam deponit, vt in abſceſſu critico, quando pars, quae excipit, totius materiae morbificae capax, illaque ſecretio fit e directo, et procul a parte affecta, denique ſi ille abſceſſus ipſi morbo non eſt impar, nec naturae potens. Atque vt natura per ſe ipſa morbo defuncta purgationem reſpuit, vel ſi tuberculis et exanthematis ſit obſitum corpus; ita, ſi quid reliquiarum ſuperſit, aut ſi non ea naturae ſit vis atque potentia, qua ſe affecto iam morbo expediat; tum ſane ineunda erit bene purgandi ratio, naturaeque, vt ita dicam, vicem explendi praeſtandique ex cognitione locorum, quo ipſa natura curſum inflectit.

Ergo humores pepaſmi capaces primum reddendi ſunt arte participes, deinde vero ciendi, quo et qua quisque natura duce viam affectat, etſi iam criſi inchoata, ſuperſtitis materiae ſigna edantur; quicquid ſupererit, eo ducendum, quo ſe natura iam conuertiſſe viſa eſt.

IIII.

Εὐλαβείη. *Cautio.*

CAVTIO, conſideratio, cauta vitatio, delectus, circumſpectio in rebus agendis; Etenim cum ita com-

comparata ſit omnis medendi, imprimisque vacuandi ratio, vt minimis aeque momentis in commoda aegri peccetur, etiamſi neceſſariae in promptu ſunt cauſae purgationis; tamen illud videndum eſt maxime, quam conuenienter id effici poſſit, quod primo loco duxeras faciundum. Quo enim maior ex vacuatione fructus percipitur, ſi conſiderate adhibita fuerit; eo maiora per illam detrimenta importantur, ſi talis non ſit, qualis et iure et loco praeſcribi et adhiberi ſolet.

Neceſſitatem ſane arguunt, quae paulo ante ſunt explicata, vt iure et loco fieri poſſe quis putet, ſi vacuetur, cum opus eſt maxime; nec non periculi metus adfertur, ſi praetermiſſa fuerit illa medendi ratio. Sed tamen vacuandi ſunt hi delectus, hae cautiones, quae ex variarum indicationum, ſimiliumque ac diſſimilium ſignorum, cauſarum et corporum diſtinctione comparantur, vt praegnantes purgare religio eſt ante tertium aut quartum geſtationis menſem et poſt ſeptimum.

V.

Απειρίη, δυπτειρίη.

Inexperta medicatio, difficultas experiendi.

INEXPERTA MEDICATIO. Primum quidem inexperta medicatio difficultatem parit maximam, cum ſcilicet nihil ſit neque appareat, quo duce ac veluti praeeunte magiſtro, viam inire poſſis. Sunt enim quaedam proprietates hominum, ſine quarum notitia nec facile quicquam recte fieri, nec in futurum praeſagiri poteſt. Eſt enim difficillimum ei conuenienter medicinam facere, cuius natura communis et propria non ſit ante perſpecta

cta et cognita: hic ſane iudicio ſingulari eſt opus, experientia quoque eſt opus: Chirurgi experientia eſt in ſenſu communi fundata, quando perfracto brachio eam collocationem atque figuram ab aegro requirit, quae ſit doloris expers: Idem iudicio vtitur, cum ita collocat brachium, vt inter ſummam flexionem ſummamque extenſionem, pronumque inter atque ſupinum media collocatio videatur: Atque illic ducem habet naturam; hic artificium ex rei Anatomicae peritia comparatum, nec fere aberrat a ſcopo, cum aut naturam ſequitur, aut iudicium adhibet ex partium aſpectabilium diſtinctione: Alia eſt enim brachiorum, alia crurum, tibiarum, et pedum figura, et collocatio, nec eodem modo reſtitui debent, quando perfracta ſunt.

Sed in purgando non aeque certa eſt Medici experientia (quae in effectionum modo, et conſequutione verſatur) atque illa Chirurgi, quam in ſenſu communi poſitam eſſe diximus, ſed fallax potius et periculoſa. Multa enim praeclare fieri et apparere videntur, ac falſo naturae accepta feruntur, quae ſunt plane ſymptomatica et calamitoſa: nec iudicium experientiae canon et regula niſi ſummis ingeniis, acerrimis ſtudiis, doctrinaque optima comparatur. Eſt enim iudicii magna vis planeque diuina, ſed in quo difficultatis ſumma ſunt omnia, praeſertim cum ſimilitudines ipſae bonis et eruditis Medicis non raro imponant.

Hic ſane cautio eſſe debet, ne boni rectique ſpecie quis in aegri perniciem decipiatur et erret: Nulla enim Medici excuſatio accipienda eſt, preſertim cum per imprudentiam iuuandi ſtudio peccaſſe ſe dixerit. Id ne fiat, iudicium et experien-

rientiam ſumma religione adhibeat, quae duo omnem percipiendi et diſtinguendi vim in ſe continent: Et cum iudicii, et experientiae idem ſit omnino ſcopus, ratio tamen diuerſa eſt; Etenim, vt perfracto brachio experientiae theorema illud eſt, *figura* ſiue collocatio doloris expers eſt naturalis: hoc vero iudicii, *figura* inter extremam flexionem et extenſionem, pronum et ſupinum media, eſt naturalis: Sic in ratione purgandi, cum ſcilicet de purgando agitur, hoc theorema ſibi vendicat experientia. *Si vacuatio*, qualem moliri neceſſe eſt, fiat, bono ſit et alleuatur is, cui praeſcribitur, ſin minus contra: Iudicii autem vis lucet ſplendetque in diſtinctione ſignorum, cauſarum et corporum, ex eaque diſtinctione ſimilium ac diſſimilium, omnis cognoſcendi, praedicendi, atque curandi ratio comparatur.

DIFFICVLTAS EXPERIENDI. Ergo qui duce tantum experientia purgationem molitur, ſaepe aberrat a ſcopo, niſi iudicium adhibeat: ſed cum iudicio definita fuerit purgandi neceſſitas, materiaque ipſa purgabilis propalam explicata, vt iam dubitari non poſſit, quin vacuandum ſit; exiſtit hoc loco quaeſtio difficillima, tum ſane difficultas experiendi in quaeſtione verſatur; haec in contrariarum indicationum concurſu occurrit, cum ſcilicet in incerto eſt, quid conſilii capiendum ſit, vbi pharmaciae, chirurgiae vel etiam diaetae ratio in quaeſtionem vocatur. Incertus eſt animi, quid ſit facturus, qui, vtrum naturae ſtudendum ſit potius quam pugnandum cum morbo, ignorat.

Vnde difficultas experiendi oriatur.

Vt enim concedam ptiſſanae dotes facile cuiuis eſſe perſpectas, atque quodammodo pertractatas, quibus admirabile eſt, quantum caeteris

Ptiſſanae dotes.

teris alimentorum generibus antecellat, quod et fit meabilis, et concoctu facilis, et omnis alienae qualitatis expers minimeque sitifera, ex quibus maximum pleuriticis adiumentum posse adferri videatur, alas pulmonum explicando, materiam praeparando, tussim leniendo, naturaeque vim excitando ad expectorandum: Tamen permagni interest siccone an humido, ineunte an affecto iam morbo exhibeatur; tum autem continenterne an cum intermissione, semel aut bis die exhibenda esse videatur: Nam in doloris acerbitate cum summa difficultate spirandi, et expectorati vacuitate coniuncta, si quis ptissanam sorbeat, tam est in vitio, quam si ipse sibi manus adferret, quod inde vel mente perculsus, vel cum orthopnoea, vel cum stertore celerius opinione Medicorum, saepe intereat. Eoque fit, vt iure optimo huiusmodi homines syderatos prisci existimarint, tum propter eam moriendi celeritatem, tum quod iis mortuis membrana liuida plagae assimilis conspiceretur: Atque huius rei causa in promtu est, quod scilicet repente suspirioſi laedantur: Etenim frequenti illo, quem ducunt, spiritu materia expectorabilis fit glutinosa, hinc respirationis interceptio.

Quod si ptissana tantis augeat damnis aegros, si iure et loco non vsurpetur; cuiusmodi caetera esse iudicandum est, quae nec bonitate succi alibilis, nec facultate medendi, cum ptissana sunt conferenda?

Ac difficultas experiendi maxima est, cum aut symptomata eiusdem causae soboles, aut quorum vis maior est, magisque vrget, aut quae cum aliis coniuncta, varie suadendo efficiunt, vt paulo momento animus huc illuc distrahatur.

Ne

Ne longum faciam, et ne ab inſtituto diſcedam; Quae maior difficultas purgandi in Medicina cernitur, quam ſi cum orgaſmo bimeſtris grauiditas aut ſeptimeſtris coniuncta ſit? Praegnantes quidem purgandae, fateor, ſi humor ſit efferus et ipſae quadrimeſtres dum ſeptimeſtres fuerint; caeteras autem purgare religio ſit. Vt enim tanta purgandi neceſſitas eſt in orgaſmo, vt etiam celeritas ipſa quoodammodo mora ſit, ne calor febrilis augeatur, ſymptomatum acerbitate vires frangantur, ipſaque materia adeo effera ruat in partem aliquam nobilitate inſignem, cuius officio vita carere non poſſit: Ita neceſſitatem illam, quae ſumma eſt, maior experiundi difficultas remoratur, qualem grauiditas ipſa recens vel affecta ſaepenumero affert, quotiescumque in eam cadit orgaſmus.

Quae cauſa eſt etiam, cur morbi acuti non minus ipſa difficultate experiundi, quam magnitudine cauſae ac ſymptomatum vehementia, ſint mulieribus grauidis calamitoſi atque funeſti. Nam ſi ea ſit ratio foetus et foetae, vt non magis liceat pugnare cum morbo, quam ipſi naturae ad tempus imperare, nullus omnino reſtabit curationi locus. Quinetiam ſi grandiore iam foetu auſtrina veniat hyems pluuioſa ac tepida, indeque ver ſiccum et aquilonium, mulieres ipſae grauidae, in ſumma purgandi neceſſitate, purgationem ipſam commodo foetus non ferent, quod ex ea temporum defectione ac tempeſtatum alienatione, leui de cauſa abortiant: Eoque fit, vt mulieres grauidae, morbis acutis implicitae, non minus ipſa difficultate curandi, quam magnitudine et vi morborum laborent.

Quam-

Curandi Regula communis.

Quamobrem in hac tam perplexa tamque ancipiti cura cogitandi, vſurpanda videtur illa, quae omnium quidem communis eſt regula, vt, vnde natura magis eſt opis indigens, hac illi ex parte potiſſimum ſuccurratur, nihilque ſalutariter fieri poſſe quis putet, niſi quod ipſi naturae conuenienter fiat, quamuis ipſa vis morbi ſuo iure aliquid pene dixerim extorquere videatur. Porro autem quemadmodum humorum, qui in vitio ſunt, vacuatione ſanitas comparatur, contraque ſymptomatum acceſſio fit; ita rerum conſequutionem tanquam e ſpecula praeuidere oportet diſtinctione locorum, temporum, naturarum, morborum: Ex quibus intelligitur, purgationem iure et loco a natura ſuſcipi, aut a Medico artificioſe inſtitui, vel contra ſymptomatice aut inconſiderate fieri in qualitate, quantitate, vtendi modo et occaſione.

Solenne eſt ſurſum purgationem moliri, quando ad cibi faſtidium accedit ſtomachi morſus et oris amaror; ſunt enim haec alui bile natantis ſymptomata: Nec minus eam purgationem ſurſum moliendam ſuadet, ſi dominatu aeſtatis coelum incanduit, corpusque purgandum eſt gracile, et ad vomendum habile beneque affectum. Sed tamen ita comparata eſt ratio illorum ſymptomatum, vt quamuis impulſu naturae, motu ipſius humoris, et meatuum conditione ſurſum bene fieri illa purgatio videatur, tamen ea molitio tantum in febris vacuitate probanda ſit.

Etenim ſi a febre veniunt illa ſymptomata, ineunte quidem ſunt translationis ſymptomaticae, effecta vero perturbationis criticae propria, ac ſigna iamiam futurae vomitionis criticae et ſalutaris; in translatione ſymptomatica morbum

ſequi

ſequi eſt nefas. In perturbatione critica quae iudicantur ſalutariter, ea mouere non licet.

Iam vero vt catharticorum difficultatem, quam illa prae ſe ferunt, aperiamus: Quod nomen cathartici fuit in arte illuſtrius quam Ellebori? Enimuero medicamenti nullius vis maior ſe extuliſſe dicitur ad ſanationem melancholicorum, fanaticorum, iſchiadicorum, arthriticorum, nephriticorum, ſauciatorum, cum ſcilicet ex vulnere aut fractura corruptionis metus adfertur, propterea-que delirii, febris, et conuulſionis.

Sed huius rei difficultatem non mediocriter pertimeſcit, qui eſt medendi peritus: Eſt enim rigore et conuulſione formidabilis; nam cum in elleboro tanta purgandi ſit virtus atque potentia, vt priusquam in tenuium inteſtinorum anfractus perueniat, humores degeneres, toto corpore ad aluum pertractos, vomitione excludat, cuiuscumque naturae fuerit ille potens, eius profecto auxilia labefactabit, eritque omnino rigore et conuulſione funeſtus.

Itaque pueris, qui neruos habent natura infirmos, ſenibus item, qui ab exhauſto humoris natiui laborant, elleboro iure interdicendum videtur, ob eum, quem dixi, conuulſionis metum: Soli reſtant iuuenes et homines conſtantis aetatis elleboro vacuandi, nec ſine ſummo delectu. Atque hi ſunt in promptu elleboriſmi delectus, hae cautiones, quas qui ſeruare in animum non inducet, praeſtiterit ſane, vt elleboriſmo in totum abſtineat.

Primum iam conſtat, opinor, de hominum naturis, ab elleboriſmo excipiendam ſenectutem et pueritiam. Deinde qui male ad vomendum affecti ſunt et conſtituti: Tum autem, qui febrili

conflagrant incendio, et qui aluinis ſymptomatis infeſtantur: In caeteris ita proderit elleboriſmo vti.

Principio, vt ſi duorum ſolemnium remediorum, elleboriſmi ſcilicet et phlebotomiae neceſſarius incidat vſus, a phlebotomia curationis principia ducantur. Hinc permeabile corpus reddatur vberiore victu et requie. Materiam reddet ſequacem ductusque meabiles oxypororum vſus, inde diluto radicularum elleboro conſixarum potionandum ea menſura, qua vires naturae ad excluſionem humoris morbifici incitentur, non autem frangantur. Poſtremo vere et autumno potionandi ſit tempus, non hyeme, nec aeſtate. Ergo ſic proderit elleboriſmo vti, eoque delectu mirabiles adferentur ſanationis fructus eorum morborum, quorum calamitoſa vi naturae praeſidia collabuntur et concidunt.

Quae cum ita ſint, vere illud videor eſſe dicturus, nihil omnino inconſiderate eſſe faciendum in ratione purgandi, ac nihil de cathartico ſtatuendum, niſi difficultatibus illis ſublatis, quibus illa purgandi ſcientia eſt plane obſtructa. Caeterum, omnium rerum, quae ſponte fiunt atque apparent, effectionis modus et conſequutio experientia eſt, non peruagata iſta periclitatio. Atque illa tria, ſcilicet εὐλαβείη, ἀπειρίη, δυσπειρίη, ad quaeſtionem, an ſit purgandum, pertinent, quae ſequuntur, ad modum purgandi. Purgandi vero modus in peculiari natura et affectione, deinde in humoris, qui in vitio eſt, conditione conſiſtit.

VI. Ma-

VI.

Μαδαρότης. ἢ μαδάρωσις.

Pilorum defluuium.

PILORVM DEFLVVIVM, glabrities ex pilorum defluuio. Quae affectio tabidis propria maximam etiam praebet experiendi difficultatem, quia tabidorum natura et humor ſurſum vergunt. At ipſa tabes, aut ea naturae ad tabem ſuſcipiendam inclinatio nunquam nos eo ſinit adduci, vt purgationem ſurſum moliendam putemus. Exiſtunt enim congeneres quidam hominum morbi, aut partium illis excipiendis bene affecta conditio, ex quibus tametſi humorum degenerum ſignificatio ſit, tamen ab ipſius purgationis molitione nos auocant; cum ſcilicet viam inire conſilium eſt, quam ipſa natura et humor affectant. Etenim tabidorum (quos ita vis morbi ferina exercuit, vt pilorum congenitorum defluuio ſint deturpati) et natura et humor ſurſum aſpirant, ſunt enim graciles fere omnes et bilioſi: Vt enim tabidi, quibus ferinum vlcus pulmonem depaſcit, vomitione damnis augentur, ac ſaepe celerius, quam quis fortaſſe putet, intereant, quod ad calamitoſam vim vlceris accedat funeſta venarum hiantium profuſio et haemorrhagia: Sic etiam illi, qui ſunt in metu tabis, vomitione tabidi efficiuntur, quod et catharrhi vis effera in pulmones procumbat, et vaſa pulmonum dehiſcant; huiuscemodi fere ſunt, qui ſcapulas habent alatas, aut qui ſicca tuſſi cum raucitate coniuncta infeſtantur: Nam, quae diſtillationes a capite tuſſiculoſos et raucos efficiunt homines, ſi, cum aliquantiſper proceſſerint, vacationem non habeant,

alteram ſane afferunt tabis differentiam: At hi non minus in metu ſunt tabis, quam quibus ſcapulae alarum inſtar prominent.

Eadem cautio eſſe debet nephriticis et iſchiadicis, vt numquam, ſi fieri poſſit, iis ope cathartici aluus feratur, ne grauiorum ſymptomatum acceſſione, in diſcrimen veniant, ab humoris in partes male affectas prolapſu, cui excipiendo cum ipſa partium laborantium infirmitas valde ſit habilis, tum vero maxime cum ad eam excipiendi opportunitatem calcar humori additur, fitque, vt ita dicam, via vi, quae facilis et expedita ante fuerat.

VII.

Σπλάγχνων κενότης, τοῖσι κάτω πλήρωσις, τοῖσιν ἄνω τροφή.

Viſcerum vacuitas, repletio abdominis et craſſitudo, per ſuperiora alimentum.

VISCERVM VACVITAS immutatione habitus, temperamenti, et actionis, cuiusmodi naturis purgationes laborioſae ſunt, ac praeſertim, quae vomitione ſuſcipiuntur: Ac ſi diceret, in viſcerum vacuitate res eo ſunt loco, vt neceſſario purgandum eſſe videatur. Etenim vacuitatis extraordinariae ſunt haec fere ſymptomata: in aluo quidem morſus, quem cardiogmum vocant, oris amaror, et hypochondriorum ſuſpenſio; in genere venoſo calor febrilis et vrinarum rubor; in habitu corporis extimarum partium frigus,

frigus, oculi concaui, collapſa tempora, denique infirmitas ipſa et ad res gerendas ignauia. Sed illud fere poſitum eſt, nunquam in inedia laborandum; Quae ſententia vt in labore et exercitatione corporis locum habet, ne vires ab exhauſto per inediam laborantes, accedente labore omnium, labefactentur; ita cum certis de cauſis inedia futura eſt, vel anteceſſit, nunquam purgandum, aut ſanguis vena inciſa mittendus. Atque vt homini ſano cum inedia laborare eſt aegre; ſic aegro in aeſtu morbi, cum ſcilicet quam tenuiſſima diaeta neceſſe eſt vti, Pharmaciam aut phlebotomiam adhibere eſt calamitoſum. Et vero ſic eſt naturae alui talis conditio, vt ſi in eam vacuitas extraordinaria officiique vacatio forte inciderit, ſubſtantiae quidem ipſius ſiccitatem, habitui prolapſionem, facultati coctrici ignauiam deſidiamque adferat. Ac ſiccitatis conſequens eſt ſitis, oris amaror, a bile cardiogmus, tenebricoſa vertigo, iactatio nauſeabunda, vigiliae, rubens vrina, carnium aeſtus et febris, cum frigoris et caloris viciſſitudine partium extimarum.

Alui collapſae incommoda ſunt haec: hypochondriorum ſuſpenſio, difficultas ſpirandi, et anxietudo: Ignauiam deſidiamque ab officii vacatione conceptam ſequitur moleſtia quaedam grauiſſima ex mutatione repentina ab otio ad negotium, ſi quis ad ingenium redire velit.

Tanta eſt igitur ſymptomatum foetura et ilias a viſcerum vacuitate, vt omnis tollatur medicinae faciendae occaſio.

REPLETIO ABDOMINIS ET CRASSITVDO, hoc eſt vberrima conſtitutio cum triplicis aequalitatis laude coniuncta; ſiquidem

cum duas purgandi vias natura muniuerit, quibus humores, qui toto corpore in vitio ſunt, aequabiliter poſſint excludi, vomitionem ſurſum, deiectionem deorſum; vtriusque profecto ſic debet eſſe cautio.

Ac primum id ratum eſſe debet, quibus profuturum ſit deiiciendo purgari: Enimuero profuturum eſt melancholicis, pituitoſis, aetate conſtanti et hyeme, in doloribus diaphragmate inferioribus, quorum curatio in purgatione conſiſtit, cuiusmodi ſunt aluini circa vmbilicum dolores, lumborum cruciatus ac genuum grauitas.

Sed in hac viarum purgationi dicatarum electione, quam ipſa collocatio atque natura partium expurgandarum praeſcribit, idonea deiiciendi opportunitas abdomine ſolido ſuccique pleno, nec non in ſubſtantiae, qualitatis, et quantitatis aequabilitate poſito potiſſimum aeſtimatur. Vt enim abdominis vberrima illa conſtitutio praeclare ad ſalutem apparet, quod inde viſcerum bene moratorum beneque conſtitutorum argumenta petantur, ita ex animi ſententia ſanationem adiuuat, praeclareque ad eam facit, quod huius beneficio illa, quae fit deorſum, purgatio Medicorum votis reſpondeat.

Contra, ſi quae inaequalitatis nota in diſtentione, contractione, duritate percipiatur, aut ſi abdominis muſculi contabuerint, ex illo ruere ac retro ſublapſa referri ſpes iuſtae purgationis, quae deiiciendo perficitur. Quamobrem non vltima erit eius, quae fit deorſum, purgationis laus, quae ex virtute et integritate comparatur.

PER SVPERIORA ALIMENTVM, ac ſi diceret, vomitionis (quae ſurſum ſit humoris vitioſi excluſio) quae opportunitates ſunt maxime

ad

ad bene medendum, illae profecto veniunt abdicandae, si alimentum desit, vel alimenti ratio desideretur. Est enim consentaneum, vt vomat ex facili is, cui vomitio imperatur, nisi conuulsionem experiri malit, quam humoris morbifici vacuationem. At ista facilitas humectatione acquiritur: nihil autem humificum, quod nutricatu careat. Quamobrem victu pleno et quiete opus est ad bene vomendum, idque cum alias, tum si elleborismo vtendum sit. Haec igitur praeparatio adhibeatur iis, quos saeui exercent dolores diaphragmate superiores, ac sola purgatione sanabiles. Haec lex vomendi iis etiam sanciatur, quibus ad melancholiam, insaniam, nephritidem, ischiadem, et calcis fracturam vomere multum prodest. Qui contra vomitionem instituit, non minus in commoda aegri peccat, quam si ipse damnum adferret.

Quae cum ita sint; plane efficitur viarum, quas ad purgandum natura instituit, electionem non minus a praeparatione, quam ab instituto naturae proficisci.

VIII.

Ἀναῤῥοπίη, καταῤῥοπίη.

Sursum inclinatio. Deorsum inclinatio.

SVRSVM INCLINTAIO. DEORSVM INCLINATIO. Vomitione quidem purgandi sunt fateor, quibus inclinatio sursum fit; quemadmodum et deiectione, quibus deorsum, sed id non temere faciendum. Triplex est autem omnis,

quae ſurſum fit, inclinatio, triplex item, quae fit deorſum; vna quidem humoris, altera vero naturae, poſtrema ipſius morbi: Etenim bilioſi humoris ſurſum fit inclinatio, melancholici vero deorſum. Iuuenum propria eſt vomitio, et haemorrhagia: Senum vero et hominum conſtantis aetatis alui profluuium ſeu diarrhoea, dyſenteria, et haemorrhoides. Morbi acuti ſurſum, niſi in ſenibus: Diuturni vero deorſum criſim recipiunt.

Sed tamen ea triplex naturae, humoris, et morbi ſurſum deorſumue inclinatio, vt ſummo iure ſic faciendum ſuadeat; tamen ipſum Medicum ad imitationem ſui facile non adducet, ſi deorſum vbertas abdominis, ſurſum humifica vis alimenti et ſomni deſideretur.

IX.

Τὰ αὐτόματα ἄνω καὶ κάτω, ἃ ὠφελέει καὶ βλάπτει, συγγενὲς εἶδος, χώρη, ἔθος, ἡλικίη, ὥρη, κατάσασις νόσου, ὑπερβολὴ, ἔλλειψις, ὅισιν ὁκόσον λείπεται, ἢ ἀ.

Quae ſponte ſurſum deorſumue feruntur, quae proſunt aut obſunt: congenita forma, regio, mos, aetas, temporis viciſſitudinis ratio, morbi ſtatus, nimietas, paucitas, ſiue quibus deeſt aut abundat.

QVAE SPONTE SVRSVM DEORSVMVE FERVNTVR, QVAE PROSVNT AVT OBSVNT.

Quod

Quod ſupereſt, commemorabile illud eſt in cautione prudentis atque periti Medici, vt obſeruatione ſingulari eorum, quae ſponte fiunt, quaeque apparent, bene rectèque imitandi ſolertiam conſequatur. Nam cum prima ſit ad veram laudem medendi commendatio, vt, quae contra naturam ſunt, accommodate excludantur, aut in priſtinum ſtatum, quoad eius conatus fieri poterit, tuto, cito et iucunde reuocentur; nos quidem excluſionis modum natura duce tenebimus, quam ſi ſequamur, nunquam aberrabimus: Natura enim ſui diligens et conſeruatrix morbos depellit pepaſmo et criſi: Eius autem conuenienter omnia molientis imitatorem ſe, obſeruatorem et adiutorem fideliſſimum praeſtare is debet, qui artis magiſter praeſtantiſſimus dici et eſſe velit. Sed ne decipiamur ſpecie recti, contraque, et bene, et conuenienter cuique medendi occaſionem arripiamus, iudicium et experientiam adhibere oportet. Ac ſane adhibendi ratio explicatur hoc propoſito vacuationis exemplo, ad cuius imitationem artificioſa omnis vacuandi molitio facillime comparatur. Nam deiectione et vomitione purgantur humores, qui toto corpore vitium concepere, natura et arte. Eodemque modo colliquamenta, et alii humores ſine delectu ſymptomatice excluduntur. Ac nihil in promptu magis quam artificioſam vacuationem moliri vomitu aut deiectione quo iure quaque iniuria. Sed vt naturalis bono ſit aegri, ſic artificioſa in bonis ducitur atque laudari ſolet, qua exemplo naturae, qualia purgari decet, purgantur et excluduntur.

Verumenimuero qualia purgari decet, eiusmodi eſſe intelligimus; primum quidem, ex iis, quae purgandi neceſſitatem indicant, modos aperiunt, rationem denique omnem praeſcribunt.

Deinde vero ex ipſo effectionis modo et conſequutione. Effectionis modus in aegri alacritate cernitur, dum ſcilicet fertur aluus vomitioque cietur; conſequutio autem in adiumento et alleuatione, cum finis purgandi ſit. Eaque omnino ſunt duo iuſtae vacuationis argumenta, quorum ſane veritas in ſenſus communis bonitate lucet ſplendetque, nec vllis erroribus obſoleſcit.

Quid enim facilius mente animoque peragratur atque concipitur, quam illud, quod in peruagato Medicorum ſermone verſatur, in commotionibus alui et vomitibus vltro obortis, ſi, qualia purgari decet, purgentur, prodeſt id maxime, perferuntque alacriter; ſin minus, contra: Sic etiam vacuatio, ſi, qualem moliri neceſſe eſt, fiat; bono ſit et alleuantur, ſin minus, contra. Eſt enim id aeque ſenſus communis iudiciarium atque illud: Totum eſt maius ſua parte, et bis tria faciunt ſex, et quae ſunt eiusmodi.

CONGENITA FORMA naturalis, communis, et propria cuiusque naturae in temperamento, in habitu tum vniuerſi corporis tum ſingularum partium, quarum beneficio corpus adminiſtratur, temperamento et dominatu cuiusque humoris: Ac ſi diceret, operae pretium non eſt Medici affectionis modum et conſequutionem expectare, in omni purgatione, quae ſponte ſuſcipitur, neque id vacat aegri periculo artificisque contumelia, quod in eo affectionis modo et conſequutione tantum defixus non ante praeuiderit ſiniſtros euentus aut prohibuerit: aut contra ſperarit et aduocarit ſecundos. Explicanda eſt igitur praeſtantis iudicii vis, quae in ſignorum, cauſſarum, et corporum ſimilium ac diſſimilium diſtinctione poſita eſt: Eius autem comparandae et explicandae

dae ratio haec eſt. Nam prima cognoſcendi, praedicendi, et curandi ratio ex formae connaturalis (quae cuique propria eſt) diſtinctione ducitur.

REGIO, ſitu, natura, ventis et aquis, ſolum ac coelum vernaculum.

MOS, inſtitutus et inſitus: Inſtitutus in vitae ratione, et vitae inſtituto, mores inſiti ſunt, qui corporis temperamentum ſequuntur, vt bilioſi iraſci celeres, *vide Lib. I. Epid.* Inſtituti, qui ex Philoſophiae ſtudio aut diuinis literis comparantur, vt apud Ciceronem *lib. de fato*, fertur de Socrate, quo nihil ſapientius, nihil temperantius, etſi natura mulieroſus extitiſſet. Sic ex diaeta variorum morborum diſperſorum principia cauſaeque ducuntur.

AETAS, nam illa temperamenti et habitus mutationem affert: Prima infantia congener eſt muco et aphthis; ſecunda diarrhoeae et conuulſioni epilepticae; Tertia ſtrumis et lithiaſi; Pubertas et adoleſcentia ſanguini et haemorrhagiae; Iuuentus bili et febribus acutis ardentibus, tabi; Conſtans melancholico ſucco et haemorrhoidibus; Senectus excrementitiis humoribus, vnde apoplexiae et cachexiae, ſiccitati corporis, cruditatibus, catharrhis tuſſiferis.

TEMPORIS VICISSITVDINIS RATIO, ſiccitatis, caloris, humoris, frigoris, ventorum, tranquillitatis, nubium, procellarum, ſerenitatis, praeterito tempore aut praeſenti, principio, medio et fine, ſine intermiſſione, aut cum intermiſſione.

MORBI STATVS, hoc eſt hiſtoria, morbi ſpecies, magnitudo, mos, ſitus, vnde ſalutis aut mortis, ſecundi aut ſiniſtri iudicii, criſeos ipſius et diei critici argumenta petuntur.

NIMIETAS, PAVCITAS ſcilicet excretionum, quae vi naturae ſuſcipiuntur, nimietas enim inhibendum, ſiſtendum; paucitas coeffun-

den-

dendum: ac nimietas, paucitas (rerum adhibendarum in qualitate, copia, frequentia) congeneres ſunt formae rerum habendarum, et ad communem et propriam cuiusque naturam debent referri.

SIVE QVIBVS DEEST AVT ABVNDAT, vt bilioſis parte ſuperiore, pituitoſis inferiore, cum morbo aut ſine morbo.

X.

Ἄ′κη· ἔκκλισις.

Medela, declinatio.

MEDELA, DECLINATIO, medicandum aegri natura inſinuat: Aliquando medicationes periculoſiſſimas eſſe quascumque declarat, itaque praeſtolandum ſatius.

XI.

Παροχέτευσις ἐς κεφαλὴν, ἐς τὰ πλάγια, ἢ μάλιϛα ῥέπει, ἢ ἀντίσπασις. ἐπὶ τοῖσιν ἄνω, κάτω. ἄνω, ἐπὶ τοῖσι κάτω, ἢ ξυρῆναι, ἢ οἷσι τὰ κάτω, ἢ οἷσι τὰ ἄνω, ἢ ἐκπλήνεται, ἢ οἷσι παρηγορήσεται.

Deriuatio ad capitis dolores curandos, per obliqua, qua viam affectant, aut reuulſio, quibus ſurſum deorſum, quibus deorſum ſurſum; aut deſiccandi locus eſt, aut quibus ſupe-

ſuperiora, aut quibus inferiora, aut eluitur, aut quibus ſedabitur dolor.

DERIVATIO AD CAPITIS DOLORES CVRANDOS, quae deriuatio eſt auerſio humoris, qui conſtitit, per loca ex euentu incommoda fluentis, vt in cynanche incipiente brachii vena ſecatur ad reuulſionem: conſiſtente autem vena, quae eſt ſub lingua.

PER OBLIQVA, vt, ſi per os confluat humor, ad nares deriuetur, contra ſi ad nares tumore aut vlcere obſeſſas, ad os, palatum.

QVA VIAM AFFECTANT natura et humor.

AVT REVVLSIO, humoris, quo non expedit ad loca et per loca lege naturae incommoda fluentis, hoc eſt in contrarium auerſio, vt ad haemorrhagiam ſymptomaticam, immoderatam, cucurbitula hypochondriis affixa; menſtruis ſupra modum fluentibus ad mammas. Reuellimus autem vel ex inferioribus ad ſuperiora, vel ex ſuperioribus ad inferiora; vel ab anterioribus ad poſteriora, vel a poſterioribus ad anteriora; vel a dextris ad ſiniſtra, vel a ſiniſtris ad dextra, vt brachio dextro male affecto ſecabis venam ſiniſtri lateris, niſi affectio ſit diuturna, tunc enim deriuatione eſt opus κατ' ἕξιν, non reuulſione ex oppoſito. Si oboriatur in vtero phlegmone, venam dextri brachii ſecabis; vbi vero conſtitit, vena cruralis eſt ſecanda e directo.

QVIBVS SVRSVM, DEORSVM. Vt in anadrome bilioſi humoris ad caput, quae phrenitidis metum adfert, aluum ciere oportet.

QVIBVS DEORSVM, SVRSVM. Reuellendum eſt.

AVT DESICCANDI LOCVS EST, AVT QVIBVS SVPERIORA, vt caput ſero et humore reſperſum, ſacculis exmilio, furfure, ſale et frictionibus.

AVT

AVT QVIBVS INFERIORA, vt tibiis oedematoſis;

AVT ELVITVR vt clyſtere, hordeato.

AVT QVIBVS SEDABITVR DOLOR, vt iniectione, fotu, decoctis ſeu apozematis humorum acrimoniam infringentibus, quorum remediorum finis eſt mitificatio.

XII.

Μὴ τὰ ἐκκεχυμωμένα εἰς τὸ ἔισω ἀπολαμβάνειν, ἀλλὰ τὰς ἀφόδους ξηραίνειν.

Quae diffuſa ſunt, non ſunt intro reuocanda, ſed ipſas excrementorum vias ſiccare.

QVAE DIFFVSA SVNT, per totum corporis habitum motu ſymptomatico aut critico, vt icterus criticus, exanthemata, variolae et morbilli.

NON SVNT INTRO REVOCANDA, medicamento ſcilicet vomitorio, deiectorio, vt praeceptum eſt in *comment. in hiſtor. de Simone ſect. 2. lib. VI. Epid.* quo loco hoc commune continetur praeceptum, vt diffuſus humor ſiccando vaneſcat, quod humores totius ſubſtantiae vitioſi deterius nobiles partes afficerent, quam antea affectae fuerint. Hic notandum verbum ἐγχύμωσις apud Hippocratem ſignificare ſuffuſionem humoris non egreſſi e propriis conceptaculis; ἐκχύμωσις vero ſignificare ſuffuſionem humoris e propriis conceptaculis egreſſi. Vide quid ſignificet συνεκχυμοῦν, id eſt, coeffundere, *comm. in part. 9. ſect. 2. lib. VI. Epid.*

SED IPSAS EXCREMENTORVM VIAS SIC-

SICCARE OPORTET, ſupple, medicamentis diaphoreticis, frictionibus, balneo, laconico et cataplaſmatis, qualia ad Simonis exanthemata praeſcribit Hippocrates, diſcutientibus ſcilicet.

XIII.

Τάραξις, κατάκλυσις, διάνιψις, ὅισιν ἀποσήσεται πρὸς ἕδρην, ὅθεν ἀθέλγεται, ἢ φάρμακον, ἢ ἕλκος, ἢ χυμός τις συνεσηκὼς, ἢ βλάσημα, ἢ φύσα, ἢ σῖτος, ἢ θηρίον, ἢ καῦμα, ἢ ἄλλο τι πάθος.

Perturbatio, perfuſio, ablutio, quibus ad anum ſeceſſio fit, vnde conceditur, exoluitur, aut medicamentum, aut vlcus, aut quiſpiam coactus humor et concretus, aut germen, aut flatus, aut ſtercus, aut animalculum, aut aeſtus, aut alia affectio.

PERTVRBATIO alui, cum ſcilicet fertur aluus cum torminibus, biliosis, mordacibus, acribus aut ferosis excrementis, quae abradendo aut exaſperando moleſta ſunt, excitantque aluo tumultum et ſedi morſum; atque ſic ταράξεως ἢ ταράχης nomen abſolute poſitum accipi voluit, cum *lib. 1. Aph.* iſtud ipſum de mentis alienatione intelligi velit.

PERFVSIO, clyſterum iniectio valet ad perturbationem alui ſedandam.

ABLVTIO, hoc eſt ani, inteſtinorum, vicinarumque partium fotus et lotio ex aqua calida, oleo, lacte, cum ſcilicet conſtricto et coacto muſculo ſphinctere,

ctere, adstrictior fit aluus, et motu peristaltico intestina mouentur contra naturam inferne sursum.

QVIBVS AD ANVM SECESSIO FIT, VNDE CONCEDITVR, EXOLVITVR, vnde quasi colo transmittitur.

AVT MEDICAMENTVM purgans scilicet, vt in eo, qui cum epoto scammonio saeuis torminibus cruciaretur, quia propter infirmitatem naturae ferri aluus non posset, acerbioris pyri vsu leuatus est ; quod tum medicamenti vis venefica alui perturbatione aut clystere eluitur.

AVT VLCVS, vt in dysenteria vera, quae in vlcere recti intestini consistit, cum tamen dysenteriae nomen absolute positum ad omnem excretionem sanguinis pertineat, etiam sine vlcere.

AVT QVISPIAM COACTVS HVMOR ET CONCRETVS, vt in dolore colico a pituita vitrea resoluta: Pituita enim in corpore bifariam peccat, nempe alienae substantiae admistione, et propriae corruptione, idque tribus modis, resolutione, quae fit aut in aquas, aut in flatus, vt in vitrea contingit; concretione, vt in gypsea; aut putredine, vt in febre quotidiana a salsa.

AVT GERMEN seu germinatio ac soboles viscerum male affectorum, quae bubonibus et torminibus declaratur.

AVT FLATVS, qui triplex est, silens, sonorus, stridulus; aut inflatio praecordiorum, etiamsi flatus non exeat.

AVT STERCVS, cum scilicet induruit corporis raritate, hepatis calore, picrocholis ἄνω, vrinae profluuio, tempestate aquilonia, a qua constringitur sphincter musculus, huic affectioni fotus aquae calidae in ano prodest. Caeterum τὸ σῖτος in neutro genere alimentum declarat; in masculino (sit honos auribus) sordes intelligit, vt est apud Hip-

Hippocratem *ſect. 5. part. 5. Lib. VI. Epid.*

AVT ANIMALCVLVM, vt lumbrici, aſcarides, vermes lati; lumbrici tolluntur clyſteribus ex decocto abſynth. marrub. abrotan. aloe et myrrha.

AVT AESTVS, vt in febre ardente, cum ſanguis, maiores venae, arteriae, inteſtina aut lumbi aeſtu incandeſcunt.

AVT ALIA AFFECTIO, vt ileus, quo excluduntur faeces aut chylus. Porro voluulus, in quo chylus reiicitur per os, eſt calamitoſior, cauſa quidem, quia nimirum defraudatur genius: quando vero per os ſtercus reiicitur, eſt calamitoſus ſymptomate, etenim inficiuntur ſpiritus; poſterior fit inflammatis craſſioribus inteſtinis.

XIIII.

Σκεπτέα ταῦτα, τὰ αὐτόματα λήγοντα· οἷον αἱ ἀπὸ καυμάτων ἐπεγειρόμεναι φλύκτεις, ἐφ' οἷσιν οἷα βλάπτεται, ἢ ὠφελέει. χήματα, κίνησις, μετεωρισμὸς, παλινίδρυσις, ὕπνος, ἐγρήγορσις, ἅλυσμὸς, χασμοὶ, ῥιγὴ. ἄτε ποιητέα, ἢ κωλυτέα, φθάσαι.

Haec vero attendenda ſunt, quorſum, quae vltro fiunt aut apparent, deſinant; aut cuiusmodi ſint puſtulae oborientes ab exuſtione, quatenus ſunt eiusmodi, vt aut noceant aut proſint. Figurae cor-

 poris,

poris, motus, erigendi et reſidendi viciſſitudo, ſomnus, vigiliae, iactatio, oſcitatio, horror. Ex quibus omnibus quid faciendum aut prohibendum, anteuertas.

HAEC VERO ATTENDENDA SVNT, ad diagnoſim, et prognoſim, et ad remedii adhibendi occaſionem captandam.

QVORSVM, QVAE VLTRO FIVNT AVT APPARENT, DESINANT, id eſt, bonis aut malis aegri rebus, remiſſione morbi, an ſymptomatum acceſſione, vt vomitus, deiectiones, profluuia ſanguinis, vrinae, ſudores; nec ſolum habenda ratio eſt, atque vtrum lege naturae morbi potentes, aut morbo impares, aut contra per propagationem cauſae morbificae; nam vt ſcribit Galenus, *cap. 7. Lib. I. de Criſibus*, cuiusque partis excretae reliquiae eius affectae indices ſunt: Si enim coctae fuerint, eius incolumitatem ſignificant, ſin crudae, contrariam diſpoſitionem.

AVT EIVSMODI SVNT PVSTVLAE OBORIENTES AB EXVSTIONE, humoris acrimonia et effera vi.

QVATENVS SVNT EIVSMODI, VT AVT NOCEANT, ſcilicet cum morbo ſunt impares naturae potentes per epigeneſim, non autem per translationem a parte nobili ad ignobilem, vt in Critone, qui oborto abſceſſu in magno dextri pedis articulo poſt biduum interiit.

AVT PROSINT, vt in Herophonte, qui oborto in crure abſceſſu defunctus eſt morbo lethali: Ac ſi diceret, vt vero illi abſceſſus proſint aut noceant, haec erunt tibi argumento.

FIGV-

FIGVRAE CORPORIS, hoc eſt ſitus, collocatio tum vniuerſi corporis, tum partium: An ſcilicet aeger pronus aut ſupinus, in alterutrum latus iaceat, bene aut male compoſitis cruribus: praeterea character, moles, color faciei.

MOTVS, tum animi tum corporis, vt ſi micent in temporibus venae, arteriae, huc et illuc voluantur oculi, aut contra ſint naturaliter conſtituti ſecundum naturam eius, in quo ſuſcipiuntur et fiunt, toto corpore tremor, ſtridor dentium.

ERIGENDI ET RESIDENDI VICISSITVDO, a virium infirmitate cum humoris acrimonia et pulmonum vitio coniuncta.

SOMNVS ſuauis, profundus, turbulentus.

VIGILIAE, vt calor intro aut foras viam affectat, ita vigiliarum aut ſomni inclinationes fiunt.

IACTATIO nauſeae tum particeps, tum expers; illa purgationem neceſſariam indicat, ναυτιώδης dicta; haec ἀνέμετος, cum aeger nullo ſtare poteſt loco, venae ſectionem poſtulat.

OSCITATIO, quae fit oppletis maxillarum muſculis a ſpiritu vaporoſo aut flatulento.

HORROR ſymptomaticus, criticus, periodicus a prauis humoribus ad cutim translatis.

EX QVIBVS OMNIBVS QVID FACIENDVM AVT PROHIBENDVM, ANTEVERTAS. Ac ſi diceret, ex iis, quae fiunt quaeque apparent contra naturam, perſpectis intelligimus, quae ſunt e natura excipienda, quae contra naturam declinanda, non expectato affectionis modo et conſequutione.

XV.

Παίδευσις ἐμέτου, κάτω διεξόδου, ἢ πτυάλου, μύξης, βηχὸς, ἐρεύξιος, λυγμοῦ, Φύσης, ἄρσ, πταρμῶ, δακρύων, κνησμῶν, τιλμῶν, ψαυσίων, δίψης, λιμοῦ, πλησμονῆς, ὕπνων, πόνων, ἀπονίης, σώματος, γνώμης, μαθήσιος, μνήμης, Φωνῆς, σιγῆς.

Cognitio haec vomitus, deiectionis, aut expectorati, mucoris, tussis, ructus, singultus, flatus, vrinae, sternutamenti, lacrymarum, pruritus, vellicationum, contactus, sitis, famis, satietatis, somni, laboris, cessationis, corporis, mentis, morum institutorum, memoriae, vocis, silentii.

COGNITIO HAEC VOMITVS, quasi dicat, maxime autem in eo genere sit meditatus Medicus, vt scientiam habeat vomitionis faciendae, obseruandae, aut declinandae, vt est symptomatica aut critica propria eius naturae, cui praescribitur in habitu, temperamento, et humoris dominatu, vt est anni tempus, diaetae conditio in victus ratione et vitae instituto.

DEIECTIONIS supple cognitio in quantitate, qualitate, excernendi modo, vnde argumenta petuntur ciendae, obseruandae, aut declinandae. Deiectio-

iectionum duo ſunt genera, vna eſt faeculenta, altera humoris, faeculenta debet proportione reſpondere cibo, quem aſſumimus. Deiectio humoris aut critica eſt, aut ſymptomatica; critica, in qua nulla ratio deſideratur neque qualitatis, neque quantitatis, neque temporis, neque excernendi modi. Symptomatica ſpecie, aut indiuiduo.

AVT EXPECTORATI cocti, crudi, praui, ex facili aut cum difficultate, ineunte morbo, aut paulo poſt.

Expectorati facilitas { Explicatas pulmonum alas, Elaborationem et confectionem materiae, Robur facultatis animalis indicat.

MVCORIS, quo ſcilicet expurgatur cerebrum per nares et palatum, vt in coryza et catharrho intelligamus, quando ciere expediat mucorem, aut operam dare pepaſmo.

TVSSIS humidae, ſiccae, primigeniae, ſecundariae, quae vel a diſtillatione vel ab anacatharſi excitatur.

Tuſſis ſiccae { Ferina diſtillatio humoris in pulmones, Humoris contumacia, Faucium frigus, Inſtrumentorum reſpirationi dicatorum imbecillitas, } cauſae ſunt.

De ſubtilitate catharrhi hoc diuinum axioma refert Galenus *com. 1. Lib. I. Epid. Quae capitis deſtillationes tuſſiculoſos quidem et raucos principio homines efficiunt, procedente vero tempore non conſiſtunt, hae differentiam phthiſeos alteram pariunt.*

RVCTVS acidi, fatui, nidorulenti, primigenii, ſecundarii, qui fit a materia cruda et corrupta, quae in ventriculo ſtabulatur. Porro ructus acidus primigenius, malus; nam lienteriam futuram praenuntiat: Ructus vero acidus ſecundarius, bonus: vnde, ſi in longis lienteriis accidat, bonum; ſignificatur enim cibum iam redire in gratiam cum calore natiuo.

SINGVLTVS obſeruandi, faciendi, declinandi; Eſt autem inanis ventriculi conatus ad excluſionem eorum, quae in corpore tunicisque ipſius continentur; aut conuulſiuus quidam motus ventriculi, et eſt aut primigenius aut ſecundarius.

Singultum faciunt:
- Repletio.
- Humoris adhaerentis ventriculi tunicis lentor.
- Humor exudans ab hepate ad tunicam ventriculi.
- Compreſſio ventriculi a coſtis.

Tertius ſingultus, qui fit, cum exudans humor ab hepate ad tunicas ventriculi profluit, indicat inflammatum hepar.

Singultum curat:
- Ab acri humore, — Frigidae potus, Contentus ſpiritus, Venaeſectio, Sternutamentum.
- A flatu, — Frigidae potus, Contentus ſpiritus, Venaeſectio, Sternutamentum.
- Ab inflammato hepate, — Frigidae potus, Contentus ſpiritus, Venaeſectio, Sternutamentum.
- A lentore, — Frigidae potus, Contentus ſpiritus, Venaeſectio, Sternutamentum.

Alius eſt ab exhauſto, et eſt incurabilis.

FLATVS veteris aut recentis.

VRINAE, in qualitate, quantitate, contentis, conſiſtentia, criſim, diem criticum indicat, quatenus affert ſpem ſalutis aut metum interitus; quatenus

tenus item ad tempus et ſpeciem criſis apparet: Vrina praeterea ipſam criſim facit; et vrina ſupprimitur vel vacua veſica, vel plena; prius deterius eſt, nam ſignificatur vrinam ad venas refluere, vnde comata, epilepſiae, apoplexiae et magna morborum ſoboles; poſterius non tam malum, ſignificatur enim emanaturos ſudores: Reſoluta meninge cerebri ſupprimitur, reſoluitur vrina, quia non habent renes vim ſecernendi ſeri a ſanguine, et ita multi moriuntur; Etenim ſuppreſſio vrinae veſica vacua certiſſimum in morbis acutis eſt emortuae facultatis et mortis imminentis ſignum, aut partis ipſius inflammatae, ſi dolor adſit, aut mentis perturbatae in phreniticis.

STERNVTAMENTI, (id eſt deprauati motus cerebri concuſſiui ſtudentis excutere, quod ſibi moleſtum eſt) critici, aut ſymptomatici, procurandi ad ſingultus curationem, difficultatem pariendi, hyſtericas affectiones, tum etiam ad febres eſſentiales, morbos capitis frigidos concocta materia; Siſtendi in affectionibus thoracis et pulmonum aut ineunte morbo.

LACRYMARVM, quae profunduntur duobus modis, nobis conſentientibus, aut inuitis; prius fit, cum miſericordia ducimur, et non eſt in malis: poſterius cum reſoluta eſt caruncula, quam oculorum canthis natura obduxit ad arcendas lacrymas, ea enim reſoluta ſignificat reſolutionem membranarum cerebri. Hippocrates itaque loquens de talibus lacrymis *ſect. 6. lib. I. Epid.* ait, ἀλλὰ δάκρυα θάνατον σημαίνει: Si ſcilicet nulla adferri poſſit excuſatio perturbationis criticae, vel cauſarum procatarcticarum, vel peculiaris affectionis oculi.

PRVRITVS ſymptomatici, critici, vniuerſalis, ſingularis ab humore acri, qui per cutim et

carnem exitum quaerit, et venae ſectionem poſtulat, atque ſui purgationem.

VELLICATIONVM, vt floccos carpendo, vellicando cutim, a deliteſcente pure aliquo.

CONTACTVS Medici et aegri.

SITIS, ab aeſtu et ſiccitate ventriculi aut pulmonum, remiſſioris aut inexplebilis.

FAMIS caninae, animalis, naturalis, excitato ſuctionis ſenſu a ſuctione, aut ſine ea; a ſuctione per inediam, ſine ea a frigore aut humore melancholico.

SATIETATIS ad vires et ad vaſa, vel ab edacitate, vel a ventriculi infirmitate.

SOMNI ſuauis, turbulenti, ſomniorum expertis aut cum inſomniis, delirio, aut laborioſi.

LABORVM, porro labor immodicus febres ardentes generat, vt contigit Sileno, *hiſt. 2. Lib. I. Epid.* Nam venae arefactae ad ſe attrahunt materiam bilioſam: vnde labor immodicus, malum; *2. Aph.*

CESSATIONIS ſeu vacuitatis laboris.

CORPORIS, MENTIS, id eſt, eius partis animi, quae mentis et conſilii eſt; in omni morbo mente conſtare, etc. *ſect. 6. Lib. VI. Epid.*

MORVM INSTITVTORVM, profeſſionis, diſciplinae, vt ſcilicet perſpiciatur in aegro diſſimilitudo morum, quos Hippocrates vocat τὰ ἐπιτηδεύματα, *ſect. 3. Lib. I. Epid.* Moderati hominis proterua reſponſa mali ſunt ominis.

MEMORIAE deprauatae, imbecillae, item obliuionis, quae eſt rerum aut verborum, vt ignorantia a rigore mala, obliuio item mala; *Aph. 6. Lib. I. Coac.*

VOCIS compoſitae, raucae, aſperae, clangoſae, quae fere ad mortem apparet, tremulae, nec non

non ſermonis ipſius, quo ſenſa animi explicantur.

SILENTII, quod in loquacibus, multiloquis, locutuleis ſignificat melancholicum affectum, vt timoris, triſtitiae: Silentium porro contingit aut delirio, aut ἀναυδίᾳ· Haec vero παίδευσις earum omnium rerum ita inſtitui debet, vt videamus quid faciendum, quidue declinandum, iſtius ſemper rationem habentes, *quo propius affectiones corporis a natura abſunt, eo res aegri meliore eſſe loco; quo vero longius, eo deteriore.*

XVI.

Τῇ ὑςερικῇ καθάρσεις, τὰ ἄνωθεν καταῤῥηγνύμενα καὶ ςροφοῦντα, λιπαρὰ, ἄκρητα, ἀφρώδεα, θερμὰ, δάκνοντα, ἰώδεα, ποικίλα, ξυματώδεα, τρυγώδεα, αἱματώδεα, ἄφυσα, ὠμὰ, ἑφθὰ, αὖα, ἄσσα περιῤῥέοι, εὐφορίην καθορέον, δυσφορίην, πρὶν κίνδυνον ἰέναι, οἷα ἀ δεῖ πάυειν.

Mulieri vterinae purgationes, quae ſuperne vi erumpunt cum torminibus coniuncta, pinguia, meraca, ſpumantia, calida, mordacia, varia, abradentia, faeculenta, cruenta, flatus expertia, cruda, cocta, ſicca quaeque circumfluunt, alacritatem moleſtiamque aegri contemplari

oportet, antequam periculum accidat.

MVLIERI VTERINAE, quae laborat ſuffocatione ab vtero: Vterus afficitur tumoribus contra naturam, item intemperie frigida aut calida, et per ſympathiam nobiles quoque partes afficit. Nomen autem ὑστερικὴ continet omnes affectiones, quae in vterum cadunt, vt cum Hippocrates *Lib III de Diaet. acut.* hyſtericis oxymelite interdicit. Per antonomaſiam autem ab vtero ſuffocationem ſignificat, ſic Hippocrates *Mulieri, quae ab vterinis afficitur, ſternutamentum ſuperueniens, bonum;* verum inflammato vtero ſternutamentum maxime nocet.

Mulieres laborant ſuffocatione ab vtero duobus modis, aut impeditis reſpirandi inſtrumentis, aut ſublato reſpirationis vſu: Impediuntur inſtrumenta impedito aut oppreſſo diaphragmate, opprimitur diaphragma, cum loco mouetur vterus; vterus enim reſiccatis vel contractis vinculis ſponte ſua ſurſum mouetur aſcenditque. Periculoſa vero illa ſuffocatio, quae fit ſublato reſpirationis vſu, diſſipatur enim ſpiritus ac extinguitur fere calor, qui in ſiniſtro cordis ventriculo continetur, adeo vt illis ſola ſufficiat διαπνοὴ; neque ſequitur, vt quamdiu animal viuit, tamdiu reſpiret, nam illis tam exiguus eſt calor, vt ſola tranſpiratione viuant, ſunt enim marmore frigidiores. Tollitur autem reſpirationis vſus a venenata aura, aut a corrupto ſemine, quo vt nihil melius, cum ſecundum naturam eſt; ſic eo nihil deterius, ſi e naturae limitibus exceſſerit, hinc enim primum excitantur in ventriculo diſtentiones, in corde palpitationes, in pulmonibus

bus ſpirandi difficultas, in faucibus ſtrangulatio, in cerebro delirium, in cerebri ventriculis epilepſia, ex qua collabuntur.

PVRGATIONES cuiusmodi ſunt conſiderandum, vt qualia lochia, menſtrua, fluor muliebris, ſeroſus, albus, ruber.

QVAE SVPERNE VI ERVMPVNT, ſic et ſcientiam comparabit Medicus eorum, quae ſuperne cum impetu erumpunt, excluſione naturae aut humoris orgaſmo ſtimulante naturam.

CVM TORMINIBVS CONIVNCTA alui cruciatibus, quorum cauſa in humoris acrimonia, aut flatu, aut cancroſa inteſtinorum affectione conſiſtit.

PINGVIA, liquato tenuiore aut craſſiore adipe, vt in dyſenteria vi caloris; ſiue ea colliquatio inteſtinorum, ſiue partium diaphragmate ſuperiorum: Atque vt obiter de dyſenteria dicatur, ea duplex eſt, ſymptomatica partis aut humoris vitio; critica aut fit per diadochem materiae febrilis ad inteſtina, aut fit ad purgationem partis alicuius, vt lienoſis dyſenteria bonum. Vna quae fit, cum abſciſſa pars aliqua, et natura ſe eo ſanguine exonerat, qui alioqui affluēret ad partem, ſi eſſet praeſens.

MERACA, ſyncera, ſeri naturalis expertia; omnis autem deiectio ſeu excretio meraça naturae inimica.

SPVMANTIA, ſpuma ſtabili aut diffluente, aequali aut inaequali, a calore contra naturam, aut a flatu. Caeterum ſpuma aut in aerea ſubſtantia, aut in aquea ſpectatur ab agitatione, quae aut fit a vento vt in mari, aut a calore, et quo aequabilior eo peior: Nam, vt in rebus ſecundum naturam aequalitas laudatur, ita

in

in rebus praeter naturam improbanda, et aequalitas laudatur. 2. *prognoſt.*

CALIDA, quae faciunt vt podex aeſtu incandeſcat et lumbi, vt in picrocholis, qui melle vtuntur.

MORDACIA, a pituita ſalſa, effera bile, atra, aeruginoſa, atrae bili proxima, et ἰώδεα dicuntur ſeu aeruginoſa, quae partis, vnde manant, ardores, et materiae, vnde gignuntur, corruptionem oſtendunt.

VARIA, ſecundum aut contra naturam, vbi, quo plures apparent colores, eo peiores; quod multas partes in vitio eſſe denuntient, et plus opis requiratur ad concoctionem multorum humorum, quam vnius.

ABRADENTIA, vt cum abradendo et exaſperando inteſtinis moleſta ſunt, et vrinae quae ſtranguriam excitant, vnde interdicit iis Hippocrates oxymelite, et omnibus acribus atque tenuibus, quibus eſt paulo delicatior ventriculus.

FAECVLENTA indicantia ſpecie amurcam vt deiectiones nigrae velut ſanguis, reſoluto aut effoeto liene vel hepate.

CRVENTA, vt dyſenteriae genus omne, ſiue illa veniat laeſis inteſtinis ſiue illaeſis.

FLATVS EXPERTIA, CRVDA, COCTA, pepaſmi capacia vel expertia.

SICCA QVAEQVE CIRCVMFLVVNT toto corpore per aluum, per vrinas, per ſudores, haemorrhoidas citra peculiarem affectionem partis, qua feruntur.

ALACRITATEM MOLESTIAMQVE AEGRI CONTEMPLARI OPORTET, ANTEQVAM PERICVLVM ACCIDAT, ac ſi diceres, ex rerum alacritate et moleſtia aegri intelligit Medicus, ſitne critica aut ſymptomatica; et quid excipiendum, quid

quid item prohibendum, antequam aeger in diſcrimen veniat.

XVII.

Πεπασμὸς, κατάβασις τῶν κάτω, ἐπιπολασις τῶν ἄνω· καὶ τὰ ἐξ ὑστερέων, καὶ ἐν ὠσὶ ῥύπος, ὀργασμὸς, ἄνοιξις, κένωσις, θαλψις, ψύξις, ἔσωθεν, ἔξωθεν· τῶν μὲν, τῶν δὲ οὐ.

Maturatio, deiectio earum rerum, quae in partibus diaphragmate inferioribus vitium, purgationis indigens, concepere, fluctuatio eorum quae ſupra ſunt; tum quae ex utero feruntur: In auribus ſordes, humoris efferi concitatio, adapertio vaſorum, vacuatio, calefactio, refrigeratio, intus, foras; aliorum quidem, caeterorum non.

MATVRATIO, coctio humoris, quae ſecuritatem et celeritatem iudicii indicat, ſi excretio fuerit illius pepaſmi conſequens et morbi propria, non eſt inhibenda.

DEIECTIO EARVM RERVM, QVAE IN PARTIBVS DIAPHRAGMATE INFERIORIBVS VITIVM, PVRGATIONIS INDIGENS, CONCEPERE. Cuiusmodi ſunt tormina, genuum grauitas, lumborum dolor, quibus clyſtere aut medicamento purgante medendum eſt, *per aph. 17. et 20. lib. IV.*

FLV-

FLVCTVATIO EORVM, QVAE SVPRA SVNT, id eſt, vomitio eorum, quae ſupra repunt, vt ſi cum cardiogmo et proſtrata appetentia os amareſcat, et tenebricoſa vertigo excitetur in febris vacuitate.

TVM QVAE EX VTERO FERVNTVR, cuiusmodi ſunt, vt ex qualitate, copia, tempore, excernendi modo, nec non alacritate, aut moleſtia mulieris ſignificetur, ſintne excipienda, an prohibenda.

IN AVRIBVS SORDES, hoc eſt, vniuscuiusque partis excretio eiusmodi eſſe debet, vt excipiatur, ſi commode fiat; vt cerebri excretio per aures; aut declinetur, ſi contra.

HVMORIS EFFERI CONCITATIO, hoc eſt cum efferus humor turget, *per aph. 22. Lib. I.* eo ipſo die purgandus eſt, vel puncto temporis, quo turget, ne calor febrilis augeatur, vires frangantur, materiaque ruat in partem aliquam nobilem, cuius oppreſſione aeger ad exitium praecipitetur, haec cum fiunt.

ADAPERTIO VASORVM, id eſt meatuum atque effluxuum ad remiſſionem, deriuationem, vel coeffuſionem.

VACVATIO, excluſio aſpectabilis vel inaſpectabilis, maxime vero per ſanguinis detractionem.

CALEFACTIO, REFRIGERATIO INTVS, FORIS, id eſt, ſumptis et admotis, id eſt mouendo aut nouando, aut alexipharmacis pugnando.

ALIORVM QVIDEM, CAETERORVM NON, vt quae frigent, calefacere oportet, niſi cum ſanguis fluit, aut fluxurus eſt, ſic haemorrhagiam repente non ſiſtes refrigerando.

XVIII. Ὁκό-

XVIII.

Ὁκόταν ἔῃ κάτωθεν ὀμφαλοῦ τὸ στρέφον, βραδὺς, μαλθακὸς ὁ στρόφος, ἐς τοὐναντίον.

In partibus vmbilico inferioribus quoties tormina excitantur, tarda et mollia sunt illa tormina, contra in partibus vmbilico superioribus.

IN PARTIBVS VMBILICO INFERIORIBVS QVOTIES TORMINA, etc. Fluitantis humoris et partium vicinarum ratione, vt in borborygmo, lumborum dolore atque torminibus.

CONTRA IN PARTIBVS VMBILICO SVPERIORIBVS, in quibus saeuiora sunt et acerbiora tormina ratione partium contentarum.

XIX.

Τὰ διαχωρέοντα ἢ ῥέπει, ἄναφρα, πέπονα, ὠμὰ, ψυχρὰ, δυσώδεα, ξηρὰ, ὑγρὰ, ὀδμηκανώδεα.

Quae feruntur ex aluo, qua viam affectant, spumae expertia, cocta, siue cruda, frigida, foetida, putria, sicca, humida, olfactu grauia.

QVAE FERVNTVR EX ALVO QVA VIAM AFFECTANT, siue sint,

SPV-

SPVMAE EXPERTIA, COCTA, cocta, inquam, et propterea qualitate bona.

SIVE CRVDA, *vt hiſt. 2. Lib. I. Epid.*

FRIGIDA, vt pituita vitrea, quae eiusmodi eſt, vt nec loci, vnde manat, nec qua fertur, calorem concipiat.

FOETIDA, PVTRIA, SICCA, HVMIDA, OLFACTV GRAVIA. Eiusmodi ſunt vt prima quidem nempe cocta et ſpumae expertia qualitate ipſa ſint excipienda: Caetera ex aegri alacritate aut moleſtia ſunt aeſtimanda. *Nam quaecumque fiunt contra naturam morbi et aegri, in malis habenda ſunt.*

XX.

Δίψα πρόσθεν μὴ ἐνεοῦσα, μὴ δὲ καῦμα, μὴ δὲ ἄλλη πρόφασις, οὖρον, ῥινὸς ὑγρασμός.

Sitis quae antea non erat, et nullus ardor, nec alterius cuiuspiam cauſae excuſatio adferri poſſit, vrina, naſi humectatio.

SITIS QVAE ANTEA NON ERAT, ſignum eſt perfectae purgationis, aut caloris et ſiccitatis ſymptoma.

ET NVLLVS ARDOR partium extimarum, vt qui nudant pedes frigidamque auram captant nulla caloris externi neceſſitate coacti.

NEC ALTERIVS CAVSAE EXTERNAE EXCVSATIO ADFERRI POSSIT. Conſideranda quoque haec ſunt.

VRI-

VRINA, ac ſi diceret, vrinae laudabilis et naturaliter conſtitutae conditio in liquore et hypoſtaſi, quae et materia et loco ſit bona, opinionem facit iuſtae et legitimae purgationis, vel etiam ſuſcipiendae, editis pepaſmi ſignis in proprio febris excremento.

NARIVM HVMECTATIO naturalis aut critica, hoc eſt, cum morbus vniuerſi corporis aut partium ſingularum humeſcere coeperit.

XXI.

Τὴν ἔρριψιν, καὶ τὸν ἀυασμὸν, καὶ τὸ ἀσύμπτωτον, καὶ τὸ θολερὸν πνεῦμα, ὑποχόνδριον, ἄκρεα, ὄμματα προσκαυσμένα, χρώματος μεταβολὴ, σφυγμοὶ, ψύξις, παλμοὶ, σκληρυσμὸς δέρματος, νεύρων, ἄρθρων, φωνῆς, γνώμης· σχῆμα ἑκούσιον, τρίχες, ὄνυχες, τὸ εὔφορον, ἢ μὴ, οἷα δεῖ.

Prolapſus in pedes, ſiccitas, ac non collapſus corporis habitus, ſpiritus turbidus, hypochondrium, extimae partes, oculi male affecti, coloris mutatio; pulſus, refrigeratio, palpitatio, tremores, durities cutis, neruorum, articulorum, vocis, mentis; figura ſpontanea, capilli, vngues, alacritas aut aegri moleſtia.

PROLAPSVS IN PEDES, quod eſt extremae infirmitatis argumentum, Galenus in *Lib. de conuulſ. palpit. tremore, cap. 4.* vere interpretatur hunc locum de Errhipſi.

SICCITAS, vt ſi morbus ſiccus ſit ſua natura, aut ei deiectio denegetur; ineunte morbo dum ſiccus manet, prius in curam eius eſt incumbendum, quam naturae ſtudendum, ac cum

NVLLO MODO COLLAPSVS CORPORIS HABITVS, hoc eſt immutatus corporis habitus ac praeſertim faciei per extenuationem in colore, charactere et mole. *Vnde* Hippocrates *aph. 28 Lib. II. Febricitantium non omnino leuiter permanere corpus, aut nihil minui, vel etiam plus, quam ratio poſtulat contabeſcere, prauum; illud enim morbi longitudinem, hoc vero imbecillitatem ſignificat.* Symptωſis perfecta deſcribitur. I. Progn.

SPIRITVS TVRBIDVS, et reſpiratio difficilis, ad cuius caeteras difficultates accedit materiae, quae expiratur, qualitas.

HYPOCHONDRIVM dextrum aut ſiniſtrum, aequale, inaequale, doloris expers, eiusdem particeps: Alias hypochondrium abſolute poſitum dextrum ſignificat.

EXTIMAE PARTES, frons ſcilicet, pedes et manus calidae frigidae ſemper aut cum earum affectionum viciſſitudine, coloratae diſcolores. *Extremarum partium repentina in frigus aut calorem mutatio, malum*, inquit Hippocrates in *Aphor.* et *Coac. Lib. I. v. 50.*

OCVLI MALE AFFECTI colore, charactere, conſiſtentia, mole, actione quoque ipſa in motu et ſenſu.

COLORIS MVTATIO, frequens aut ſtabilis.

PVL-

PVLSVS aſpectabiles, aut ſolo Medici tactu percepti in ictu, motu, quiete, dilatatione et qualitate arteriae.

REFRIGERATIO, tum vniuerſi corporis, tum partium quarundam, aequalis aut inaequalis, eaque critica, periodica aut ſymptomatica.

PALPITATIO, TREMORES, collectis ſpiritibus, oppreſſione naturae (a vaporibus multis, craſſis, concluſis) quae ineunte morbo, ſi nihil praeceſſerit, quod vires labefactarit, venae ſectionem neceſſariam eſſe denunciat; aut ab exhauſto.

DVRITIES CVTIS, vel ab extenuatione perfecta, vel a refectione inchoata.

NERVORVM, ARTICVLORVM ſiccitas vt contractis artubus.

VOCIS, aſperae, clangoſae, amiſſae, aut impeditae, per oppreſſionem muſculorum intercoſtalium, aut per materiae vocalis inopiam, et facultatis animalis infirmitatem.

MENTIS, integritas aut deprauatio.

FIGVRA SPONTANEA, vt ſi in ventrem, dorſum iaceat aeger, ex voto, non autem inuitus, brachia omnesque artus ſponte aut inuitus componat.

CAPILLI colore, conſiſtentia, denſitate, raritate, ex quibus aut praui, aut alibilis humoris notae petuntur.

VNGVES colorati, decolores, liuidi, adunci. Poſtremo

ALACRITAS, AVT AEGRI MOLESTIA, in his, quae fiunt, quaeque apparent in qualitate corporis (intellige habitum ἕξιν in colore, charactere, mole) actionibus et excrementis, quid facto ſit opus, commonſtrat.

* *

SECVNDA HVIVS LIBRI PARS,

IN QVA DE SIGNIS AGITVR.

I.

Σημήϊα ταῦτα· ὀδμαὶ χρωτὸς, σώματος, διαχωρήματος, ὠτὸς, φύσης, ἄρθ, ἕλκεος, ἱδρῶτος, πτυάλθ, ῥινός· χρὼς ἁλμυρὸς, ἢ πτύαλον, ἢ ῥὶς, ἢ δάκρυον. ἢ ἄλλοι χυμοί· πάντη ὅμοια τὰ ὠφελέοντα, τὰ βλάπτοντα.

Exiſtunt haec ſigna: Odores corporis, oris, deiectionis, auris, flatus, vrinae, vlceris, ſudoris, ſputi, narium; cutis ſalſa, aut ſalſa ſputa, aut nares, aut lachrymae, aut alii humores; an omnino ſimilia inter ſe, quae proſunt, aut obſunt.

EXISTVNT HAEC SIGNA futurorum, praeſentium morborum, perturbationis criticae, ſiniſtri iudicii, et peculiaris cuiusque naturae.

ODORES CORPORIS cadaueroſi, ſuaues, graueolentes, qui aliquando apparent ad bonum, ali-

aliquando ad malum: Bonitas odoris in corpore generatur ex moderata humiditate, cuius calor natiuus eſt potens, vnde Plutarchus ſcribit ex Ariſtoxene Tom. I. p. 666. Alexandri magni corpus fragrans fuiſſe, cuius rei cauſam eſſe ait quandam corporis temperiem innato calore feruentem. Cum enim (vt Theophraſtus ait *Lib. de odoribus*) humor a calore digeritur, ſuauis gignatur odor oportet.

ORIS fatui, acidi, nidorulenti, grauis, vt oxyregmia primigenia futurae lienteriae ſignum eſt, ſecundaria ſalutis.

DEIECTIONIS foetidae, grauis.

AVRIS, cum ab aure grauis odor expirat, aut ſuaueolens.

FLATVS, ſtriduli, ſilentis, ſonori.

VRINAE in liquore, et contentis,

VLCERIS, atque vulneris maligni, aut mitis.

SVDORIS ſuauis, foetidi.

SPVTI ſuauis, foetidi, ſalſi.

NARIVM, CVTIS SALSA, diffuſa pituita putri, quae maxime generatur auſtrina tempeſtate, aut a pituita bile permixta: Nam aquilonia tempeſtate generatur pituita acida.

AVT SALSA SPVTA, aut ſaliua, purgationem ſemper indicant neceſſariam; alioqui periculum febris imminet. Pituita ſalſa omnium peſſima eſt, et facit ſtrumas; ſi feratur in pulmones, eos exulcerat, ſi in inteſtina, dyſenteriam parit.

AVT NARES, AVT LACHRYMAE, AVT ALII HVMORES: AN OMNINO SIMILIA SINT INTER SE, hoc eſt aegri naturae et morbi conſentanea, qualitas ſcilicet corporis, actiones, et excrementa.

QVAE PROSVNT AVT OBSVNT, vt ex eorum comparatione, et virium aeſtimatione pro-

gnoſis comparetur ſecundi aut ſiniſtri iudicii, breuis aut diuturni morbi, ſalutis aut mortis.

II.

Ἐνύπνια οἷα ἂν ὁρέῃ, καὶ ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, οἷα ἂν ποιέῃ. ἢν ἀκούῃ ὀξὺ, καὶ πείθεσθαι προθυμέηται ἐν τῷ λογισμῷ μεξω ἰχυρότερα τὰ πλειω, ἐπίκαιρα τὰ σώζοντα τῶν ἑτέρων· ἢν ἀισθάνωνται πάσῃ αἰσθήσει πάντων, καὶ φέρωσιν.

Inſomnia qualia videat, et in ſomnis quae faciat; ſi acute audiat, et ita ſit animo comparatus, vt audiat; tum ſi numero et dignitate vincant et fortiora ſint, quae apparent, ſintque maioris momenti ſalutaria, quam lethalia, aut contra: ſi omni ſenſu omnia percipiant et alacriter ferant.

INSOMNIA diuina, humana, naturalia, aut ex euentu, vt cum quis in ſomniis bene compoſitus eſt, philoſophatur, aut praeſagit aliquid, quod eueniat poſt, annectit praeterita futuris, ſimilitudines comparat.

QVALIA VIDEAT, quales figuras et colores, flumina, ignes, barathra.

ET IN SOMNIS QVAE FACIAT, vt ſi limis oculis dormiat (quod conuulſionem ſignificat) ſtri-

ſtridentibus dentibus, hiante ore; nam qui ita dormiunt, nec ſic dormire conſueuerunt, iis in anguſto ſpes eſt.

SI ACVTE AVDIAT, meatus auditorii libertate, et partis illius cerebri, vnde vis audiendi manat, integritate.

ET ITA SIT ANIMO COMPARATVS, VT AVDIAT; TVM SI NVMERO ET DIGNITATE VINCANT ET FORTIORA SINT, QVAE APPARENT, SINTQVE MAIORIS MOMENTI SALVTARIA, QVAM LETHALIA, AVT CONTRA: ac ſi diceret, pluris eſſe debet vnum ſignum morbi aut partis obſeſſae proprium, quam decem communia, ſiue ad ſalutem, ſiue ad mortem appareant: Et quaecumque fiunt ſiue apparent diebus criticis, certiora ſunt, quam quae in alia incidunt morbi tempora.

SI OMNI SENSV OMNIA PERCIPIANT, omniumque rerum appulſus.

ET ALACRITER FERANT.

III.

Οποῖον ὀδμὰς, λόγους, ἕματα, χήματα, τοιαῦτα ἐυφόρως, ἅπερ καὶ αὐτόματα ἐπιφαινόμενα ὠφελέει, καὶ ὁκότε κρίσιν τὰ τοιαῦτα ἐμποιέει· καὶ τοσαῦτα, καὶ τοιαῦτα· οἷον φύσαι, οὖρον, οἷον καὶ ὁκόσον, καὶ ὁκότε· ὁκόσα τ' ἀναντία, ἀποτρέπειν μάχεσθαι αὐτοῖσι.

Cuiusmodi ſunt odores, ſermones, veſtitus, figurae, atque talia alacri-

ter ferant, quae cum ſponte apparent, adiumentum afferunt; tunc etiam quibus eiusmodi ſigna commemorata afferunt criſim, et quam indicandi et iudicandi vim habeant, vt flatus, vrina, et tot et tanta hoc vel illo tempore, quaecumque contraria ſunt, auertere, cum eis pugnare.

CVIVSMODI SVNT, ODORES, SERMONES, VESTITVS, FIGVRAE ATQVE TALIA ALACRITER FERANT, QVAE CVM SPONTE APPARENT, ADIVMENTVM AFFERVNT, TVM ETIAM QVIBVS EIVSMODI SIGNA COMMEMORATA AFFERVNT CRISIM, hoc eſt, apparent ad diem criticum, aut ad ſpeciem criſeωs, et cum cauſae et ſigna iudicatoria iudicantia ſunt; nam iudicatoria non iudicantia, aut ad mortem aut ad deterius apparent ait Hippocrates *ſect. 3. Lib. I. Epid.* Porro criſis eſt repentina mutatio, aut ad ſalutem, aut ad mortem, et quatuor modis conſideratur, aut cum repentina fit mutatio ad ſalutem aut ad mortem, aut viciſſitudo mutationis a ſanitate ad morbum, aut a morbo ad ſanitatem, aut cum paulatim mutatio fit ad deterius aut ad melius: Atque quae iudicant, apparent ſigna aut ad futuram criſim ipſam, atque ſpeciem criſeωs (vt dictum eſt) vt cocta vrina quarto die ad futuram criſim ſeptimo die apparet: Ad ſpeciem autem criſeωs, vt ſi repente ſupprimatur vrina, ſignificat criſim factum iri per vrinae ſeroſitates, id eſt per ſudores.

ET

ET QVAM IVDICANDI VIM HABEANT, VT FLATVS in morbis aluinis,

VRINA in morbis venarum; quatenus illa ſunt huiusmodi aut illiusmodi.

ET TOT ET TANTA HOC VEL ILLO TEMPORE fiunt et apparent, ac ſi dicat, cauſarum et ſignorum criticorum ex quantitate, qualitate, tempore, excernendi modo diſtinctio peti debet, vt intelligas, quid agendum, aut quid declinandum.

QVAECVMQVE CONTRARIA SVNT, id eſt, iudicatoria non iudicantia, et ſic ſymptomatica motu morbi, vitio partis.

AVERTERE, oportet.

CVM EIS PVGNARE ciendo, mouendo, reuellendo, deriuando, alterando.

IIII.

Τὰ ἐγγὺς καὶ τὰ κοινὰ τοῖσι παθήμασι πρῶτα καὶ μάλιστα καπούται.

Quae ſunt vicina loco, ſitu, atque communia, illa primum et maxime labefactantur.

QVAE SVNT VICINA LOCO, SITV, vt recto inteſtino vterus, vtero veſica, hepati inflammato parte ſui gibba diaphragma, caua ventriculus, cerebro temporalis muſculus crotaphita.

ATQVE COMMVNIA, generis ſimilitudine, operis ſocietate, vaſorum communione.

ILLA PRIMVM ET MAXIME LABEFACTANTVR, laeduntur, vitiantur per ſympathiam, diadochem, metaſtaſim; ex quibus praeſentia cognoſcuntur, futurorum praedictio comparatur;

vt oborto in teſticulis tumore, qui tuſſiunt, finem tuſſiendi faciunt; vt ſi mulieri grauidae extenuentur mammae, abortio ſignificatur; vt ex recto inteſtino aut vtero inflammato, vrinae ſtillicidium; hepati inflammato, ſingultus. Fit autem ſympatheia, cum remanet quidem primigenia affectio, et pars aliqua in communionem trahitur, ſic fracto calce delirium accidit, arteriarum communione. Διαδοχὴ fere et in bonam partem accipitur, et ſignificat translationem materiae criticam in partem aliquam; μετάϛασις autem ſymptomaticam translationem, et in malam partem ſumitur.

V.

Κατάϛασιν δ' ἐκ τῶν πρώτων ἀρχομένων, ὅ, τι ἂν ἐκκρίνηται· ἐκ τῶν ὕρων, ὁκοῖα ἂν ἔῃ· καὶ ὅϛις τὶς σύμπτωσις, χροιῆς ἀπάλλαξις, πνεύματος μινύθησις, καὶ τ' ἄλλα μετὰ τούτων τὰ διαιτήματα.

Cuiusque morbi hiſtoriam ſeu deſcriptionem ex his, quae initio apparent et fiunt, ex vrinis, quales hae fuerint, tum qualis exiſtat collapſus, degener color, imminutio ſpiritus, et cum eis coniuncta diaeta.

CVIVSQVE MORBI HISTORIAM SEV DESCRIPTIONEM, ſupple conſiderare oportet, ex qua

qua ſignificatio ſit morbi breuis aut diuturni, dextri aut ſiniſtri iudicii, huius aut illius criſis.

EX HIS, QVAE INITIO APPARENT AVT FIVNT, id eſt, morbi cuiusque ſpecie, circuituum incrementis, anni temporibus praeteritis atque praeſentibus, tum etiam, ſi quae ſit excretio, morbi ſit propria, aut communis: Omnes excretiones initio morbi ſunt calamitoſae, materia enim cruda adhuc eſt;

EX VRINIS in morbis venarum, ex ſputis in morbis thoracis, et deiectionibus in aluinis.

CVIVSMODI HAEC FVERINT, in qualitate, quantitate, contentis, conſiſtentia, tempore, et modo excernendi.

TVM QVALIS EXISTAT COLLAPSVS, collapſus quidem totius corporis in colore, charactere, et mole; exempli gratia, ſitne ſui ſimilis, an multum a ſe mutatus; vel interceptio venarum, vt ſcilicet non appareant micantes arteriae; ac ſi diceret, omnia haec ſigna ſunt futuri abſceſſus.

DEGENER COLOR, viciſſim factus, aut priſtini ſeu natiui omnino diſſimilis, ſtabilis ab humore diffuſo refluxus experte.

IMMINVTIO SPIRITVS, ſpirandi difficultas.

ET CVM IIS CONIVNCTA DIAETA, aegri in victus ratione, et vitae inſtituto, haec eo ſpectant, vt intelligamus.

VI.

Τὸ μὲν εἰ ὅμοια τὰ ἀπίοντα δεῖ εἰδέναι, διέξοδοι, οὖρον, καθ' ὑστέρας, πτύαλα, κατὰ ῥίνας, ὄμματα, ἱδρὼς, ἐκ φυμάτων, ἐκ τραυμάτων, ἐξ ἀνθημάτων, ὁκόσα

ὁκόσα ἀυτόματα, καὶ ὁκόσα τέχνησιν, ὅτι ὅμοια ἀλλήλοισι.

Oportet, inquam, animo complecti, an, quae ſecedunt, ſimilia ſint, deiectiones, vrina, hyſtericae purgationes, expectorata, narium mucus, oculi, ſudor, tumoribus contra naturam, vulneribus, exanthematis, quaecumque vltro apparent, et quae fiunt artificio Medici, quae ſemper inter ſe ſimilia.

OPORTET, INQVAM, ANIMO COMPLECTI, AN, QVAE SECEDVNT, per excretionem.

SIMILIA SINT, aegri naturae et morbi, ſpecie et indiuiduo; an etiam inter ſe, quae pluribus locis manant, coctione, cruditate, prauitate, vt ſi in febre ardente vrina ſit alba, contra naturam morbi eſt, ideoque peſſima: Si aeger puer nigras, aut albas, tenues in morbis acutis reddat vrinas, peſſimum eſt; quia eſt contra naturam morbi et aegri: omnis autem excretio contra naturam morbi et aegri, peſſima.

DEIECTIONES, num ſimiles ſint inter ſe, an aegri ſimiles.

VRINA ſiue indicandi, ſiue iudicandi vim habeat, aut certe nullam.

HYSTERICAE PVRGATIONES, vt menſtrua, profluuia muliebria, purgationes a partu.

EXPECTORATA, in morbis thoracis et pulmonum.

NARIVM MVCVS, coryzae, ſtillicidia.

OCVLI,

OCVLI, vt lacrymae in oculis, et exudantes ichωres.

SVDOR, qualitate, copia, tempore, et excernendi modo,

TVMORIBVS CONTRA NATVRAM, puſtulis, vomicis, vlceribus: φῦμα καὶ τρῶμα ſiue τραῦμα hic ſumuntur, vt apud vulgares Medicos.

VVLNERIBVS, fracturis, luxationibus, id eſt noxis partium ſingularium, quae intrinſecus oriuntur, et ex iis, quae extrinſecus incidunt ab ictu, lapſu, et caſu.

EXANTHEMATIS, puſtulis, morbillis, variolis.

QVAECVMQVE VLTRO APPARENT ET FIVNT, ET QVAE FIVNT ARTIFICIO MEDICI, ad imitationem naturae comparato,

QVAE SEMPER INTER SE SIMILIA, vt ſemper vrinae hypoſtaſi laudabili praeditae toto morbi decurſu.

VII.

Πάντα τὰ κρίνοντα, καὶ τὰ ὠφελέοντα, καὶ τὰ βλάπτοντα, καὶ τὰ ἀπολλύοντα· ὡς τὰ μὲν περιφεύγων ἀποτρέπῃ, τὰ δὲ προσκαλέων καὶ ἄγῃ καὶ δέχηται· καὶ τ' ἄλλα δὲ ὅτω, δέρματος, ἀνρέων, ὑποχονδρίων, ἄρθρων, ὄμματος, σώματος, χημάτων, ὕπνων, οἷα κρίνει, καὶ ὅτε τὰ τοιαῦτα μηχανάσθαι.

Omniaque quae iudicandi et indicandi vim habent, et quae iuuant, nocent,

cent, interimunt; Omni ſtudio fugiens declinet, prouocans et inuitans ducat, moueat, et obuiis vlnis excipiat: cutis, extimarum partium, hypochondriorum, articulorum, oculi, oris, figurarum, ſomnorum: Quae omnia ſi ſint eiusmodi, vt aut iudicandi vim habeant, haec talia artificioſe moliri oportet.

OMNIAQVE QVAE IVDICANDI ET INDICANDI VIM HABENT, vt iudicatoria, quae ſunt victricis naturae et triumphati morbi ſigna et cauſae.

QVAE IVVANT, NOCENT, INTERIMVNT. vt ſcilicet haec quidem lethalia exitiumque allatura.

OMNI STVDIO FVGIENS DECLINET. Illa vero iudicatoria iudicantia.

PROVOCANS ET INVITANS DVCAT, MOVEAT, artificio ſcilicet Medici ad imitationem naturae inſtructo.

ET OBVIIS VLNIS EXCIPIAT, quod per ſe ipſum manat, ſiue per excretionem, ſiue per abſceſſum: Eodemque modo aliorum, quae fiunt quaeque apparent, vtrum ſimilia ſint an diſſimilia naturae aegri, et morbi in ſpecie et indiuiduo; praeterea ſi inter ſe conſentanea ſint, ſupple ſcientiam tenere oportet, ne quid fiat inconſiderate, neue praetermittatur quid.

CVTIS ſiccae, mollis, durae, aſperae, lenis, humidae, decoloris, coloratae.

EXTI-

EXTIMARVM PARTIVM, manuum, pedum, frontis, calidarum, frigidarum; continenter, viciſſim; periodice, critice, aut ſymptomatice.

HYPOCHONDRIORVM aequalium, inaequalium, ſucci plenorum, doloris expertium, aut eiusdem participum: nam hypochondrii diſtentio ſine dolore ſignificat futuram haemorrhagiam; ſi vero cum dolore ſit, ſymptomatica eſt: contra εὔυγκον hypochondrium ſignificat bene affectum hepar.

ARTICVLORVM laſſitudine fractorum, vbi expectatur abſceſſus.

OCVLI, in colore, charactere, mole, actionibus, excrementis; nam vt ſe habent oculi, ſic et totum corpus.

ORIS, lingua palpitantis, aut immoti, colorati aut decoloris, humidi aut ſicci, aphthoſi et exulcerati.

FIGVRARVM vniuerſi corporis, et partium ſingularum in decubitu naturali, infirmo, aut deprauato, vel in decubitus priuatione, quam ἔξεψιν nuncupauit, id eſt decubitum ad pedes.

SOMNORVM ſuauium, turbulentorum, aegros damnis augentium vitio anathymiaſeos, et cerebri intemperie vel impuritate.

QVAE OMNIA SI SINT EIVSMODI, VT AVT IVDICANDI VIM HABEANT, HAEC TALIA ARTIFICIOSE MOLIRI OPORTET, artificio Medici ad imitationem naturae comparato, coeffundendo, aut euacuando, ſi quantitatis ratio deſideretur.

VIII.

Καὶ ἔτι, ὅσαι τοιαῦται ἀποστάσιες γίνονται οἵαι ὠφελέουσι βρώμασι, πόμασιν,

μασιν, ὀδμῇσιν, ὁράμασιν, ἀκούσμασιν, ἐννοήμασιν, ἀφόδοισιν, ὑγροῖσιν, θάλψει, ψύξει, ξηροῖσιν, ὑγρῆναι, ξηρῆναι, χρίσμασιν, ἐγχρίσμασιν, ἐπιπλάσοισιν, ἐμπλάσοισιν, ἐπιπάσοισιν· ἐπὶ δὲ τοῖσιν ἐπιθέτοισι, χήματα, ἀνάτριψις, ἴησις, πόνος, ἀργίη, ὕπνος, ἀγρυπνίη· πνεύμασιν ἄνωθεν, κάτωθεν· κοινοῖσιν, ἰδίοισιν, τεχνητοῖσιν· ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσι μήτε ἐοῦσι, μήτε μέλλουσι, μήτε ποδῶν ψύξει, ἀλλ' ἐν καταῤῥόπῳ τῇ νόσῳ.

Quin etiam qui abſceſſus eiusmodi ſunt, cibis, potionibus, odoribus, aſpectu, auditu, cogitationibus, ſecretionibus, humidis, calore, frigore, ſiccis, humectando, deſiccando, vnctionibus, linimentis, cataplaſmatis, emplaſtris, inſperſionibus; ſi figurae acceſſerint, perfrictio, curatio, labor, otium, ſomnus, vigiliae, ſpiritibus, ſurſum, deorſum, communibus, propriis, artificio comparatis; non praeſentibus paroxyſmis, nec iamiam futuris, nec in pedum perfrigeratione, ſed

dum

dum ad inferiora morbus viam affectat.

QVIN ETIAM QVI ABSCESSVS EIVSMODI SVNT, hoc est non solum in excretione critica id faciendum, sed quotquot, et quicumque fuerint hi abscessus per materiae decubitum, qui iudicandi vim habeant, vt fiant die critico, significati fuerint, procul a morbo, superne deorsum ab interioribus partibus ad exteriores, a nobilioribus ad ignobiles, in parte totius materiae morbificae capaci, e directo; nec sint naturae potentes, nec impares morbo, vt in Herophonte *Lib. I. Epid. Hist. 3.* Atque veros abscessus imitari oportet, declinare, si nocent. Obiter notandum ἀποστάσεως nomen apud Hippocratem κατ' ἐξοχὴν significare abscessum κατ' ἀπόθεσιν.

CIBIS, diaeta tenui, tenuante, vt ptissana ad exclusionem pituitae et sputi, cum os humescere coeperit; ea enim aeque naturae studet ac pugnat cum morbo.

POTIONIBVS medicatis, vt melicrato in pleuritide, oxymelite ad asthma.

ODORIBVS, vt suffitu ad expurgationem cerebri, affectiones hysthericas.

ASPECTV, quo recreentur spiritus.

AVDITV, vt in lethargicis tubae clangore, phreniticis contra citharae suaui sono.

COGITATIONIBVS, hoc est animi affectionibus, vt cum ad iracundiam comatosos incitamus.

SECRETIONIBVS vt *Histor. 7. Lib. I. Epid.* coeffundendo, si excipiendae sint, in Metone, cui Hippocrates caput, ad largiorem haemorrhagiam, aqua calida perfudit, reuellendo, deriuando, si declinandae.

HVMIDIS CALORE, ad pepaſmum, vt fotu.
FRIGORE, ad inhibendum orgaſmum.
SICCIS, HVMECTANDO, DESICCANDO, VNCTIONIBVS, ad pepaſmum.
LINIMENTIS, CATAPLASMATIS, EMPLASTRIS, INSPERSIONIBVS, quibus concoctio, attenuatio, digeſtio, praeparatio humoris procuratur, et naturae vis excitatur, meatus obſtructione liberantur: Sed ad haec, quae foris admouentur cerebro, hepati, ventriculo, artubus, et epithemata vocantur.
SI FIGVRAE ACCESSERINT corporis, ad inhibendam phlegmonem, ciendam haemorrhagiam.
PERFRICTIO mollis, dura, prouocans aut auocans.
CVRATIO propria morbi.
LABOR earundem aut oppoſitarum partium.
OTIVM, vt qui helleboriſmo vtuntur, ſi inhibendum ſit, quies praeſcribenda; ſin ciendum, labor.
SOMNVS, qui omnes fluxiones ſiſtit praeter ſudorem.
VIGILIAE, SPIRITIBVS SVRSVM, DEORSVM, vt ructu, et flatibus ventris; ac ſi diceret, in ventriculo vomitionem, in inteſtinis deiectionem per clyſterem et medicamentum purgans praeſcribe.
COMMVNIBVS, PROPRIIS, ARTIFICIO COMPARATIS, quibus ſcilicet rebus, quae naturaliter apparent et fiunt, prouocantur vel excipiuntur; contraria vero declinantur; Sed ita, vt,
NEC PRAESENTIBVS PAROXYSMIS NEC IAMIAM FVTVRIS, ſeu inſtantibus, hoc eſt febrium eſſentialium, intermittentium, continuarum et ſymptomaticarum exacerbationibus.

NEC IN PEDVM PERFRIGERATIONE, vt ineunte paroxyſmo, cum ſit caloris et humorum e toto corpore in thoracem et aluum refluxus; SED DVM AD INFERIORA MORBVS VIAM AFFECTAT, hoc eſt, materia morbifica fertur ad pedes et partes extimas; nam incipientibus paroxyſmis materia eſt ἀνάῤῥοπος, indicant caligines oculorum, vomitus, rigores, tuncque cibum exhibere non decet, vel (vt loquitur) de cibo vereri oportet. At in fine acceſſionum fit κατάῤῥοπος deorſum viam affectat ad pedes, non per ſuffuſionem, ſed per translationem relicto ventre atque thorace, quo, ineunte paroxyſmo, e toto corpore confluxerat, deinde illinc manarat in augmento et vigore paroxyſmi.

IX.

Τοῖσιν ἐν τοῖσι περιόδοισι παροξυσμοῖσι, τὰ προσάρματα μὴ διδόναι, μὴ δὲ ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προθεσιῶν, πρὸ τῶν κρισίων.

In paroxyſmis periodicis cibi acceſſio non eſt adiungenda, nulla neceſſitate motus id facere debes, ſed contra deducendum de ciborum adiectionibus ante criſes.

IN PAROXYSMIS PERIODICIS, hoc eſt, in vniuerſalibus paroxyſmis, et qui per circuitus fiunt, cuiusmodi ſunt quaternariis ante vigeſimum diem; ſeptenariis ante quadrageſimum; vicenariis ante centeſimum: Quibus temporibus

certamen morbi, et naturae ad criſim eſt in procinctu.

CIBI ADIECTIO NON EST ADIVNGENDA, quod eo tempore materia ſit ἀνάῤῥοπος, omnisque et nutritionis, et reſpirationis oeconomia laboret, eiusque inſtrumenta ſint impedita et impura: tum quod natura ipſa (quae vna eademque pepaſini et pepſeos eſt cauſa effectrix) a pepaſmo ad pepſim reuocata, a morbi pepaſmo et excretione auocetur, quod duo ſimul negotia obire nequeat.

NVLLA NECESSITATE MOTVS ID FACERE DEBES, vt ſcilicet exhibendum putes, non virium infirmitatis metu, quae tum falſo putatur eſſe ab exhauſto et ſucci alibilis inopia, cum talis imbecillitas vel a maligna humoris qualitate, vel oppreſſione, aut ἀπὸ τῆς κενεαγγίας, vel a peculiari natura aegri proficiſcatur: Ac multo grauius peccant in commoda aegri, qui falſa eius infirmitatis opinione cibum exhibent, quam qui in ſucci alibilis inopia et fame cibum detrahunt, vide Hippocratem *Lib. II. de Diaeta acut. et ibidem* Galenum *ad finem.*

Caeterum verbum ἀναγκάζειν non actiue vertendum, vt omnes interpretantur, ſed paſſiue, alioqui indignus Hippocrate ſenſus.

SED CONTRA DETRAHENDVM DE CIBORVM ADIECTIONIBVS ANTE CRISES, quae fere in paroxyſmi critici et periodici vigore fiunt, vt idcirco non tantum ante ſignificatas criſes, ſed etiam ante paroxyſmos periodicos ſit detrahendum de ciborum quantitate, vt natura pepaſmo et excretioni incumbere poſſit.

X.

Τὰ κρινόμενα, καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως μὴ κινέειν, μήτε νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακείῃσι, μήτ' ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ' ἐᾶν.

Quae iudicantur et iudicata ſunt perfecte, neque nouare, neque ciere, nec medicamentis purgantibus, nec aliis irritamentis; ſed miſſa facienda.

QVAE IVDICANTVR, propria criſi cuiusque morbi, hoc eſt, quae ante ſignificata fuerit ſignis ſyllogiſticis, id eſt ad tempus et ſpeciem criſeos apparentibus, nec etiam cauſarum criticarum in qualitate, quantitate, excernendi et abſcedendi modo et loco, ratio deſideretur.

ET IVDICATA SVNT PERFECTE, id eſt nulla ſuperſtite materia, nec empyreumate ſeu ignea qualitate morbi, vt a criſi reſtitutus ſit aeger cibi appetens, edendo proficiens, ſomnus profundus, benignus, ſitis expers ſine oris amaritudine et ſiccitate, cum excrementis laudabilibus, et pulſu integro.

NEQVE NOVARE, NEQVE CIERE OPORTET, hoc eſt, alterare, ne auocetur natura ab inſtituto curſu, dum mouet, ne offendatur, dum mouerit nullo ſuperſtite empyreumate: κινέειν refertur ad materiam ſuperſtitem; νεωτεροποιέειν vero ad remanens empyreuma.

NEC MEDICAMENTIS PVRGANTIBVS, NEC ALIIS IRRITAMENTIS, vt medicamentis alterantibus.

SED MISSA FACIENDA, quod ſana corpora et ſanitati reſtituta laborioſe ferant medicamenta tum alterantia, tum vacuantia; nam, exempli gratia, Simo exanthematis obſitus a criſi, vomitionibus laedebatur, *ſect. 2. Lib. VI. Epid.* Natura tamen aliquando morbum concoxit, quem extrudere nequit, etſi maioris ſit virtutis morbum concoquere, quam expellere; ſed raro id accidit, quoniam dicente Galeno poſt perfectam coctionem, hoc eſt in ipſo ſtatu, nunquam malam aut imperfectam criſim vidit. In Metone tamen, natura pigre mouente, Hippocrates caput eius lauit tepida, vt haemorrhagiam parciorem promoueret. Igitur eo tempore, quo morbus iudicatur, aut iudicatus eſt integre, omni medicamento abſtinere opus eſt, phlebotomia, dico, ſcarificatione, ac purgatione Eſt autem perfectum iudicium, quod praeceſſit coctio, in die contemplabili, quod fit in ſtatu atque maxime tempore ipſius acceſſionis, ſiue par, ſiue impar fuerit.

XI.

Πέπονα φαρμακεύειν, καὶ κινέειν, μὴ ὠμά· μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ· τὰ δὲ πολλὰ ἢν ὀργᾷ.

Concocta medicari ſeu purgare, atque mouere oportet, non cruda; nec in principiis, modo non turgeant, plurima vero non turgent.

CONCOCTA, quae vi naturae mitificata ſunt et ad ſymmetron craſim, id eſt, alterando ad temperationis mediocritatem redacta.

PVR-

PVRGARE OPORTET, ab imperfecto iudicio, id eſt, ſi non ſit iudicatus abſolute morbus ſuperſtite materia, aut empyreumate, aut ſi perfecta non expectetur criſis, quamuis edita ſint pepaſmi ſigna.

NON CRVDA, quod torminibus et animi defectu periclitentur aegri; deinde quod fruſtra id fiat, nam nec medicamento trahenti, nec naturae expellenti cruda materia cedit, atque aeger damnis augetur. Fit pepaſmus laudabilis vi naturae, bonitate materiae, partis integritate, vnde πέπονον dicitur eſſe album, laeue, aequale; ὠμὸν vero dicitur, quicquid vim naturae infert: Crudus humor eſt, qui ſupra ſanguinem eſt, vt vtraque bilis. Cruda quaedam ſunt pepaſmi expertia, vt materia peſtilens, vt putredo cancri (quia omnis cancer naturae potens eſt) putredo carbunculi, ſtrumarum; Quaedam pepaſmi capacia, vt putredo febris tertianae, phlegmones, quae nullam habent malignitatem.

NEC IN PRINCIPIIS QVIDEM, hoc eſt, ineuntibus morbis, quod eo tempore, quo morbificis cauſis natura opprimitur, adeſtque humorum cruditas, nulla excretio, nec ipſa per ſe, nec artificioſa, poteſt eſſe ſalutaris, inquit Galenus *Comm. in Aph. 22. Lib. IV.*

MODO NON TVRGEANT, hoc eſt, niſi materia ſit effera, nulloque conſiſtat loco translationis ſymptomaticae metu, et oppreſſionis partium, quarum officio totum corpus adminiſtratur; tunc enim mederi oportet, nam cunctari periculoſum. Morbi, quorum materia vaga eſt, non vnum et idem ſymptoma materiae morbificae et naturae partis habent, ſed varia atque diuerſa: morbi autem, quorum materia fixa eſt, du-

plicia tantum habent ſymptomata, materiae morbi, et naturae partis.

PLVRIMA VERO NON TVRGENT, ac ſi diceret, fere fit, vt in omnibus morbis ſymptomata humoris morbifici vim, et partis obſeſſae naturam ſequantur, cum fixus eſt humor; nam fixorum humorum plures ſunt morbi, quam turgentium.

XII.

Αἃ δεῖ ἄγειν, ὅκου ἂν μάλιϛα ῥέπῃ ἡ φύσις, διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων, ταύτῃ ἄγειν.

Quae ducere oportet, ducenda ſunt quo maxime natura vergit, per loca commoda.

QVAE DVCERE OPORTET, DVCENDA SVNT, QVO MAXIME NATVRA VERGIT, artificio Medici, ſi quid mouendum videtur, et imperfecta criſi, ſuperſtite materia, tum etiam in doloribus diaphragmate ſuperioribus aut inferioribus, quorum curatio in purgatione conſiſtit.

QVO MAXIME NATVRA VERGIT. Et humor viam affectat intro, foras, ſurſum, deorſum.

PER LOCA COMMODA, lege naturae, nec ex euentu incommoda, illa et eo ducenda ſunt ad curationem et praecautionem, vacuando, reuellendo, deriuando, coëffundendo.

XIII. Τὰ

XIII.

Τὰ χωρέοντα, μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ἕως ἂν χωρέῃ, οἷα δεῖ, καὶ φέρῃ εὐφόρως· ὅκου δὲ δεῖ γυῶσαι, ἢ λειποθυμῆσαι, ἕως ἂν τοῦτο ποιήσῃς, ἐπ' ἄλλα ῥέψαι, ἢ ξηρῆναι, ἢ ὑγρῆναι; ἢ ἀντισπάσαι, οὕνεκα τοῦτο ποιέεται, ἢν ἐξαρκέῃ ὀνοσέων, τούτοισι τεκμαίρεσθαι.

Excretiones non multitudine ſunt aeſtimandae; ſed ſi talia excernantur, qualia oportet, et aegri facile tolerant: Atque vbi vsque ad animi defectiones expedit ducere, faciendum, ſi aeger poſſit tolerare: Ex his iuſtae quantitatis ratio eſt ineunda, alioqui alio conuertere, aut ſiccare, aut humectare, aut reuellere.

EXCRETIONES naturales aut artificiales, NON MVLTITVDINE SVNT AESTIMANDAE, iuſta eorum quantitas ſcienter (vt fieri ſolet) non eſt expendenda ſignis ſyllogiſticis, numero, et copia, ac ſi diceret, multitudo, frequentia, et numerus eorum, quae excernuntur, non eſt τεκμήριον.

SED QVATENVS TALIA EXCERNVNTVR, QVALIA OPORTET, ET AEGRI FACILE TOLERANT.

LERANT. Nam propria morbi excretio, et aegri alacritas duo ſunt iuſtae excretionis τεκμήρια in quoque indiuiduo.

ATQVE VBI VSQVE AD ANIMI DEFECTVM EXPEDIT DVCERE, FACIENDVM; finem, ſupple, vacuandi non facias, vt in febre ardente, ſynocho, vehementiſſimo dolore, et inflammatione:

SI AEGER PAR ESSE POSSIT, id eſt, niſi quod affectionis remedium eſt, cum cuſtodia virium pugnet; nam, quae a viribus ſumitur indicatio, caeteris anteponenda.

EX HIS IVSTAE QVANTITATIS RATIO EST INEVNDA, id eſt, ex aegri alacritate, excretione propria in qualitate, quantitate, et excernendi modo.

XIIII.

Τὰ μὲν ξηρὰ, θερμὰ ἔσαι· τὰ δὲ ὑγρὰ, ψυχρά, διαχωρητικὰ δὲ τ' ἀναντία ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Quae enim ſicca ſunt, erunt calida; humida vero frigida. Quae vero ſubducendi vim habent, contraria pariunt vt plurimum.

QVAE ENIM SICCA SVNT, ERVNT CALIDA, indeque robur virium percipi ſolet, an leipothymiam aeger ferre poſſit; Ea enim, quae eſt ab exhauſto partium ſolidarum, inſanabilis eſt.

HVMIDA VERO, vt carnes et ſanguis.

FRIGIDA. QVAE VERO SVBDVCENDI VIM HABENT, CONTRARIA PARIVNT, in leipothymia ſcilicet vt plurimum.

XV. Ταῦ-

XV.

Ταῦτα τῆσι περισσῆσιν ἄνω, ἢν καὶ αἱ περίοδοι, καὶ ἡ κατάσασις τοιαύτη ἐκ τῶν παροξυσμῶν· γίνεται δὲ τὰ πλεῖσα τῆσιν ἀρτίῃσι κάτω, (ὅτω γὰρ καὶ αὐτόματα ὠφελέει,) ἢν μὴ αἱ περίοδοι τὰς παροξυσμοὺς ἐν τῆσιν ἀρτίῃσι ποιέωνται. ἐν δὲ τοῖσι τοιούτοισιν, ἐν μὲν ἀρτίῃσιν ἄνω· ἐν δὲ τῆσι περισσῆσι, κάτω· ὀλίγαι δὲ τοιαῦται. αἱ δὲ τοιαῦται καὶ δυσκριτώτεραι κατασάσιες.

Atque haec diebus imparibus ſurſum, ſi et ipſae periodi atque adeo morbi ſtatus huiusmodi ſunt ex paroxyſmis: ſed vt plurimum quae paribus diebus mouentur, fiunt deorſum; ſic enim quae ſponte fiunt ſurſum, imparibus; deorſum vero paribus adiumentum afferunt, niſi ipſae periodi acceſſiones diebus paribus afferant; nam in eiusmodi, tum in paribus ſurſum, in imparibus vero deorſum: ſed eiusmodi ſtatus raro accidunt, ac fere eiusmodi, vt ſiniſtri ſint magis, quam ſecundi iudicii.

ATQVE HAEC quae, ſupple, duci debent.

DIEBVS IMPARIBVS SVRSVM, quod ſcilicet morbi, qui imparibus diebus mouentur, ſunt ἀναῤῥοποι: Qui vero paribus, contra.

SI ET IPSAE PERIODI ATQVE ADEO MORBI STATVS HVIVSCEMODI SVNT, vt imparibus diebus moueantur.

EX PAROXYSMIS, SED VT PLVRIMVM QVAE PARIBVS DIEBVS MOVENTVR, FIVNT DEORSVM, SIC ENIM, ſcilicet in morbis, qui paribus aut imparibus diebus mouentur.

QVAE SPONTE FIVNT SVRSVM, IMPARIBVS; DEORSVM VERO PARIBVS, ADIVMENTVM AFFERVNT, NISI IPSAE PERIODI ACCESSIONES DIEBVS PARIBVS AFFERANT, quia quae paribus diebus mouentur, paribus iudicantur, et contra. Nam in eiusmodi, cum ſcilicet paroxyſmi cadunt in pares dies.

TVM IN PARIBVS SVRSVM, IN IMPARIBVS VERO, id eſt, in remiſſione illius, qui habuit paroxyſmum, die aut periodo pari,

DEORSVM. SED EIVSMODI STATVS RARO ACCIDVNT, AC FERE EIVSMODI, VT SINISTRI SINT MAGIS, QVAM SECVNDI IVDICII, quod ad bilioſi humoris cacochymiam crudi et craſſi humoris fiat acceſſio, vnde ſumma pepaſmi difficultas.

XVI.

Α'τὰρ καὶ τὰ πρόσω χρόνου προήκοντα ἀνάγκη ὕυτως, οἷον τρισκαιδεκαταῖα, τεσσαρεσκαιδεκαταῖα· τρισκαιδεκάτη μὲν κάτω, τεσσαρεσκαιδεκάτη δὲ ἄνω·

ἄνω· πρὸς γὰρ τὸ κρίσιμον οὕτω ξυμφέρει.

Quin etiam quae tempore longius progreſſa, neceſſario ſunt eiusmodi, vt ad decimumtertium diem, aut decimamquartam periodum perueniant, vt fiat decimatertiana, aut decimaquartana; ac decimotertio die motus fit deorſum, decimoquarto vero ſurſum; nam ad iudicandi vim ita confert.

QVIN ETIAM QVAE TEMPORE LONGIVS PROGRESSA, id eſt, primam ſeptimanam dierum aut periodorum ſuperarunt.

NECESSARIO SVNT EIVSMODI, VT AD DECIMVMTERTIVM DIEM, AVT DECIMAMQVARTAM PERIODVM PERVENIANT, VT FIAT DECIMATERTIANA, AVT DECIMAQVARTANA, AC DECIMOTERTIO DIE MOTVS FIT DEORSVM, ſi ſit remiſſio,

DECIMOQVARTO VERO SVRSVM, ſi ſit acceſſio.

NAM AD IVDICANDI, et indicandi.

VIM ITA CONFERT, lege naturae ſcilicet ex alteratione, mutatione et excretione.

XVII.

Καὶ ὁκόσα εἰκοσᾶια· πλὴν ὁκόσα κάτω, πωλλὰ δεῖ καθαίρειν· ταῦτα δὲ ἐγγὺς

ἐγγὺς ὂυ τῆς κρίσιος, ἀλλὰ προσωτέρα· Δεῖ δὲ ὀλιγάκις ὀξέσι πολλὰ ἄγειν, τοῖσι κοπιώδεσι τὸ συμπαν.

Tum quae in vigeſimum morbi diem cadunt, niſi quod quaecumque viam affectant deorſum, maxima ex parte purgare oportet; ſed haec molienda non ſunt, cum in procinctu eſt criſis, ſed vltra; nam in morbis acutis raro multa ciere oportet; contra in febribus laborioſis totum.

TVM QVAE IN VIGESIMVM MORBI DIEM CADVNT, quo tempore diuturnorum naturam morbi induunt, ac perit quaternariorum vis.

NISI QVOD QVAECVNQVE DEORSVM VIAM AFFECTANT, MAXIMA EX PARTE PVRGARE OPORTET, hoc eſt in morbis catarropis neceſſaria purgatio eſt ac vehemens, vt in melancholicis, tum ad excludendas reliquias, tum ad ſubleuandam naturam.

SED HAEC MOLIENDA NON SVNT, CVM IN PROCINCTV EST CRISIS, ob materiae contumaciam,

SED VLTRA, hoc eſt, cum ab imperfecta criſi ſupereſt morbi materia, vt fere fit in morbis catarropis.

NAM IN MORBIS ACVTIS, hoc eſt, qui celeriter ſuam abſoluunt cum vehementia hiſtoriam, et diebus mouentur imparibus.

RARO,

RARO, niſi materia turgeat, quod fere eorum morborum perfectae ſint criſes, ac nihil mouendum ſuperſit; deinde quod a medicamento purgante natura calidiore, viſcera et humores aeſtu incandeſcant.

MVLTA CIERE OPORTET, CONTRA IN FEBRIBVS LABORIOSIS, a laſſitudine vltro oborta,

TOTVM, quod difficultas pepaſmi, excretionis, atque abſceſſus, oppreſſam naturam morbo defungi non ſinat.

XVIII.

Εν τοῖσι πυρετοῖσι κοπιώδεσιν ἐις ἄρθρα, καὶ παρὰ γνάθους μάλισα ἀποσάσιες γίνονται ἐγγύς τι τῶν πόνων ἑκάσου, ἐπὶ τὸ ἄνω μᾶλλον καὶ τὸ σύμπαν· ἢν ἀργὸς ἡ νοῦσος ἔῃ καὶ κατάῤῥοπος, κάτω καὶ ἀποσάσιες· μάλισα δὲ πόδες θερμοὶ, κάτω σημαίνουσι, ψυχροὶ δὲ ἄνω· οἶσι δὲ ἀνισαμένοισιν ἐκ τῶν νούσων, αὐτίκα δὴ ἐν χερσίν ἢ ποσὶ πονέουσί τι, ἐν τούτοισιν ἀφίσανται.

In febribus laborioſis in articulos et ad maxillas potiſſimum abſceſſus fiunt, propter vicina cuiusque doloris loca, quamuis fere ſurſum. Quod ſi lentus morbus ac deorſum viam

viam affectet, inferne fiunt abſceſſus: Ac maxime pedes calidi inclinationem deorſum fieri ſignificant, frigidi ſurſum: At quibus a morbo defunctis ſtatim laborant pedibus aut manibus, in his abſceſſus fiunt.

IN FEBRIBVS LABORIOSIS, tum a laſſitudine vltro oborta, tum a labore, πυρετὸς vocat κοπιώδεις; κόπος eſt affectio corporis in qua, ſi vel minimum tangatur corpus, laſſitudinis fit ſenſio; hic meminit laſſitudinis cum febre.

Laſſitudo cum febre.

IN ARTICVLOS, niſi ab abſceſſu liberet vrina multa, craſſa et alba.

ET AD MAXILLAS, vt parotides, ſi quid ex fluentibus, vt haemorrhagia, relinquatur, tum in his, tum in ardentibus laborioſis.

POTISSIMVM ABSCESSVS FIVNT, per diadochem, id eſt, materiae decubitum.

PROPTER VICINA CVIVSQVE DOLORIS LOCA, QVAMVIS FERE SVRSVM. In morbis acutis quicquid in vitio erat, feratur, raroque abſceſſus fiat.

QVOD SI LENTVS MORBVS, id eſt, tardus, diuturnus, vt rara mutatio in eum cadat; diuturnitas enim in pepaſmi difficultate conſiſtit.

AC DEORSVM VIAM AFFECTET, materia, dolore, et periodo vniuerſali, aut ſingulari.

INFERNE FIVNT ABSCESSVS: AC MAXIME PEDES CALIDI INCLINATIONEM DEORSVM FIERI SIGNIFICANT, quod omnino ſit morbus κατάῤῥοπος ſitu doloris, materiae natura, et ipſa periodo.

FRI-

FRIGIDI VERO SVRSVM, vt in parotidibus, *vide Aph. 31. 32. 33. Lib. IV.*

AT QVIBVS A MORBO DEFVNCTIS, vt tamen ſuperſint materiae febrilis reliquiae,

STATIM, puta ſi ſuperſtite materia, largiore cibo et potu magis, quam exhauſtum deſideret, aut immutata ventriculi actio, habitus, et temperamentum ferre poſſint; ſtatim inquam morbo defuncti illi,

LABORANT PEDIBVS AVT MANIBVS, hoc eſt, aut manus, aut pedes laſſitudine aut labore fracti ſunt, ita vt in progrediendo ſint pigri, manus in apprehendendo, meminitque laſſitudinis a febribus. *Laſſitudo a febribus.*

IN HIS ABSCESSVS FIVNT, excluſione materiae a parte, quae continet, in eas, quae continentur, attractione doloris vi, vt infirmitate partis, quae excipit; *vide Comm. in part. 41. ſect. 3. Lib. VI Epid.* Decubitus fit materiae ad partem aliquam labore, grauitate, artificio, ſympathia et communione, quod poſtremum eſt aut generis ſimilitudine, aut operis ſocietate, aut vaſorum communione.

XIX.

Α'τὰρ καὶ ἤν τι πεπονηκὼς ἔῃ, πρὶν ἢ νοσέειν, ἐς ταῦτα ἀποχηρίζεται· οἷον καὶ τοῖσιν ἐν Περίνθῳ βηχώδεσι καὶ κυναγχικοῖσι· ποιέουσι γὰρ αἱ βῆχες τὰς ἀποστάσιας, ὥσπερ οἱ πυρετοὶ τοιαύτας· κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον συμβαίνει ἢ ἀπὸ χυμῶν, ἢ σώματος συντήξιος καὶ ψυχῆς.

Quin etiam ſi parte aliqua laborarit, aut laſſitudine fractus fuerit, priusquam aegrotare coeperit, eo loci ſe morbus obfirmat, cuiusmodi illud fuit, quod animaduertimus Perinthi, tuſſiculoſis et angina correptis; Etenim tuſſes abſceſſus faciunt eiusmodi fere, quales a febribus excitantur. Eadem ratione idem contingit ab humoribus aut colliquatione, et animi affectionibus.

QVIN ETIAM SI PARTE ALIQVA LABORARIT, aut quaſi laſſitudine fractus fuerit.

PRIVSQVAM AEGROTARE COEPERIT, EO LOCI SE MORBVS OBFIRMAT, primario aut ſecundario foco.

CVIVSMODI ILLVD FVIT, QVOD ANIMADVERTIMVS PERINTHI, TVSSICVLOSIS, hoc eſt, ſicca tuſſi laborantibus cum difficultate ſpirandi coniuncta.

ET ANGINA CORRERTIS, quae duplex, propria, quae fit inflammatis propriis laryngis muſculis, et funeſta eſt, ſi deſinat in peripneumoniam. Altera, quae fit inflammatis communibus laryngis muſculis, in qua apparet ceruicem et partes vicinas foris rubeſcere, hanc Hippocrates vocat ἐρύθημα κυναγχικόν,, *in Epidemiis*, quae degenerat aliquando in pleuritidem.

ETENIM TVSSES, ſiccae cum difficultate ſpirandi coniunctae,

AB-

ABSCESSVS FACIVNT, vel in articulis, vel in teſticulis altera, aut vtraque parte per materiae decubitum, *Lib. I. et II. Epid.*

EIVSMODI FERE, QVALES A FEBRIBVS EXCITANTVR. Caeterum maxime a ſympathia, labore, et grauitate, materia efficiens ſiccam tuſſim, mouet abſceſſum in teſtes, diadoche et ſympathia harum partium.

EADEM RATIONE IDEM CONTINGIT AB HVMORIBVS, AVT CORPORIS COLLIQVATIONE, vt maxime adipis, ſcilicet vt abſceſſus oboriantur.

ET ANIMI AFFECTIONIBVS, per humorum ſynathriſmum. Quae cum ita ſint, vt operae pretium ſit ſcientiam purgandi tenere in quantitate, qualitate, modo, et occaſione, quod nullus pene feracior locus ſit, quam de purgatione, ac fere nullam curationem, et praecautionem patiatur eſſe expertem ſui.

XX.

Τὰς μὲν οὖν χυμούς εἰδέναι, ἐν ἥσιν ὥρησιν ἀνθέουσι, καὶ οἷα ἐν ἑκάστοισι νοσήματα ποιέουσι, καὶ οἷα ἐν ἑκάστῳ νουσήματι παθήματα.

Maxime in hoc debet eſſe Medicus exercitatus, vt intelligat, quibus anni temporibus, humores efflorescant; tum cuiusmodi morbos in ſingulis pariant, necnon quae quibusque morbis affectiones ineſſe videantur.

MAXIME IN HOC DEBET ESSE MEDICVS EXERCITATVS, VT INTELLIGAT, QVIBVS ANNI TEMPORIBVS HVMORES EFFLORESCANT, id eſt, vigeant, et qualitate et copia vincant caeteros.

TVM CVIVSMODI MORBOS IN SINGVLIS PARIANT, ſpecie, magnitudine, more, et motu: vt humidus coeli ſtatus humorum copiam parit, quos diuerſae hominum naturae varietate diſtinguunt; ideoque fit, vt ab eadem cauſa, variae morborum ideae et ſpecies exſurgant.

NECNON QVAE QVIBVSQVE MORBIS AFFECTIONES INESSE VIDEANTVR, quod fere ſymptomata humoris morbifici vim et partis obſeſſae naturam ſequantur; Atque hoc loco nomen παθήματος uſurpatur pro ſymptomate, quod triplex eſt, παθογνωμονικὸν, vt in pleuritide febris continua, lateris dolor punctorius; ἐπιγενόμενον, vt in eadem affectione, delirium; ἐπιφαινόμενον, vt ſputum tale, vel eiusmodi.

XXI.

Τὸ δὲ σῶμα τὸ ἄλλο, ἐς ὅ, τι μάλιστα νόσημα ἡ Φύσις ῥέπει· οἷόν, τι σπλὴν ἐνοιδέων ποιέει. τούτων τι καὶ ἡ Φύσις, χεδόν τι καὶ χρώματα καπίω, καὶ σώματα σειρεοῖ· καὶ ἔτι ἄλλο, ταῦτα διαγεγυμνᾶσθαι.

Tum autem corpus aliud atque aliud, in quem morbum communis et propria cuiusque natura ſit procliuis, ex-

exempli cauſa, quid lien intumeſcens efficiat; horum enim ſane natura et colores fiunt deteriores, et corpora intumeſcunt. Tum ſi quid eiusmodi fuerit, exercitatum in his eſſe oportet.

TVM AVTEM CORPVS ALIVD ATQVE ALIVD, ſcilicet conſiderandum, quod in eius affectione et peculiari natura maximum eſt momentum ad ea, quae cuique accidunt, excipienda.

IN QVEM MORBVM COMMVNIS ET PROPRIA CVIVSQVE NATVRA SIT PROCLIVIS, vel cui morbo cuiusque natura potiſſimum obnoxia ſit, vt ad tabem, quorum ſcapulae alarum inſtar prominent. *Per Aph. 2. Lib. III.*

EXEMPLI CAVSA, QVID LIEN INTVMESCENS EFFICIAT, foedos colores, hydropem, cordis palpitationem, eorumque omnium natura, quam vim habeat: Duplices morborum ſunt cauſae, vna ποιητικὴ effectrix, vt temporum ſtatus et mutationes: Altera ἐπιδεκτικὴ, quae ſuſcipit, vt cum hyeme aut aquilonio coeli ſtatu fiunt febres ardentes, tunc enim habent rationem τῦ ἐπιδεκτικῦ, non ποιητικῦ. Quae enim in quibusque naturis redundare conſueuerunt, ea, ſi euacuatione prohibeantur, congeneres faciunt morbos. Galenus *Comm. 2 Lib. I. Epid.* Vt qui ſunt icterici natura, ſiue partis alicuius vitio, fere colores peiores habent.

HORVM ENIM SANE ET NATVRA ET COLORES FIVNT DETERIORES, diffuſo per vni-

uerſum corpus humore vitioſo, vt melancholico aut bilioſo, viſceris illius vitio.

ET CORPORA INTVMESCVNT, tum per ſe, tum ex euentu.

TVM SI QVID EIVSMODI FVERIT, EXERCITATVM IN HIS ESSE OPORTET. Quibus etiam cauſis a coelo et aere, diaeta quoque accidit in victus ratione et vitae inſtituto.

XXII.

Ψυχῆς ἀκρασίη ποτῶν καὶ βρωμάτων, ὕπνου, ἐγρηγόρσιος, ἢ δι' ἔρωτάς τινας, οἷον κύβων, ἢ διὰ τέχνας, ἢ δι' ἀνάγκας, καρτερίη πόνων, καὶ ὧν τινων τεταγμένη, ἢ ἄτακτος.

Animi impotentia potionis et cibi, ſomni, vigiliarum, aut propter ſtudia quaedam, vt teſſerarum, aut bonarum artium, aut neceſſitatis cauſa, ſtudium pertinax, et quarum rerum ordinatum, aut ordinis expers.

ANIMI IMPOTENTIA, eius partis ſcilicet, in qua irarum ardor exiſtit, et quae voluptate alitur.

POTIONIS, CIBI, SOMNI, VIGILIARVM intemperantia,

AVT PROPTER STVDIA QVAEDAM, quibus quisque delectari conſueuerit,

VT

VT TESSERARVM, AVT BONARVM ARTIVM, vt qui lites ſectantur.

AVT NECESSITATIS CAVSA, STVDIVM PERTINAX, ET QVARVM RERVM ORDINATVM, AVT ORDINIS EXPERS.

XXIII.

Αἱ μεταβολαὶ ἐξ οἵων εἰς οἷα.

Mutationes ex quibus in quae.

MVTATIONES, corporum, cauſarum, atque ſignorum.

EX QVIBVS IN QVAE, ſcilicet fiant attendendum, aut ex qualibus in qualia, hoc eſt quaenam contigerint mutationum in victus ratione, et vitae inſtituto rationes et ſucceſſiones ſumendis, educendis, admouendis, faciendis.

XXIV.

Ἐκ τῶν ἠθέων, φιλοπονίη ψυχῆς, ἢ ζητέων, ἢ μελετέων, ἢ ὁρέων, ἢ λέγων, ἢ εἴτι ἄλλο· οἷον λύπαι, δυσοργησίαι, ἐπιθυμίαι, τὰ ἀπὸ συγκυρίης.

Ex moribus, animi induſtria et alacritas, aut quaerendo, inueſtigando, cogitando, aut videndo, aut dicendo, aut ſi quid aliud; vt triſtitiae, irae memores, cupiditates, quae aut fato, aut caſu incidunt.

EX MORIBVS, inſtitutis et inſitis, quorum hi temperamentum corporis ſequuntur, illi vero inſtituti partem eam animi, quae mentis et conſilii eſt.

ANIMI INDVSTRIA ET ALACRITAS, vt acumen ingenii bilis; conſtantia et pertinacia humoris melancholici; ſimplicitas, liberalitas, immoderatio et facetiae ſanguinis; inertia, ſtupiditas, obliuio pituitae argumentum affert.

AVT QVAERENDO, INVESTIGANDO, COGITANDO, AVT VIDENDO, AVT DICENDO, AVT SI QVID ALIVD, vnde animi moderati ſignificatio fiat.

VT TRISTITIAE, contractione ſpirituum ex re non conuenienti ad ſua principia.

MEMORES IRAE diuturnae et ſolutu difficilis, quae ſunt affectiones eius partis animi, in qua irarum ardor exiſtit, et focum habent in corde.

CVPIDITATES rerum, quae ad victum et cultum neceſſariae ſunt, vt cibi et potionis, rerum venerearum; et haec focum habent in iecore.

QVAE AVT CASV AVT FATO CONTINGVNT, vt animi mores inſiti corporis temperamentum ſequuntur.

XXV.

Λυπήματα γνώμης, ἢ διὰ τῶν ὀμμάτων, ἢ διὰ τῆς ἀκοῆς, οἷα τὰ σώματα· μυλῆς μὲν τριφθείσης πρὸς ἑωυτὴν, ὀδόντες ἠμώδησαν· παρὰ τε ποίλον παριόντι, σπέλεα τρέμει· ὅταν δὲ τῆσι χερσὶν ὧν δεῖται ἅρηται, αὖται

αὗται τρέμουσιν· ὄφις ἐξαίφνης ὀφθεὶς, χλωρότητα ἐποίησεν.

Anguſtiae animi, item quae aut ad aſpectum, aut ad auditum referuntur, qualia ſunt corpora: vt molarum attritu dentes obſtupeſcunt; et qui per loca caua progreditur, artubus contremiſcit; vt cum aliquid, quod ex vſu eſt, tollendum eſt, manus contremiſcunt; ſerpens ex improuiſo viſus pallorem induxit.

ANGVSTIAE ANIMI, ſeu affectiones mentis earum rerum appulſu, quae

VISV AVT AVDITV PERCIPIVNTVR, QVALIA SVNT CORPORA, vt extrinſecus facile affectiones ſuſcipiant, et nouos colores induant, qui ex eo dicentur refluxus participes, quod non ſit cauſa ſeu fons perennis, vt (exempli cauſa) quod ſequitur,

VT MOLARVM ATTRITV, vel limarum, vel ferri, vel ſi molae inuicem atterantur.

DENTES OBSTVPESCVNT, agitatione et collectione ſpirituum animalium, cuius affectionis vicinae partes atque communes ſunt primum participes: At omnis ſtupor, velut dentium, fit cum facultas animalis non poteſt ad eam, ad quam ſolebat, peruenire partem.

QVI PER LOCA CAVA PROGREDITVR, ARTVBVS CONTREMISCIT, inaequalitate loci, et metu:

ET CVM ALIQVID, QVOD EX VSV EST, TOLLENDVM EST, MANVS CONTREMISCVNT; SERPENS EX IMPROVISO VISVS PALLOREM ET TREMOREM INDVXIT, collectione ſpirituum et caloris natiui. Caeterum tremoris, vt et virium infirmarum tres aſſignantur cauſae; exhauſtum, compreſſio ſpirituum, et eorundem collectio.

XXVI.

Οἱ Φόβοι, οἷον αἰσχύνη, λύπη, ἡδονὴ, ὀργὴ, τ' ἄλλα τοιαῦτα οὕτως ὑπακούει· ἑκάσῳ δὲ τὸ προσῆκον τῦ σώματος τῇ πρήξει, ἐν τούτοισιν ὑπακόυει· ἱδρῶτες, καρδίης παλμὸς, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν δυναμίων.

Timores, verecundia, triſtitia, metus, moeror, voluptas, ira et caetera eiusmodi. Quae pars cuique corporis actioni eſt conſecrata, his morem gerunt, inde ſudores, cordis palpitatio, et quae ſunt eiusmodi facultatum ſymptomata.

TIMORES, ac timor certa eſt perſuaſio reprehenſionis eorum, quae a nobis ex electione fiunt; oritur autem vel ab oppreſſione, vel ab exhauſto, vel a collectione ſpirituum, quae omnia ad naturae infirmitatem referuntur, venitque ἀπω τῦ τιμᾶν.

VERE-

VERECVNDIA, hoc eſt metus iuſtae reprehenſionis, vt, erubuit, ſalua res eſt.

TRISTITIA, collectio ſpirituum ad interiora.

METVS, demiſſio animi, quae fit perceptione futuri mali.

MOEROR, hoc eſt perennis triſtitia.

VOLVPTAS, IRA, ET CAETERAS HVIVSMODI, id eſt, ſingulis affectionibus, et cauſis, quae extrinſecus incidunt.

QVAE PARS CVIQVE CORPORIS ACTIONI EST CONSECRATA, et officiales et miniſtrae partes, vt cerebrum, cor, hepar,

HIS MOREM GERVNT, cerebrum cogitationi, cor animoſitati et iracundiae, hepar cupiditati.

INDEQVE SVDORES, ab hepate ſcilicet ex appetitu;

CORDIS PALPITATIO, ex moerore, triſtitia, metu aliisque huiusmodi affectionibus, cuius palpitationis eſſentia in dilatatione conſiſtit; omnis autem pars contractionis et dilatationis particeps palpitare poteſt: Atque in corde palpitatio per *ἰδιοπάθειαν* fit, cum ſeroſi humoris cuiusdam copia adeſt, qua velut glutine quodam pericardios tunica adhaeret cordi: Item ab inflammatione et phlegmone cordis oritur. Per ſympathiam vero, et ſpirituum collectione, et affluxu ſanguinis melancholici per arteriam coeliacam ad cor, vt patet in virginibus, foedo colore ſuffuſis. Denique palpitationibus fere obnoxii, qui laborant hypochondriaca melancholia.

ET QVAE SVNT EIVSMODI FACVLTATVM SYMPTOMATA, hoc eſt earum partium, quarum officio corpus adminiſtratur.

XXVII.

Τὰ ἔξωθεν ὠφελέοντα, ἢ βλάπτοντα, ἄλειψις, κατάχυσις, καταχρισις, κατάπλασις, ἐπίδεσις ἐρίων καὶ τῶν τοιούτων· καὶ τὰ ἔνδοθεν ὑπακούει τῶν τοιούτων, ὃ μόνον ὥσπερ τὰ ἔξω τῶν ἔισω προσφερομένων, ἀτὰρ καὶ τὰ δὲ ἐν ἐρίοισι κοίτη πινώδεσι, καὶ τὸ παρὰ βασιλεῖ λεγόμενον κύμινον ὁρῶσιν· ὀσφραινομένοισιν, ὅσα κεφαλῆς ἀγωγὰ, ταρακτικὰ λόγοι, φωνὴ, καὶ τὰ τοιαῦτα.

Quae extrinsecus admouentur et accidunt, aut bonis, aut malis nos augent; perunctio, perfusio, litus, cataplasmatum vsus, lanarum ligatura, et rerum eiusmodi. Quae intus sunt, iis, quae admouentur, consentiunt, non solum quemadmodum ea, quae foris sunt, iis, quae intro feruntur: Cubile ex oesippo, et, quod nomen a Rege habet, cuminum regium videntibus, olfacientibus, quae ex capite educunt, sermones, vox, et quae eiusmodi perturbationem afferunt.

QVAE EXTRINSECVS ACCIDVNT, AVT BONIS AVT MALIS NOS AVGENT, ſcilicet magnam vim habent in habitum corporis atque humorum.

PERVNCTIO, PERFVSIO, frigidae multa perfuſio calorem intro cogit, atque tetanum ſoluit in iuuene quadrato, aeſtate media; in aliis neruos laederet: affuſionem calidae adhibuit Metoni Hippocrates.

LITVS, CATAPLASMATVM VSVS, LANARVM LIGATVRA, ET RERVM EIVSMODI. QVAE INTVS SVNT, IIS, QVAE ADMOVENTVR, CONSENTIVNT, NON SOLVM QVEMADMODVM EA, QVAE FORIS SVNT, IIS, QVAE INTRO FERVNTVR, ſed haec quoque ſunt commemorabilia, et virium ſuarum ſpecimen ediderunt.

CVBILE EX OESIPPO, ex lana ſuccida, quod facile partus et menſes prouocat.

ET QVOD NOMEN HABET A REGE, CVMINVM REGIVM, Aethiopicum ſatiuum colorem potu aut illitu mutat in pallorem, et aceto ſubactum ſeu maceratum naribus admotum haemorrhagiam potenter ſiſtit, Dioſcorides *Lib. III. cap. 59.*

VIDENTIBVS, OLFACIENTIBVS, hoc eſt tum quae auditu, tum quae olfactu mutationes afferunt.

QVAE EX CAPITE EDVCVNT, vt errhina, ptarmica, vt naſturcium, pyrethrum, elleborus albus, caputpurgia.

SERMONES, ingrati,

VOX, ET QVAE EIVSMODI PERTVRBATIONEM AFFERVNT, humoribus et ſpiritibus.

XXVIII.

XXVIII.

Μαζοὶ, γονὴ, ὑστέρη· σημήϊα τάτε ἐν τῇσιν ἡλικίῃσι, καὶ ἐν τοῖσι πνιγμοῖσι, καὶ βηξὶ, τὰ πρὸς ὄρχιν.

Mammae, genitura, vterus; ſigna ſunt et argumenta, tum in aetatum mutatione, et in ſuffocationibus vterinis, in tuſſibus, abſceſſus in teſticulos oborti.

Poſtremo conſiderandum, quae per ſympathiam aut idiopathiam, quaeue per protopatheiam, vel δευτεροπάθειαν, vt

MAMMAE, GENITVRA, VTERVS, ſcilicet mutuo ſe afficiunt, ſigna inuicem edunt in aetatis mutatione, et κατὰ συμπάθειαν καὶ διαδοχὴν in morbis mutuo afficiuntur.

SIGNA SVNT ET ARGVMENTA, TVM IN AETATVM MVTATIONE animaduertuntur, vt ſimulatque viri ex ephoebis exceſſerint, vocemque aſperiorem edere coeperint, iis teſticuli tument erumpuntque foras, et venerem agnoſcunt; tuncque Medicus conſiderare poteſt, vter teſticulus in viris humidior, et ſucci plenior fuerit; nam ſi eiusmodi dexter fuerit, aptus erit maribus procreandis, ſi ſiniſter, foeminis.

ET IN SVFFOCATIONIBVS VTERINIS, quarum vna fit ſublato reſpirationis vſu, et vix reſtitutio fit: altera impeditis ad tempus reſpirationis inſtrumentis, oppreſſo diaphragmate ab vtero.

IN TVSSIBVS ABSCESSVS IN TESTICVLOS OBORTI, quae tuſſes abſceſſu in teſtibus ſuborto ceſſant.

XXIX.

XXIX.

Ὥσπερ τοῖσι δένδροισιν ἡ γῆ, ὅτω τοῖσι ζώοισιν ἡ γαστὴρ, καὶ τρέφει, καὶ θερμαίνει, καὶ ψύχει· ψύχει μὲν κενωμένη, θερμαίνει δὲ πλησμένη. ὥσπερ γῆ κοπερευομένη, χειμῶνος δερμὴ, ὅτω καὶ ἡ κοιλίη· δένδρεα φλοιὸν λεπτὸν ξηρὸν ἔχει, ἔσωθεν δὲ ξηρόσαρκα, ὑγιηρὰ, ἄσηπτα, χρόνια.

Vt in arboribus terra, ſic in animalibus aluus ſuccum alibilem ſuppeditat, et calefacit et refrigerat; refrigerat quidem plena vacuando, calefacit alibili ſucco abundans; et vt terra ſtercorata hyeme calida, ſic et aluus. Ac arbores tenui ſunt cortice et ſicco, intus vero carne ſicca ſana, putredinis expertes diuturnae.

VT IN ARBORIBVS TERRA, SIC IN ANIMALIBVS ALVVS ceu promptuarium quoddam et ſucci alibilis officina.

SVCCVM ALIBILEM SVPPEDITAT, ET CALEFACIT ſuo ſucco alibili habitum corporis, qui tantum habet caloris, quantum ſanguinis.

REFRIGERAT QVIDEM PLENA VACVANDO, CALEFACIT ALIBILI SVCCO ABVNDANS; ET

ET VT TERRA STERCORATA HYEME EST CALIDA, SIC ET ALVVS. Qui ventre ſunt calido, carnes habent frigidas, *Lib. VI. Epid. Sect. 4. 23.*

AC ARBORES TENVI SVNT CORTICE ET SICCO, ex calidiſſima materia.

INTVS VERO CARNE SICCA, PVTREDINIS EXPERTES, ſcilicet ob ſeruatam fluxus refluxusque proportionem attractione et excretione, DIVTVRNAE.

XXX.

Καὶ ζώων, οἷον χελῶναι, καὶ ὅ, τι τοιοῦτον. ἡλικίῃσιν, ὥρῃσιν, ἐνιαυτοῖσιν ὅμοια τὰ ζῶντα, ἃ τρίβεται χρωμένοισι μετρίως βελτίω· ὥσπερ ὑδρίον νέον διαπηδᾷ, παλαιόμενον σέγει· ἔστο καὶ ἡ γαστὴρ διίει τὴν τροφὴν, καὶ ὑποσάθμην ἴσχει ὥσπερ ἀγγεῖον.

Inter animalia, verbi gratia, teſtudines, et quicquid eiusmodi eſt natura praeditum, aetatibus, tempeſtatibus, annis ſunt ſimilia ſui animantia, nec atteruntur mediocri rerum conuenientium vſu. Atque vt hydria recens humores transmittit, inueterata continet; ſic et

et venter transmittit alimentum, et materiam continet, vt vas.

INTER ANIMALIA, VERBI GRATIA, TESTVDINES, ET QVICQVID EIVSMODI EST NATVRA PRAEDITVM, vt cancri, oſtrea, id eſt, a calidiore et ficciore humorum congenerantium parte corticem conſequuntur.

AETATIBVS, TEMPESTATIBVS, ANNIS SVNT SIMILIA SVI ANIMANTIA, etc.

* *

LIBRI HVIVS PARS TERTIA,

IN QVA DE MORBIS, ET EORVM CAVSIS AGITVR.

I.

Οἱ τρόποι τῶν νόσων, τὰ μὲν συγγενικὰ ἔξιν εἰδέναι πυθόμενον, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς χώρης· οἰκέονται γὰρ διὰ πλειόνων, καὶ πολλοὶ ἴσασι· τὰ δὲ ἐκ τοῦ σώματος, καὶ τῶν διαιτημάτων, καὶ κατασάσιος τῆς νούσου, ἢ ἀπὸ ὡρέων.

Iam vero, quod ad morborum ſpecies et differentias attinet, alii ſunt congeneres, et ii interrogando cognoſci poſſunt: Et qui a regione principia cauſasque ducunt, cuiusmodi pluribus familiares, et id multi norunt: Alii ex peculiari cuiusque corporis natura, et humoris conditione, atque diaeta: Et ex nouorum temporum nouo ſtatu, aut a temporibus anni.

IAM VERO, QVOD AD MORBORVM SPECIES ATTINET, ex quibus ratio purgandi atque curandi petitur.

ALII SVNT CONGENERES, ſeu congeniti temperamento, habitui cuiusque naturae; ita vt eorum quidam ſint moribus affines, vt haereditarii; quidam humoribus, vt increſcentes, et ſyntrophi, id eſt, connutriti, quia vires acquirunt eundo,

ET II CONGENITI INTERROGANDO COGNOSCI POSSVNT: ET QVI A REGIONE, ſeu loco,

PRINCIPIA CAVSASQVE DVCVNT, et vocantur ἐνδήμιοι ſeu vernaculi, et fiunt aut a diaeta communi, aut aquae vitiis, et aeris et ſoli vernaculi vitio.

CVIVSMODI PLVRIBVS FAMILIARES, ET ID MVLTI NORVNT; ALII EX PECVLIARI CVIVSQVE CORPORIS NATVRA ET HVMORIS CONDITIONE ATQVE DIAETA, id eſt, victus ratione et vitae inſtituto, ſporadici vocantur, hoc eſt diſperſi.

ET EX NOVORVM TEMPORVM NOVO STATV, vt tempeſtate coorta ventorum, nubium, nebularum ortu, occaſu ſyderum,

AVT A TEMPORIBVS ANNI, hoc eſt ſeptem anni partibus, quarum vitio morbi incidunt ἐπιδήμιοι, qui tum ſimplices tum peſtilentes; ſimplices, vt febres tertianae, pleuritides, peripneumoniae, catarrhus. Caeterum ſeptem anni partes ſic definiuntur; ver ſimplex ab aequinoctio verno ad ortum vergiliarum. Aeſtatis tres partes, quarum prima ab ortu vergiliarum ad ſolſtitium aeſtiuale; altera a ſolſtitio aeſtiuali ad ortum caniculae; tertia ab ortu caniculae ad occaſum Pleiadum. Autumnus ſimplex ab occaſu

Pleiadum ad aequinoctium autumnale. Hyemis partes duae, quarum prior ab aequinoctio autumnali ad solstitium hybernum; altera ab hyberno solstitio ad aequinoctium vernum. Porro vt sunt anni tempora, sic morborum ideae: Anni tempora habent suam hyparxim ob aeris tempestatem, vnde hyeme pituitae generatio non est a diaetae vitio, sed ab ipso aere frigido, humido, caliginoso: qualis est enim aer, tales et humores; hyeme enim omnis humor πῶς φλεγματῶδες.

II.

Αἱ δὲ χώραι πρὸς τὰς ὥρας κακῶς διακείμεναι, τοιαῦτα τίκτουσι νουσήματα, ὁκοίη ἔν ὥρῃ ὁμοίας ἔωσιν. οἷον, ἀνώμαλον θάλπος, ἢ ψύχος, τῆς αὐτῆς ἡμέρης, ὅταν τοιαῦτα ποιέῃ, φθινοπωρινὰ ἐν τῇ χώρῃ τὰ νουσήματα· καὶ ἐν τῆσιν ἄλλῃσιν ὥρῃσι κατὰ λόγον.

Vt autem regiones ad tempora male sunt affectae, eiusmodi morbos pariunt; Exempli gratia, inaequalis calor aut frigus eiusdem diei autumnales procreat morbos in vnaquaque regione; eodem modo de aliorum temporum tempestatibus iudicandum.

VT

VT AVTEM REGIONES AD TEMPORA SVNT MALE AFFECTAE, EIVSMODI MORBOS PARIVNT, tum per ſe, tum ex euentu, noui humoris ſcilicet generatione, et ſuppreſſione cuiusque proprii, cuiusmodi eſt illa tempeſtas, cui illae regiones ſunt ſimiles: vt Cranon, tempeſtate auſtrina et pluuioſa, carbunculos: Thaſus inſula, aquilonia tempeſtate, ophthalmias et diarrhoeas.

EXEMPLI CAVSA, INAEQVALIS CALOR AVT FRIGVS EIVSDEM DIEI, cum eiusmodi fuerit ſcilicet, vt eodem die modo calor modo frigus vigeat, *Lib. III. Aph. 4.*

AVTVMNALES PROCREAT MORBOS IN VNAQVAQVE REGIONE, non ſolum ſpecie, ſed indiuiduo; ſpecie quidem, generatione morborum autumnalium: indiuiduo vero, diuturnitate ob pepaſmi et excretionis difficultatem.

EODEMQVE MODO DE ALIIS ALIORVM TEMPORVM TEMPESTATIBVS IVDICANDVM, vt quando aeſtas fit veri ſimilis, ſudores in febribus multos expectare oportet. Ver ſaluberrimum eſt generatione, non paroxyſmo: vere enim morbi παροξύνονται: Nam aeſtas generat, autumnus cogit, hyems retinet, ver excitat.

III.

Τὰ μὲν ἀπὸ ὀδμέων βορβορωδέων, ἢ ἑλωδέων· τὰ δὲ ἀπὸ ὑδάτων, λιθιῶντα, σπληνώδεα· τὰ δὲ ἀπὸ πνευμάτων χρηστῶν τε καὶ κακῶν ἄρχονται.

Tamen exiſtunt, a coenoſis vaporibus atque paluſtribus et ex aquis, lithiaſes et ſplenicae affectiones: aliae vero ex ventis bonis et malis.

TAMEN EXISTVNT ſupple ἐνδήμιοι morbi ſeu vernaculi,

A COENOSIS VAPORIBVS ATQVE PALVSTRIBVS, ET EX AQVIS, quae ſunt in vſu quotidiano,

LITHIASES ſeu calculi, tum in renibus, tum in veſica,

ET SPLENICAE AFFECTIONES, cum ſcilicet quis liberaliter aquam biberit, nec eam vomitione excluſerit, eam lien ſpongioſus, cum incanduerit, auidiſſime rapit, et in epiploon deponit.

ALIAE VERO EX VENTIS communibus et vernaculis,

BONIS ET MALIS, principia cauſasque ducunt, vt exiſtere dicuntur fodinae, ex quibus aura ſpirat, quae alios facit ἐριννύειν furere poetarum more, alios ἐνθουσιοῦν vaticinari, alios vero φθίνειν tabeſcere, Ariſtoteles *Lib. de mundo ad Alexandrum Cap. 4.*

IIII.

Ὧρης δὲ οἵαι ἔσονται νοῦσοι, καὶ κατασάσιες ἐκ τῶν δέ. ἢν αἱ ὧραι ὡραίως, εὐτάκτως, εὐκρινέας νόσους ποιέουσιν. αἱ δὲ ἐπιχώριοι τῇσιν ὥρῃσι νοῦσοι, δηλοῦσι τοὺς τρόπους.

In

In vniuerſum autem temporum naturam referunt, ipſaque ex iis morborum ideis deſcriptio ſeu hiſtoria. Etenim ſi tempeſtates opportune, et ſuo quaeque ordine fiant, efficiunt morbos ſecundi iudicii: ipſi vero temporum vernaculi morbi pro ſe quisque ſpeciem et hiſtoriam ſui indicat.

IN VNIVERSVM AVTEM TEMPORVM NATVRAM REFERVNT, IPSAQVE EX IPSIS MORBORVM IDEIS HISTORIA, hoc eſt, vt ſunt anni tempora, ita et morborum ideae in ſpecie et indiuiduo; et vt ſunt morborum ideae, ita et remediorum genera eſſe debent.

ETENIM SI TEMPESTATES propriae ſeptem anni partium caloris, frigoris, ventorum, nubium, pluuiarum, nebularum,

OPPORTVNE, loco et tempori, vt neque anteuertant, nec morentur, nec continenter, ſed viciſſim, nec repente, ſed paulatim, atque vt nulla ratio tempeſtatum deſideretur.

ET SVO QVAEQVE ORDINE FIANT, EFFICIVNT MORBOS, vt tempeſtates vernae, aeſtiuae, autumnales, hybernae ſuo quaeque ordine ingruant, qui in illa tempora bene morata beneque conſtituta incidunt,

SECVNDI IVDICII, vt inoffenſo curſu aequaliter ad ſalutem ſuam abſoluant hiſtoriam, ad ſalutem iudicentur, ſua quisque propria criſi, nec vllum periculi metum afferant nec recidiuae,

ob naturae integritatem, et materiae bonitatem, quae eſt pepaſmi particeps, et vinci ſe patitur.

IPSI VERO TEMPORVM VERNACVLI MORBI PRO SE QVISQVE SPECIEM, ET HISTORIAM SVI INDICAT, in illa ſcilicet tempeſtate bene morata beneque conſtituta: vt aeſtiuae quartanae breues ſunt, autumnales vero longae, praeſertim, quae in hyemem cadunt, *Aph. 25. Lib. II.*

V.

Ὅτι δ' ἂν ἐξαλλάξῃ ἡ ὥρη, ὅμοια ἢ ἀνόμοια ἔσαι τὰ νουσήματα, οἷα ἐν τῇ ὥρῃ ταύτῃ γίνεται. ἢν δ' ὁμοίως ἄγῃ, τοιουτότροπα καὶ ἐπὶ τοιῦτο εἰλκυσμένα, οἷον ἕτερον Φθινοπωρινόν.

At ſi quae temporis mutatio fiat et a naturali ſtatu defectio, ſimiles aut diſſimiles erunt morbi, cuiusmodi in ea inciderint. Si autem curſum ſuum ſimiliter perpetuent tempora, eiusmodi pariunt morbos, et in eandem inclinationem adducunt, vt ictterum autumnalem.

AT SI QVA TEMPORIS MVTATIO FIAT, ET A NATVRALI STATV DEFECTIO, hoc eſt, ſi neque ὡραῖα neque ὡραίως fiant, vt ſi aeſtas ſit veri ſimilis, ver hyemi, et contra.

SIMI-

SIMILES AVT DISSIMILES ERVNT MORBI, diſſimiles quidem ſpecie, ſimiles autem tempore et indiuiduo, pro vt efficientis aut ſuſcipientis cauſae naturam ſequentur per generationem humoris aut ſuppreſſionem: qualis fuit auſtrina conſtitutio hiſtoriae primae vniuerſalis, aquilonia ſecundae, *Lib. I. Epid.* inaequalis tertiae,

CVIVSMODI IN EA INCIDERINT TEMPORA. SI AVTEM CVRSVM SVVM SIMILITER PERPETVENT TEMPORA, id eſt, talem obtineant ſtatum, qualem ab initio inire coeperint:

EIVSMODI PARIVNT MORBOS, hoc eſt, naturae ſuae ſimiles, quod annus circuitum habeat vniuerſalem morborum, quemadmodum dies morbi priuati, *ſect. 1. Lib. II. Epid.*

ET IN EANDEM INCLINATIONEM ADDVCVNT, vt ſint aut ſecundi, aut ſiniſtri iudicii.

VT ICTERVM AVTVMNALEM, qui cum generatione ſit aeſtatis proprius, tum eius humoris ſuppreſſione in autumnum incidit.

VI.

Ψύχεα γὰρ ἐκ θαλπέων, καὶ θάλπος ἐκ ψύχεος· καὶ ἢν τὸ θερινὸν χολῶδες γένηται, καὶ αὐξηθὲν ἐγκαταλειφθῇ, καὶ ὑπόσπληνοι.

Nam caloris et frigoris mutua viciſſitudo eſt; vt ſi aeſtas bilioſa fuerit, et bilis adaucta ſuppreſſa fuerit, eius ſuffuſione fit icterus, et lienis tumores.

NAM CALORIS ET FRIGORIS MVTVA VICISSITVDO EST, VT SI AESTAS BILIOSA FVERIT, id eſt bilis acerrimae procreatrix, cuiusmodi eſt calida ſicca:

ET BILIS SVPPRESSA FVERIT, autumno ſcilicet;

EIVS SVFFVSIONE FIT ICTERVS, ET LIENIS TVMORES, quando ſcilicet bilis ſuppreſſa, et in atram bilem conuerſa lienis fit potens.

VII.

Ὅταν ἓν καὶ ὁ ἦρ οὕτως ἀγάγῃ; καὶ ἤρος γίνονται ἴκτεροι· ἐγγυτάτω γὰρ αὕτη ἡ κίνησις τῇ ὥρῃ κατὰ τοῦτο τὸ εἶδος ἐσίν.

Quin etiam ſi ver ita ſit conſtitutum; et vere etiam fiunt morbi regii: nam ille motus proxime ad illud tempus accedit, iuxta anni ſpeciem.

QVIN ETIAM SI VER ITA SIT CONSTITVTVM, hoc eſt aeſtiuis affectum qualitatibus:

ET VERE ETIAM FIVNT MORBI REGII, quod ſcilicet ad generationem bilis motus quoque accedat.

NAM ILLE MOTVS PROXIME AD ILLVD TEMPVS, aeſtatis,

ACCEDIT IVXTA ANNI SPECIEM, ſcilicet foras ferantur humores bilioſi et euocentur, quorum ſuffuſione fit icterus: Morborum hyparxis in motu, putredine, et ſynatriſmo conſiſtit.

VIII.

VIII.

Ὅταν δὲ θερινὸν γένηται ἦρι ὅμοιον, ἱδρῶτας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι, καὶ εὔτροποι, καὶ ἀ κατόξεες, ἀδὲ κατάξηροι γλώσσῃσιν.

Contra ſi aeſtas vernis tempeſtatibus affecta, ſudores in febribus copioſos expectare oportet, ac bene morati ſunt morbi, nec peracuti, nec linguis peraridi.

CONTRA SI AESTAS VERNIS TEMPESTATIBVS AFFECTA, ſcilicet primarum qualitatum, ventorum, pluuiarum et caeterarum rerum, vel habeat verna ὡραῖα.

SVDORES IN FEBRIBVS COPIOSOS EXPECTARE OPORTET, *Aph. 6. Lib. V.* tum humoris morbifici, tum alieni; nam quo natura, et humor viam affectant et euocantur, eo criſeon inclinationes fiunt.

AC BENE MORATI SVNT MORBI, non efferi, ſed manſueti materiae bonitate ſeu temperamento, et naturae virtute.

NEC PERACVTI, quod vernis tempeſtatibus bilis vis aut acrimonia infringatur.

NEC LINGVIS PERARIDI, et ſic manſueti morbi nec linguas faciunt ſcabras nec frixas, quemadmodum febres ardentes γλῶσσαν πεφρικμένην.

IX.

Ὅταν δὲ χειμέριον γένηται ἦρ καὶ ὀπιθοχειμὼν, χειμερηναὶ καὶ αἱ νοῦσοι, καὶ

καὶ βηχώδεες, καὶ περιπνευμονικαὶ ἢ κυναγχικαὶ· καὶ φθινοπώρῳ, ἢν μὴ ἐν ὥρῃ καὶ ἐξαίφνης χειμάσῃ, μὴ συνεχῶς τοιάυτας νόσους ποιέει, διὰ τὸ μὴ ἐν ὥρῃ ἦρχθαι, ἀλλὰ ἀνώμαλα γίνεσθαι.

Si autem ver hybernum fuerit, nouiſſimaque hyems viguerit, morbi incident hyemales cum tuſſi coniuncti et peripneumonici, aut etiam anginoſi: et autumno quoque ipſo, ſi quidem non conuenienter, ſed repente, et magna vi tempeſtates inducat hybernas, non ſemper, nec continenter ſuae naturae congeneres facit morbos, quod tempeſtiue non venerit, ſed inaequalis exiſtat.

SI AVTEM VER HYBERNVM FVERIT, id eſt, tempeſtatibus hybernis affectum, vt ventis aquiloniis, niuibus, nymbis atque frigore.

NOVISSIMAQVE HYEMS VIGVERIT, hoc eſt, frigoris dominatu coelum vltra aequinoctium vernum teneatur ad ortum vsque vergiliarum.

MORBI INCIDENT HYEMALES CVM TVSSI CONIVNCTI, ex diſtillatione ferina, aut cruda, aut etiam bronchiorum obſtructione.

ET PERIPNEVMONICI, hoc eſt cum inflammatione pulmonum male affecto thorace et pulmonibus, quibus aquilonia tempeſtas bellum indixit,

AVT ETIAM ANGINOSI, angina hyberna ſecundae aut tertiae differentiae, non autem primae.

ET AVTVMNO QVOQVE IPSO, qui cum ſit omnium inſaluberrimus, et praeter caetera anni tempora, naturam retineat et vim exerat maligni humoris, inaequalitatis ratione.

QVI SIQVIDEM NON CONVENIENTER, nec loco et tempori.

SED REPENTE ET MAGNA VI TEMPESTATES INDVCAT HYBERNAS, NON SEMPER NEC CONTINENTER SVAE NATVRAE CONGENERES FACIT MORBOS, vt videre eſt *hiſtor. 2. vniuerſali Lib. I. Epid.*

QVOD TEMPESTIVE NON VENERIT, SED INAEQVALIS EXISTAT.

X.

Διόπερ καὶ αἱ ὧραι, ἄκριτοι καὶ ἀνατάτατοι γίνονται· ὥσπερ καὶ αἱ νοῦσοι, ἐὰν προεκκρηγνύωνται, ἢ προεκκρίνωνται, ἢ ἐγκαταλείπωνται.

Vnde fit, vt anni tempora ſint male morata et ſiniſtri iudicii, et ſine ordine; ſic et morbi exiſtunt, ſi anticipauerint, aut ante tempus excretionem moliantur, aut ſi quid reliquiarum ſuperſit.

VNDE

VNDE FIT, VT ANNI TEMPORA SINT MALE MORATA ET SINISTRI IVDICII, ET SINE ORDINE, hoc eſt, ſine ſucceſſione et viciſſitudine temporum.

SIC ET MORBI EXISTVNT, SI ANTICIPAVERINT, ob magnitudinem cauſae, vt ſi puer laboret morbis, qui ſunt adoleſcentiae, nam omnes morbi, qui ſua tempora vniuerſalia, aut etiam particularia anticipant, ſunt ſiniſtri iudicii.

AVT ANTE TEMPVS EXCRETIONEM, periodicam,

MOLIANTVR, ſymptomatum vehementia, aut laceſſita natura vi morbi:

AVT SI QVID RELIQVIARVM SVPERSIT, nam quae a criſi ſuperſunt, recidiuos faciunt morbos, *Aph. 13. Lib. II.*

XI.

Φιλυπόστροφοι γὰρ καὶ αἱ ὧραι γίνονται, ὥσπερ αἱ οὕτω νοσοποιέουσαι.

Nam tempeſtates morborum recidiuas afferunt, et ſunt earum conſeruatrices, quemadmodum fuerant effectrices.

XII.

Προσλογισέον ἔν, ὁκοίως ἂν ἔχοντα τὰ σώματα, αἱ ὧραι παραλαμβάνωσι.

Quae cum ita ſint; in eam curam incumbere debet Medicus, vt intelligat

ligat, qualiter affecta corpora anni ſeptem partes, earumque ſeptem tempeſtates excipiant.

QVAE CVM ITA SINT; IN EAM CVRAM INCVMBENDVM MEDICO, VT INTELLIGAT, QVALITER AFFECTA CORPORA, temperamento, habitu, et humoris dominatu.

ANNI SEPTEM TEMPESTATES EXCIPIANT, quod ſcilicet in efficientis cauſae vi, et peculiari cuiusque natura, et affectione, omnium morborum idea conſiſtat.

XIII.

Νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοὶ, νωθροὶ, διαλυτικοί· ὅταν οὗτος δυνασεύῃ, τοιουτότροπα ἐν τῇσι νούσοισι πάσχοισιν, ἕλκεα μαδαρὰ, μάλισα σόμα, αἰδοῖον, καὶ τ' ἄλλα.

Auſtrina tempeſtas auditui grauis, caliginoſa, capitis grauitatem, toti corpori lentitudinem affert, et reſolutionem; cum haec auſtrina tempeſtas diu multumque coeli potens fuerit, huiusmodi ſymptomata in morbis perpetiuntur: vlcera glabra, maxime vero in ore, et pudendis, et aliis partibns.

AVSTRI-

AVSTRINA TEMPESTAS, ventorum meridionalium trium conſtitutio ſeu Libanoto, Euronoto ventis placida.

AVDITVI GRAVIS, reſoluta vi audiendi, laxis venis et meatibus, vel oppletis iisdem.

CALIGINOSA, aquei humoris, ſpiritus animalis, et animabilis, id eſt, aeris impuritate.

CAPITIS GRAVITATEM, hoc eſt diſtentione meningum a nimio humore et craſſo vapore, cerebrum auget plethoricis cauſis et ſymptomatis.

TOTI CORPORI LENTITVDINEM AFFERT ET RESOLVTIONEM, madefacto neruorum principio.

CVM HAEC AVSTRINA TEMPESTAS DIV MVLTVMQVE COELI POTENS FVERIT, HVIVSMODI SYMPTOMATA IN MORBIS PERPETIVNTVR, quae tamen reipſa non tam natura aegri aut morbi ipſius motu excitantur, quam cauſae procatarcticae potentia.

VLCERA GLABRA, ſeu pilis vacua, cacochymi humoris ad vlceratam partem affluxu, et alimenti inopia, aut partis corruptione.

MAXIME VERO IN ORE, ET PVDENDIS, in quibus continuo circumfluit humor.

ET ALIIS PARTIBVS humore excrementitio abundantibus, vt in ano.

XIIII.

Ἢν δὲ βόρειον, βῆχες, φάρυγγες, ποιλίαι σκληρότεραι, δυσουρίαι, φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, σηθέων. ὁκόταν οὗτος δυνασεύῃ, τοιαῦτα προσδέχεσθαι μᾶλλον τὰ νουσήματα.

Si

Si vero aquilonia tempeſtas ingruat, tuſſes, faucium inflammationes, alui adſtrictiones, difficultates meiendi, horrores, dolores laterum et pectoris ipſius. Itaque cum aquilo diu multumque potens coeli fuerit, huiusmodi fere morbos expectare oportet.

SI AQVILONIA TEMPESTAS INGRVAT, TVSSES, humidae, ſiccae,

FAVCIVM INFLAMMATIONES, et anginae ſecundae et tertiae ſpeciei.

ALVI ADSTRICTIONES, coctionis et diſtributionis benignitate, excrementitii humoris exhauſto, et inteſtinorum motu periſtaltico ſeu circulari, et naturali motui contrario, hoc eſt orbiculari, inferne ſurſum.

DIFFICVLTATES MEIENDI, tum vrinae ipſius acrimonia, tum partium eidem vrinae dicatarum vitio.

HORRORES, tum febris expertes, tum ſymptomatici.

DOLORES LATERVM, inflammationis participes, aut expertes.

ITAQVE CVM AQVILO DIV MVLTVMQVE COELI POTENS FVERIT, TALES FERE MORBOS EXPECTARE OPORTET, ob tempeſtatis illius inclementiam.

XV.

Ἢν μᾶλλον πλεονάζῃ, ἀυχμοῖσιν οἱ πυρετοὶ ἔπονται καὶ ὄμβροισιν, ἐξ

ὁποίων ἂν οἱ πλεονασμοὶ μεταπέσωσι, καὶ ὅκως ἂν ἔχοντα τὰ σώματα παραλάβωσιν ἐκ τῆς ἑτέρης ὥρης.

Si talem habeat ſtatum, cum ſqualoribus febres ardentes, vt plurimum ſunt coniunctae, et imbribus quoque ipſis febres diuturnae et putres: quibus ex rebus varia qualitate affectis nimietates inciderint, et vt affecta corpora exceperint ab alio tempore.

SI TALEM HABEAT STATVM, talem habeat conſtitutionem, qualem ab initio coepit.

CVM SQVALORIBVS FEBRES ARDENTES, VT PLVRIMVM, SVNT CONIVNCTAE, hoc eſt, ſi coelum aeſtu incanduit, ſi ἀνυδρία, id eſt, ſiccitas ſeu pluuiarum inopia, quae tempeſtas bilis acerrimae ſit procreatrix,

ET IMBRIBVS QVOQVE IPSIS, febres nimirum diuturnae et putres;

QVIBVS EX REBVS VARIA QVALITATE AFFECTIS NIMIETATES INCIDERINT caloris aut imbrium,

ET VT AFFECTA CORPORA EXCEPERINT, ſcilicet illae nimietates,

AB ALIO TEMPORE, vt ſi autumnalis tempeſtas auſtrina calidiſſimam atque ſicciſſimam noviſſimae aeſtatis exceperit.

XVI.

XVI.

Καὶ ὁκόιȣ τινος οὖν χυμοῦ δυναϑέυοντος ἐν τῷ σώματι. αἱ τὰς ἀνυδρίας νότιαι, βόρειαι. διαφέρει γὰρ καὶ τ' ἄλλα οὕτω· μέγα γὰς καὶ τοῦτο· ἄλλος γὰς ἐν ἄλλῃ ὥρῃ καὶ χώρῃ μέγας, οἷον τὸ θέρος χολοποιὸν, ἦς ἔναυμον· τ' ἄλλα, ὡς ἔκασα.

Ac provt huiusmodi aut illiusmodi humoris corpus dominatu tenetur, exiſtunt ſiccitates auſtrinae vt aquiloniae; ſic quoque et eodem modo et alia quoque differunt: atque illud quidem magnum et commemorabile: alius enim alio tempore, et regione magnus: Etenim aeſtas bilis procreatrix, ver ſanguinis, ac caetera ſuo quaeque modo ſe habent.

AC PROVT HVIVSMODI AVT ILLIVSMODI HVMORIS CORPVS DOMINATV TENETVR, ſcilicet incidunt morbi epidemii ex euentu; nam quaecumque in ſingulis hominum naturis redundare conſueuerunt, ea, ſi exitum non habeant, congeneres naturae ſuae procreant morbos.

EXISTVNT SICCITATES AVSTRINAE VT AQVILONIAE, hiſtoria prima vniuerſali, *Lib. I. Epid. et Comm. in principium Sect. 3.*

SIC QVOQVE ET EODEM MODO ET ALIA QVOQVE DIFFERVNT: ATQVE ILLVD QVIDEM MAGNVM ET COMMEMORABILE, quod ſcilicet per ſe propria cuiusque natura et ex euentu.

ALIVS ENIM ALIO TEMPORE ET REGIONE MAGNVS, id eſt variae ſunt in aliis atque aliis anni temporibus et regionibus affectiones atque ideae, exempli gratia, humidus coeli ſtatus humorum copiam parit, quos diuerſae hominum naturae varietate diſtinguunt, et praeteritorum temporum vitio, morbi etiam accidunt bono coeli ſtatu.

ETENIM AESTAS BILIS PROCREATRIX, natura,

VER SANGVINIS, AC CAETERA SVO QVOQVE MODO SE HABENT, vt hyems pituitae, autumnus melancholici ſucci procreator.

XVII.

Αἱ μεταβολαὶ μάλιϛα τίκτουσι νϑσήματα, καὶ αἱ μέγιϛαι μάλιϛα. καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ, καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισι. τὰ δὲ ἐκ προσαγωγῆς γίνεται. αἱ ὧραι αὗται ἀσφαλέϛαται, ὥσπερ καὶ δίαιται, καὶ ψύχος, καὶ θάλπος μάλιϛα ἐκ προσαγωγῆς. καὶ ἡλικίαι ὅτω μεταβαλλόμεναι.

Mutationes omnes repentinae, vehementes, et diuturnae pariunt morbos, ac illae praeſertim, quae ſunt in-

inſignes. Ac in temporibus anni inſignes mutationes, et rerum omnium caeterarum; quae viciſſim ac paulatim ſecuriſſimae, et vt ipſae diaetae: ac frigoris et caloris potiſſimum amica viciſſitudo eſſe debet, et aetates, quarum viciſſitudinaria mutatio eſt.

MVTATIONES OMNES REPENTINAE, VEHEMENTES, ET DIVTVRNAE, tum aeris, tum diaetae, huius cum fit mutatio ab otio ad negotium, temporum vero, cum nec ὡραῖα ſeu tempeſtiua, nec ὡραίως vel tempeſtiue fiunt.

PARIVNT MORBOS, immutato habitu, et temperamento communis naturae, labefactata vi aut adiuncta qualitate peculiaris naturae.

AC ILLAE PRAESERTIM, QVAE SVNT INSIGNES; omnis enim nouitas nimietasque naturae inimica.

AC IN TEMPORIBVS ANNI, id eſt, definitis ſeptem anni partibus.

INSIGNES MVTATIONES, hoc eſt ſeptem anni partium opportunitates cum a naturali ſtatu recedunt.

ET CAETERARVM RERVM, quae ſalubritati corporis ſunt accommodatae:

QVAE VICISSIM AC PAVLATIM, nec nimium, nec continenter, exempli gratia, ſi eiusmodi ſint temporum viciſſitudines,

SECVRISSIMAE, et a morbis, et a morborum periculis.

VT ET IPSAE DIAETAE: hoc eſt victus ratio, et vitae inſtitutum, quae tum aegris, tum ſanis praeſcribi ſolent,

AC FRIGORIS ET CALORIS POTISSIMVM AMICA VICISSITVDO ESSE DEBET, ET AETATES, QVARVM VICISSITVDINARIA MVTATIO EST, ſi non praeuerterint. *Lib. III. Aph.*

XVIII.

Φύσιες δὲ ὡς πρὸς τὰς ὥρας, αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα, ἓυ καὶ κακῶς πεφύκασιν· αἱ δὲ πρὸς χώρας, καὶ ἡλικίας, καὶ διαίτας, καὶ τὰς ἄλλας κατασάσιας τῶν νούσων, ἄλλαι πρὸς ἄλλας ἓυ καὶ κακῶς πεφύκασι· καὶ ἡλικίαι πρὸς ὥρας, καὶ χωρας, καὶ διαίτας, καὶ πρὸς κατασάσιας νούσων· καὶ ἐν τῆσιν ὥρῃσι δίαιται, καὶ σιτία, καὶ ποτὰ, οἷα· ὅτι ὁ μὲν χειμὼν, ἀργὸς ἔργων, καὶ πέπονα τὰ εἰσιόντα καὶ ἁπλᾶ. μέγα γὰρ καὶ τοῦτο.

At hominum naturae, quod ad anni tempora, aliae ad aeſtatem, aliae ad hyemem bene aut male conſtitutae ſunt; aliae ad regiones, et aetates, et ad diaetas, atque ad aliorum morborum ſtatus; aliae ad alias

alias regiones, aetates bene aut male conſtitutae; atque aetates ipſae bene aut male conſtitutae ad tempora, et regiones et diaetas, ad morborum ſtatus; et in temporibus diaetae, cibi aut potiones, prout illae fuerint, quod hyems ſit ignaua, et otio abundans, et quae ingeruntur natura et arte ſimplicia, cocta, magnum certe illud.

AT HOMINVM NATVRAE, et communes et propriae, quae in temperamento, habitu, et humoris dominatu conſiſtunt.

QVOD AD ANNI TEMPORA, id eſt ſi tempora ſpectes,

ALIAE AD AESTATEM, id eſt, vim tempeſtatis aeſtiuae ſuſcipiendam, aut declinandam.

ALIAE AD HYEMEM, vim ſcilicet tempeſtatis hybernae ſuſcipiendam aut vitandam.

BENE AVT MALE CONSTITVTAE SVNT, nam temperatae naturae contrariam intemperiem facilius ferunt, quam intemperatae ſimilem, et vt intemperatae naturae gaudent modico contrariorum vſu, ſic ſimilium appulſu laeduntur.

ALIAE AD REGIONES calidas, frigidas, temperatas bene aut male ſunt conſtitutae,

ET AETATES, vt ſicca et calida natura in iuuentute moleſta morboſaque eſt.

ET AD DIAETAS, victus rationem, et vitae inſtitutum, vt pituitoſi inſuetam cibi abſtinentiam facilius ferunt, quam picrocholi.

ATQVE AD ALIORVM MORBORVM STATVS, cauſae magnitudine et ſymptomatum vehementia, vt omnem inflammationem ſenes facilius ferunt, quam iuuenes, excepta pleuritide, aut peripneumonia. Scotis febris ardens degener, Aethiopibus congener, vtrisque periculoſa.

ALIAE AD ALIAS REGIONES, AETATES BENE AVT MALE CONSTITVTAE AD TEMPORA, vt ſenex aeſtate, iuuenis hyeme gaudet.

ET REGIONES, ET DIAETAS, vt ſenex vſu mellis iuuatur, ſed grauiſſime iuuenis offenditur.

ATQVE AD MORBORVM STATVS congeneres, degeneres cauſae magnitudine, ſymptomatum vehementia.

ET IN TEMPORIBVS DIAETAE, imbecillae aut fortes, vt parcius hyeme bibendo, verum meracius; aeſtate largius, verum dilutius.

CIBI AVT POTIONES PROVT ILLAE FVERINT, qualitate, quantitate, vtendi modo, et occaſione.

QVOD HYEMS SIT IGNAVA ET OTIO ABVNDANS, vnde calor natiuus non emicat foras.

ET QVAE INGERVNTVR, NATVRA ET ARTE SIMPLICIA, COCTA; MAGNVM CERTE ILLVD, hoc eſt, cum ad temporis naturam diaeta quoque accedit bona.

XIX.

Αἱ ὁπῶραι δὲ ἐργάσιμοι, ἡλιώσιες, τὰ πινόμενα πυκνὰ, ἀκατάσατα σιτία, οἶνοι, ἀκρόδρυα. ὥσπερ δὲ ἐκ τῶν ὡρέων τὰς νούσους ἐξὶ τεκμήρασθαι.

No-

Nouiſſima vero pars aeſtatis laborioſa eſt, inſolationes, frequens potus, ſine ordine cibi, arborum baccae, vt ex anni temporibus morborum rationem quis poſſit colligere.

NOVISSIMA PARS AESTATIS, ab ortu caniculae ad occaſum vergiliarum,

LABORIOSA EST, laboribus abundans, vnde calor natiuus diffluit,

INSOLATIONES, hoc eſt ſole peruruntur homines,

FREQVENS POTVS, SINE ORDINE CIBI, ARBORVM BACCAE, fructus ſine delectu faciunt cruditates in ventriculo.

VT EX ANNI TEMPORIBVS MORBORVM RATIONEM QVIS COLLIGERE POSSIT, vt ſi pluuioſa et auſtrina fuerit hyems, ver autem ſiccum et aquilonium, mulieres, quae vere ſunt pariturae, leui de cauſa abortiunt, aut certe valetudinarios foetus edunt, *Aph. 12. Sect. III.*

XX.

Ἔ*ϛι ποτὲ καὶ ἐκ τῶν νούσων, ὕδατα, καὶ ἀνέμους, καὶ ἀνυδρίας, προσγινώσκειν. οἷον βόρεια, νότια. ἔϛι γὰρ ἓυ μαθόντι καὶ ὀρθῶς, ὅθεν σκεπτέα. οἷον καὶ λέπραι τινὲς, καὶ περὶ τὰ ἄρθρα πόνοι, ὕδατα ὅταν μέλλει, κνησμώδεές εἰσι, καὶ ἄλλα τοιαῦτα· καὶ τῶν ὑσμάτων, οἷα ἢ διὰ τρίτης,*

ἢ ἑκάσης, ἢ διὰ περιόδων ἄλλων, καὶ τὰ συνεχέα. καὶ ἀνέμων οἱ μὲν πολυήμεροι πνέουσι, καὶ ἀντιπνέουσιν ἀλλήλοισιν· ἄλλοι δὲ, διὰ ἐραχυτέρων. οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ, κατὰ περίοδον· ταῦτα ἔχει τῆσι κατασάσεσιν, ὁμοιότητας.

Licet etiam e morbis praesentire futuras tempestates, aquas, ventos, siccitates, vt tempestates aquilonias et austrinas: integrum est enim ei, qui in hoc genere fuerit exercitatus, vnde earum rerum sit ineunda ratio; vt existunt quaedam leprae et articulorum dolores: Quin etiam et ex pluuiis, quae sunt eiusmodi, vt tertio quoque die fundantur ab aethere, aut aliis interuallis, quaeque continenter fluunt: Ac ventorum alii diuturni, diuque terras perflant, alii contrario flatu pugnant, alii breuioribus interuallis: atque tempestates definitis anni temporibus proportione respondent.

LICET ETIAM E MORBIS PRAESENTIRE FVTVRAS TEMPESTATES, AQVAS, VENTOS,

TOS, SICCITATES, VT TEMPESTATES AQVILONIAS ET AVSTRINAS: INTEGRVM EST ENIM EI, QVI IN HOC GENERE FVERIT EXERCITATVS, VNDE EARVM RERVM SIT INEVNDA RATIO. VT EXISTVNT QVAEDAM LEPRAE, hoc eſt, aſperitates cutis a ſquamma vlceri obducta, ex pituita ſalſa, et humore melancholico aduſto.

ET ARTICVLORVM DOLORES, qui iamiam futuris pluuiis pruritum excitant, et alia eiusmodi multa, vt hemicrania quorundam futurae pluuiae nuncia; lumborum dolor niuis ipſius.

QVIN ETIAM, ET EX PLVVIIS, QVAE SVNT EIVSMODI, VT TERTIO QVOQVE DIE FVNDANTVR AB AETHERE, AVT ALIIS INTERVALLIS fundantur ab aere nymbi:

QVAEQVE CONTINENTER FLVVNT: AC VENTORVM ALII DIVTVRNI DIVQVE TERRAS PERFLANT, ALII CONTRARIO FLATV PVGNANT, ALII BREVIORIBVS INTERVALLIS, nam hi et illi per circuitus, terras perflant, temporibus bene moratis, beneque conſtitutis, vt Eteſiae per quadraginta dies.

ATQVE TEMPESTATES DEFINITIS ANNI TEMPORIBVS PROPORTIONE RESPONDENT, ac ſi diceret, mutua eſt pluuiarum et ſerenitatis viciſſitudo.

XXI.

Ἐπὶ βραχύτερον δὲ τὰ τοιαῦτα· ἦν μὲν ἐπὶ πλέον τὸ ἔτος τοιῦτο ἔῃ, οἵην τὴν κατάσασιν ἐποίησεν, ἐπὶ πλεῖον καὶ τὰ νουσήματα τοιαῦτα· καὶ ἦν μᾶλλον ἰσχυρότερα, καὶ μέγισα νουσήματα

σήματα οὕτως ἐγένετο, καὶ κοινότατα, καὶ ἐπὶ πλεῖσον χρόνον.

Sed haec breuius: nam ſi maiori ex parte eiusmodi fuerit annus, vt, qualem ſtatum inire coepit, obtineat, vt plurimum morbi exiſtent huiusmodi; et quanta erit vis earum tempeſtatum, tanta quoque et morborum magnitudo et frequentia, ac longiſſimi ſpatium temporis.

SED HAEC BREVIVS: NAM SI MAIORI EX PARTE EIVSMODI FVERIT ANNVS auſtrinus, aquilonius, inaequalis.

VT QVALEM STATVM INIRE COEPIT, OBTINEAT auſtrinum, aquilonium, inaequalem.

VT PLVRIMVM MORBI EXISTENT HVIVSMODI, qui earum tempeſtatum naturam ſequuntur, eſſentia, materia, parte, ſymptomatis, cauſis, periodis, paroxyſmo, criſi;

ET QVANTA ERIT VIS EARVM TEMPESTATVM, TANTA QVOQVE ET MORBORVM MAGNITVDO, qui morbi inde principia cauſasque ducunt.

ET FREQVENTIA, quod omnes fere naturae vi et diuturnitate earum tempeſtatum afficiantur,

AC LONGISSIMI SPATIVM TEMPORIS, vt enim tempeſtas morborum eſt procreatrix, ſic et eorum conſeruatrix.

XXII.

XXII.

Ἐκ τῶν πρώτων ὑδάτων, ὅταν ἐξ ἀνυδρίης πολλῆς μέλλῃ ὕδωρ ἔσεσθαι, ἔστι περὶ ὑδρώπων προειπεῖν. καὶ ὁκόταν τ' ἄλλα σμικρὰ σημήια φανῇ ἐν νηνεμίῃ, ἐν μεταβολῇ. συνακτέον οὖν, ὅσα μὲν ἐφ' οἵοισιν ὕδασιν ἢ ἀνέμοισιν αἱ νοῦσοι ἐπισημαίνουσι, καὶ ἀκουσέον, εἴ τις οἶδεν, ὅτι τοιούτου χειμῶνος προγενομένου, τοῖον ἦρ ἢ θέρος ἔσαι.

Ex primis aquis, cum ex diuturno ſqualore futurae ſunt pluuiae, licet de hydropibus multa praedicere, et quoties alia ſigna apparent, cum aer ventis placidus in mutatione repentina. Ergo colligendum eſt, qui morbi, quibus in aquis aut ventis, ſignificentur; et audiendus eſt, qui perſpectum habuerit, quod exacta eiusmodi, aut illiusmodi hyeme, talis aeſtas, aut ver futurum ſit.

EX PRIMIS AQVIS, CVM EX DIVTVRNO SQVALORE FVTVRAE SVNT PLVVIAE, LICET DE HYDROPIBVS MVLTA PRAEDICERE, cum

cum ab exhauſto homines laborarint, vt repente humectantur humore excrementitio.

ET QVOTIES ALIA SIGNA APPARENT, CVM AER VENTIS PLACIDVS, etc. ERGO COLLIGENDVM EST, QVI MORBI, QVIBVS IN AQVIS AVT VENTIS, SIGNIFICENTVR, hoc eſt, quae morborum vis certis aquarum conditionibus aut ventorum, ad quid appareat.

ET AVDIENDVS EST, QVI PERSPICVVM HABVERIT, longo et vſu, et multa experientia edoctus,

QVOD EXACTA EIVSMODI AVT ILLIVSMODI HYEME, TALIS AESTAS, AVT VER FVTVRVM SIT.

* *

LIBRI HVIVS

PARS QVARTA.

I.

Τὰ χρώματα οὐχ ὁμοίια ἐν τῇσιν ὥρῃσιν, οὐδ' ἐν βορείοισι καὶ νοτίοισιν, οὐδ' ἐν τῇσιν ἡλικίῃσιν, αὐτὸς πρὸς ἑωυτόν, οὐδ' ἄλλος ἄλλῳ οὐδὲν. σκεπτέον δὲ ἐξ ὧν ἴσμεν καὶ παρεόντων καὶ ἀπρεμεόντων, περὶ χροιῶν, καὶ ὅτι αἱ ἡλικίαι τῇσιν ὥρῃσιν ἐμφερέες εἰσὶ, καὶ χροιῇ, καὶ τρόπῳ.

Quae cum ita ſint; Colores non ſunt eiusmodi ſemper omnibus temporibus, atque tempeſtatibus, nec aquiloniis, nec auſtrinis, ſic nec aetatibus iidem ſunt colores: nec ſi idem ipſe ſibi conferatur, idem eſt, nec comparatus cum altero; propterea coloris ineunda ratio, et conſiderandum; Ex quibus intelligimus, quae adſunt, quaeque ſuo ſtatu manent colore et modo.

QVAE

QVAE CVM ITA SINT; COLORES, tum vniuerſi corporis, tum partium ſingularum, ex quibus humoris ſignificatio peti debet.

NON SVNT HVIVSMODI SEMPER OMNIBVS TEMPORIBVS ATQVE TEMPESTATIBVS, hoc eſt, ex anni temporibus fit humorum ἄμπωτις ſeu refluxus, aut reciprocatio, vnde colorum varietas.

NEC AQVILONIIS, NEC AVSTRINIS, nam aquiloniae εὔχροα bene colorata et rubore ſuffuſa reddunt corpora, auſtrinae pallida.

SIC NEC AETATIBVS IIDEM SVNT COLORES; NEC SI IDEM IPSE SIBI CONFERATVR, IDEM EST; NEC COMPARATVS CVM ALTERO; PROPTEREA COLORIS INEVNDA RATIO, ET CONSIDERANDVM, EX QVIBVS INTELLIGIMVS, QVAE ADSVNT, QVAEQVE SVO STATV MANENT. Ex oeconomiae naturalis perennitate, ſucci alibilis vitio aut bonitate; nam quale eſt alimentum, talis et color elucet, et ipſae aetates ad temporum naturam accedunt et colore, et modo.

II.

Οἱ αἱμορῥοΐδας ἔχοντες, ἤτε πλευρίτιδι, ἤτε περιπνευμονίῃ, ἤτε Φαγεδαίνῃ, ἤτε δοθίῃσιν, ἤτε θερμίνθοισιν ἁλίσκονται· ἴσως δὲ ἠδὲ λέπρῃσιν, ἴσως δὲ οὐδὲ ἀλφοῖσιν.

Qui habent haemorrhoidas nec pleuritide, aut inflammatione pulmonis, nec vlcere depaſcenti, nec furun-

furunculis, nec puſtulis nigris corripiuntur, forte nec etiam lepra, nec vitiliginibus nigris.

QVI HABENT HAEMORRHOIDAS, praeſertim cacochymiae melancholicae depletrices, purgatrices per venae meſentericae ramos, qui feruntur ad anum.

NEC PLEVRITIDE, id eſt, inflammatione lateris aut membranae coſtas ſuccingentis.

AVT INFLAMMATIONE PVLMONIS primigenia aut ſecundaria.

NEC VLCERE DEPASCENTI, a melancholico humore et atra bile, vnde lupus vulgo fit: Vbi notandum bilioſum corpus, ſi perſpiratione careat, ſucceſſu temporis, et in aetate conſtante, melancholicum reddi.

NEC FVRVNCVLIS, NEC PVSTVLIS NIGRIS Therebinthi arboris fructum nigrum referentibus.

CORRIPIVNTVR, non ſolum vacuationis ratione, ſed eius humoris, qui illarum affectionum cauſa effectrix eſſe poſſet, purgatione; adde, quod raro accidit, vt duae partes ſint tam ſibi impares, et aequali affectu infeſtentur; ſic enim, qui acidum eructant, raro pleuritide corripiuntur, propter deriuationem ipſius humoris, ex *Aph. 33. Sect. VI.*

FORTE NEC ETIAM LEPRA, NEC VITILIGINIBVS NIGRIS.

III.

Γ'ηρευθέντες γε μὴν ἀπαίρως, συχνοῖσι τοῖσι τοιούτοισιν ὰ βραδέως ἤλωσαν·

καὶ ὀλέθρια ἔτως. καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀποστάσιες, οἷον σύριγγες ἑτέρων ἄκος. ὅσα πέφυκεν ἐπιφαινόμενα παύειν, ῥύεται τούτων προσγενόμενα κωλύματα ἄλλοισιν αὖ κοινωνίαι.

Verum qui intempestiue curati sunt, frequentibus eiusmodi malis paulo post correpti fuerunt; et quicunque fiunt abscessus, vt fistulae, aliarum affectionum sunt remedia: Et quam vim habent, cum superuenerint, eas affectiones sistendi; easdem affectiones, cum praecesserint, cohibent.

VERVM QVI INTEMPESTIVE CVRATI SVNT, suppressis omnibus haemorrhoidibus, nec vna relicta, nec purgato corpore, nec secta vena, nec instituta diaeta melancholico humori contraria, per *Aph. 21. Lib. VI.*

FREQVENTIBVS EIVSMODI MALIS PAVLO POST CORREPTI FVERVNT; eaque sunt funesta plane infirmitate partium, symptomatum vehementia, et humoris pepasmi expertis maligna vi:

ET QVICVNQVE FIVNT ABSCESSVS, VT FISTVLAE, id est, vlcera fistulam tubicinum referentia, hoc est caua, angusta, et dura,

ALIARVM AFFECTIONVM SVNT REMEDIA. ET QVAM VIM HABENT, CVM SVPERVENERINT, EAS AFFECTIONES SISTEN-

STENDI; ſcilicet aut haemorrhoides aut puſtulae,

EASDEM AFFECTIONES CVM PRAECESSERINT, COHIBENT, id eſt, ſunt impedimenta generationis eorum. Haemorrhoides, venarum ſunt in ſede explicationes dilatationesue a ſanguinis fluxu ſic appellatae: Harum aliae ſunt caecae, quae intumeſcunt et parum ſanguinis, aut nihil emittunt; aliae apertae, quae certis quibusdam temporibus panduntur et ſanguinem excernunt, quae ſane non minus vtiles ſunt aliquando, quam ſanguis menſtruus mulieribus, vnde Hippocrates *Aph. 11. Lib. VI. Melancholia et nephritide laborantibus, haemorrhoides ſuperuenientes, bonum.* Solent enim humorem melancholicum euacuare, ex quo tales morbi generantur. Tum *Aph. 12. a diuturnis ſanato haemorrhoidibus, ſi vna non ſeruetur, periculum eſt aegro hydropem vel tabem aduenire*, humore ſcilicet melancholico ad hepar vel pulmonem remeante, qui illic viſceris natiuum calorem grauabit; hic vero rupto vaſe, prae copia diſtendente, tabem accerſet.

IIII.

Οἱ ὑπόπτοι τόποι ὑποδεξάμενοι πόνῳ, ἢ βάρει, ἢ ἄλλῳ τινὶ, ῥύονται· ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι διὰ τὴν ῥοπήν.

Suſpecti loci excepturi labore, aut dolore, aut grauitate, aut quapiam alia re liberant; nam aliis partibus communicatio affectum parit inclinatione et appulſu.

SVSPECTI LOCI, hoc eſt, dicati et comparati ſunt loci, in quibus expectatur abſceſſus.

EXCEPTVRI ſcilicet materiam, quae vel excluſione, vel orgaſmo, vel attractione fertur.

LABORE, AVT DOLORE, qui aut praeceſſit, aut coniunctus eſt cum morbo, aut qui conſequitur.

AVT GRAVITATE, hoc eſt, ſi materia ſit κατάῤῥοπος et deorſum viam affectet,

AVT RE QVAPIAM ALIA, vt frictione, dropace, vinculis, dolorificis, pyroticis et aliis.

LIBERANT, hoc eſt, ac tum materiae et morbi ſeceſſio fit.

NAM ALIIS PARTIBVS COMMVNICATIO AFFECTVM PARIT, ſecundum aut praeter naturam, generis ſimilitudine, operis ſocietate, vaſorum communione, vt vterus, mammae, teſtes, mutuo ſe afficiunt, vt cum manus conſentit pectori in affectibus thoracis, ratione neruorum ad manum attinentium, quod apparuit in aſthmatica muliere, quae manu dolebat; cum vehementius agitaretur thorax, aſthmate prehendebatur. *Comm. ad part. 4. Sect. 4. Lib. VI. Epid.*

INCLINATIONE ET APPVLSV, ac tum materiae morbique ſeceſſio fit.

V.

Οὐ ἔτι αἷμα ἔρχεται, ἀλλὰ κατὰ τὸ χυμοῦ τὴν συγγενείην, τοιαῦτα πτύουσιν. ἔστιν οἷσιν αἷμα ἀφίεσθαι ἐν καιρῷ, ἐπὶ τοῖσι τοιούτοισιν. ἐπ' ἄλλοισι δὲ, ὥσπερ ἐπὶ τούτοισιν, τοῦτο μὴ εἰκὸς κώλυσις.

Am-

Amplius si sanguis non fertur, sed secundum humoris affinitatem, eiusmodi expectorant: Atque existunt, quibus opportune sanguis detrahi possit, in eiusmodi affectionibus. Sed contra existunt alii, quibus, vt et his, consentaneum non est, educere sanguinem.

AMPLIVS SI SANGVIS NON FERTVR, hoc est, si sanguis in ventrem confluat; corruptione, suppurato, concretione naturam immutat.

SED SECVNDVM HVMORIS AFFINITATEM, HVIVSMODI EXPECTORANT, vt concreta et nigra e thorace, spumantia e pulmone aut flaua, vt bilis vel pituita occurrit.

ATQVE EXISTVNT, QVIBVS OPPORTVNE SANGVIS DETRAHI POSSIT, vt in expectorato pulmonis.

IN EIVSMODI AFFECTIONIBVS, ad euacuationem et reuulsionem.

SED CONTRA EXISTVNT ALII, QVIBVS, VT ET HIS, CONSENTANEVM NON EST, EDVCERE SANGVINEM.

VI.

Ἐπὶ τοῖσι δὲ δὴ αἱματώδεα πτύσσιν, ὦρη, πλευρίτις, χολή.

Haec vero missionem prohibent in iis, qui sanguinem expuunt, anni tempus, pleuritis, bilis.

HAEC MISSIONEM PROHIBENT IN IIS, QVI SANGVINEM EXPVVNT, ANNI TEMPVS, vt aeſtas calidiſſima et ficciſſima.

PLEVRITIS, quod eius curatio in laterum virtute conſiſtat; cum ſanguis expectoratur ex facili, et difficultate ſpirandi leuantur; tum ſanguis mitti non debet.

BILIS, quod ſanguis ſit fraenum bilis.

VII.

Τὰ παρὰ τὸ οὖς, ὅσοισιν ἂν ἀμφὶ κρίσιν γινόμενα, ἢν μὴ ἐκπυήσῃ, τούτου ἀπαλλαασομένου ὑποσροφὴ γίνεται, καὶ κατὰ λόγον τῶν ὑποσροφέων τῆς ὑποσροφῆς κρινόμενα, αὖθις ἄιρεται καὶ παραμένει, ὥσπερ αἱ τῶν πυρετῶν ὑποσροφαὶ, ἐν ὁμοίῃ περιοδῳ.

Quae ad aures oboriuntur, quibuscunque ſub criſim oborta, niſi ſuppurauerint, cum euanuerint, recidiuus accedit morbus: ac pro eo, vt ſolent fieri recidiuae, cum hic inciderit, rurſum attolluntur parotides, et manent ſimili eademque periodo, qua febrium ipſarum recidiuae.

QVAE

QVAE AD AVRES OBORIVNTVR, et parotides dicuntur tumores contra naturam, qui aurium, vbi excitantur, nomen ſibi adoptant.

QVIBVSCVNQVE SVB CRISIM, febris ſcilicet, in quam incidunt, quae tamen criſis in incerto eſt.

NISI SVPPVRAVERINT, OBORTA, quo ſuppurato fere curantur, praeſertim rubrae, febriumque ſoboles *Lib. VI. Epid. Sect. 4.*

CVM EVANVERINT ἀσήμως καὶ ἀκρίτως, hoc eſt, ſine ſignis et cauſis leuationis, humoris παλινδρομῇ.

RECIDIVVS ACCEDIT MORBVS, hoc eſt, febris ipſa velut poſtliminio reuertitur, ex humoris febrilis in priſtinum locum palindrome ſeu recurſu, ſi nulla neque dyſenteriae, neque diarrhoeae, neque perirrhoeae craſſioris et albae vrinae excuſatio adferri poſſit.

AC PRO EO, VT SOLENT FIERI RECIDIVAE, hoc eſt, quaternariis proximis intra vigeſimum, ſeptenariis intra quadrageſimum, vicenariis intra centeſimum, vt eſt humoris ſuperſtitis paucitas aut nimietas, cum vniuerſali motu coniuncta.

CVM HIC INCIDERIT, RVRSVM ATTOLLVNTVR PAROTIDES, translata eo vi febris materia.

ET MANENT SIMILI EADEMQVE PERIODO, QVA FEBRIVM IPSARVM RECIDIVAE.

VIII.

Ἐπὶ τούτοισιν ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίσαθαι· ἔρον παχὺ, λευκὸν, οἷον τὸ τῦ

Ἀρτιγενέος, ἐπὶ τοῖσι κοπιώδεσι τεταρταίοισιν ἔσιν ὅτε ἔρχεται, καὶ ῥύεται τῆς ἀποστάσιος· ἢν δὲ πρὸς τούτῳ καὶ αἱμορραγήσῃ ἀπὸ ῥινῶν ἱκανῶς, καὶ πάνυ.

Quibus ſpes eſt abſceſſum fore in articulis; ſi vrina feratur cruda et alba, craſſa, qualis Artigeni familiaris erat, ſic in laborioſis febribus, quartum morbi diem agentibus, nonnunquam fertur, et vindicat ab abſceſſu; quod ſi ad illud vrinae profluuium acceſſerit e naribus fluor ſanguinis largior, praeclare illud faciet.

QVIBVS SPES EST ABSCESSVM FORE IN ARTICVLIS, vt in diuturnitate febris, quae in pepaſmi difficultate a meatuum pendet anguſtia, materiae copia, naturae imbecillitate.

SI VRINA FERATVR CRVDA ET ALBA CRASSA, QVALIS ERAT ARTIGENI, cuiusdam domeſtici,

FAMILIARIS, SIC IN LABORIOSIS FEBRIBVS, hoc eſt, cum partium dolore coniunctis.

QVARTVM MORBI DIEM AGENTIBVS, hoc eſt quarta die,

NON-

NONNVMQVAM FERTVR, ET VINDICAT AB ABSCESSV, deriuatione illius materiae abſceſſum pariturae;

QVOD SI VLTRA ILLVD, ſcilicet vrinae profluuium,

ACCESSERIT E NARIBVS FLVOR SANGVINIS LARGIOR, PRAECLARE ILLVD FACIET, ſcilicet ad declinandum abſceſſum. Omnium tumorum praeter naturam tres ſunt criſes, nempe diaphoreſis, ſuppuratum, corruptio.

IX.

Καὶ ᾧ τὸ ἔντερον ἐπὶ δεξιὰ ἀρθρητικῷ πάθει ἐγένετο, ἦν ἡσυχαίτερος· ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἰητρεύθη, ἐπιπονώτερος.

Et cui inteſtinum dextra infeſtabatur, ſuperueniente arthritide, erat quietior; cum vero hoc curationem recepit, laborioſior.

ET CVI INTESTINVM DEXTRA INFESTABATVR, colicis affectibus diſtento colo, quod a rene dextro ad Iecoris cauum, hinc ventriculi fundo annexum, lieni accumbens, reni ſiniſtro alligatur, a quo in poſteriora reflexum duos conſtituit gyros inſtar S. Romani, tandemque in rectum deſinit inteſtinum.

SVPERVENIENTE ARTHRITIDE ERAT QVIETIOR, mitiora enim redduntur aluina ſymptomata, obortis articulorum doloribus, vt Iſchiade.

CVM VERO HOC CVRATIONEM RECEPIT, LABORIOSIOR, hoc eſt, curato et ſublato eo dolore arthritico, grauius et moleſtius afficiebatur ab aluinis ſymptomatis, quod duobus doloribus non eundem locum occupantibus, maior obſcuret minorem; et raro accidat, vt duae partes ſint tam ſibi diſſimiles, et aequaliter afficiantur.

FINIS.

HIPPOCRATIS COI

LIBELLVS

DE HVMORIBVS

RECENSVIT, EMENDAVIT, PARAPHRASIN ET NOTAS ADIECIT

IVSTVS GODOFR. GÜNZ.

I. Τὸ χρῶμα τῶν χυμῶν, ὅκε μὴ ἄμπωτίς ἐσι τῶν χυμῶν, ὥσπερ ἀνθέων.

Ἀντέα

1) *Corporis coloratione.*) Omnis corporis color vel ſtabilis vel inſtabilis eſt. Stabilis eſt primo niger Aethiopum, albus Europaeorum, deinde pallidus phlegmaticorum, rubicundus ſanguineorum, et ſic de aliis. Inſtabilis eſt, qui parum durat, ac vel a morbo, vel ab animi affectu, aliisque rebus non naturalibus proficiſcitur; maxime tamen inſtabilis, qui a cauſſa poſteriore. Stabilis plures cauſſae ſunt. Cuticula et reticulum ſubiectum Malpighii multum huc confert, in primis ad eum, qui ſub vario coelo viuentibus proprius eſt, plurimum tamen reticulum. Nam aliquoties in Europaeis, qui cutem fuſcam habebant, cuticula poſt mortem per macerationem ſeparata, et hanc et cutem ipſam fere candidam, reticulum, quod vtrique adhaeret, flauum et ſubfuſcum, idque praecipue in parte capitis capillata vidi, cum in reliquis partibus flauum tantum colorem haberet, vide Cl. Albinum diſſ. ſec. de ſede et cauſſa coloris Aethiopum Leid. 1737. Mirum tamen cuticulam calloſam hunc colorem parum mutare. Hic de eo colore ſermo eſt, qui ab humoribus prouenit, ſiue natura ſiue morbo in corpore exſuperantibus. Hinc gratus et rubicundus color in iis, in quibus globuli rubri ſanguinis et abundant, et continuo rotantur, pallidus et luridus in iis, qui ob ignauiam, parum rubri ſanguinis conficiunt, et quibus contra vaſa ſeroſo humore turgent. Tamen et hic ratio habenda vaſorum amplitudinis, tenuitatis, numeri, quod patet ex genarum rubore, vbi, ſi cuticula

poſt

PARAPHRASIS.

Quum mihi animus ſit de humoribus dicere, quatenus eorum cognitio ad cognoſcendos curandosque morbos neceſſaria eſt, primum illos, qui abundant in corpore atque exſuperant, ſcire oportet, [1] corporis coloratione de ſe ſignificationem facere, et quaſi in cute efflorescere, niſi, vt maritimi aeſtus, mox [2] ad interiora rurſus recedant, adeoque inſtabiles ſint atque fugaces. I.

Hos

---

poſt repleta vaſa, caute abraditur, rete vaſorum in conſpectum prodit anguſtius, et vaſis amplioribus factum eo, quod in aliis locis occurrit. Imo et cuticulae pelluciditas et craſſities, quae, ſine callo, quam maxime variat, eiusque ac reticuli innatus, ſiue viuendi genere acquiſitus color, eum permultum variant. Bilis autem, quae in ictericis cutem tingit, quaeritur, vtrum colorem ſuum tantum per vaſa manifeſtet, an et reticulum ipſum cum cuticula ea imbuatur? Saltem hoc non improbabile ex Santorini Obſ. C. I. §. 2. conf. de humoribus ita exſuperantibus Herc. Bonacoſſi Lib. de humorum exſuperantium ſignis. Bonon. 1553. 4. Schaper diſſ. de coloribus. Miſc. N. C. Dec. I. A. 9. 10. Obſ. 3. p. 272. Dec. II. A. 4. App. p. 196. et A. 7. Obſ. 81. p. 145.

2) *Ad interiora recedant*) Huius inſtabilis colorationis cauſſam proxime quidem in aucto vel impedito humorum per vaſa ad cutem motu eſſe, extra omnem dubitationem poſitum eſt. Probant enim ars, vaſa corporis minima materia quadam liquida et calida replendi, inflammationes, vaſa cutis tumentia, ſi haec rubore ſuffunditur, et contra, aliaque multa. Nulla autem vi ſanguis frequentius, celeriusque ſiue ad cutem propellitur, ſiue ad interiora reuocatur, quam variis, etſi aliquando leuiſſimis, animi commotionibus. Quae cum veriſimiliter neruorum beneficio in corpus humanum agant, non parum expedit, ex Anatome cognouiſſe,

ner-

II. Ἀ'κτέα, ἢ ῥέπει, διὰ τῶν συμφερόντων χωρίων, πλὴν ὧν οἱ πεπασμοὶ ἐκ τῶν χρόνων.

Οἱ

---

neruos vbique, etiam per ossa, arterias venasque sic comitari, vt mutuo amplexu impliciti se ipsis varie circumuoluant. Inde plexus coeliaci, mesentericorum, renalium, hepatici, aliorumque nomina satis nota. Idem quoque in cute obtinet, magna ex parte, nerueis fibrillis contexta, per quarum interstitia, tamquam per retis areas, arteriae transeunt. Videtur autem praecipue in cute faciei manifestum esse, per quam tum portionis durae nerui, tum alii magno numero a plexu peculiari, quem intercostalis neruus, et vagus, aliique vicini nerui componunt, prouenientes, arcte cum arteriis iuncti diffunduntur. Quare si a cutis teneritate recedimus, potissimum ex hac caussa videtur deduci posse, cur se vis animi commotionum primum in facie manifestet, etsi modus, quo nerui in vasa agunt, minus cognitus est. vid.tamen Vallisnieri Opp. Tom. I. p. 394. et nos inferius not. 91. Sed hoc ipso negare nolo, auriculae cordis dextrae constrictione, rubore suffundi homines posse, quod docte demonstrat Ill. Waltherus de Erubesc. Imo videor mihi in vena caua superiore aliqua inuenisse, quae magnam vim videntur ad hanc rem habere. Est enim, si cum iugularibus, subclauiisque conferas, satis angusta. Deinde carneas fibras fortiores habet, quam inferior, praecipue, quae in circulum eunt. Quare cum naturalis angustia perpetuo tardiorem sanguinis ad cor descensum faciat, si aliquis stimulus accedat, adeo arctari haec vena debet, vt sanguis cogatur vasa in facie praeter modum distendere.

3) *Coqui ac praeparari debeant.*) Veterum Medicorum plerique cibos in corpore humano coqui dicebant, siue, quod credebant, vt fere negari nequit, mutationem, quam cibi in corpore patiuntur, veram coctionem esse, siue, quod sal-

Hos igitur ſuperfluos degeneresque protinus futuros humores, qua nunc quidem viam affectant, oportet ducere, modo haec cuiusuis naturae conuenientia loca, neque magnopere ad ſanitatem ac vitam facientia ſint. Attamen eorum, qui naturae beneficio, certo temporis ſpatio, [3] coqui ac praeparari debent, antequam expellantur, alia ratio eſt. Nam expectari oportet, donec maturi ſint. II.

Tum

ſaltem aliquam ſimilitudinem intercedere opinabantur. Ex hac phyſiologica coctione alia pathologica orta eſt. In morbis enim, cum ſeptimo, nono, ſimiliue alio die ſecedere aliquid per varias vias viderent de corpore, cum ſalute aegri, idque deprehenderent diuerſum ab eo eſſe, quod in ſimilibus morbis aliis diebus viderant, maxime ab initio morbi, ſine aegri leuamine, reddi, illud coctum appellabant, hoc crudum, putabantque, vt in ſano homine cibus in corpore coquatur, quo nutriendi virtutem acquireret, ſic in aegro crudum humorem, qui morbum fecerit, coqui, eoque omnem ſibi ita aſſimilari, vt ſeparari ab vtilibus ſuccis et excerni queat. Vtramque coctionem a natura perfici, quae quid ſit, a veteribus parum clare expoſitum fuit. Recentiores, cum vocabulum retinuerint, ſed neceſſarium eſſe exiſtimauerint, quid per naturam intelligant, exponere, coepit haec res controuerſiam recipere. Nam quod alii naturam ab eo, quod mechaniſmum dicebant corporis, non diuerſam eſſe dicebant, alii, quod natura ipſis cum prudentia aliqua agere videbatur, maluerunt pro anima habere, quae ipſa morbos inſtituat, ad corpus ſanum praeſtandum. Sed hos quidem ſatis puto a doctiſſimis viris confutatos eſſe, neque illis exiſtimo accedi poſſe, niſi velint ad Mechaniſmum eam quoque corporis diſpoſitionem referre, per quam is a variis internis cauſſis excitari poteſt, ac vires ſuas intendere. Quis enim hanc facultatem ſoli corpori tribuerit? Habet enim corpus, ſed viuum, quare optime videtur natura nexus cauſſarum dici, quibus vita perficitur. Pleraque tamen, quae in morbis fiunt, et cum his ipſam coctionem per motum fieri, qui in mutua humorum vaſorumque actione mechanica conſiſtit, non nego, modo praecedat aliquid,

III. Οἱ πεπασμοὶ ἔξω, εἰ εἴσω ῥέπεσιν, ἢ ἄλλῃ, ὅπῃ δεῖ.

IIII. Εὐλαβείη· ἀπειρίη, δυσπειρίη· μαδαρότης, σπλάγχνων κενότης, τοῖσι κάτω πλήρωσις, τοῖσιν ἄνω τροφὴ· ἀναῤῥοπίη, καταῤῥοπίη· τὰ αὐτόματα ἄνω καὶ κάτω, ἃ ὠφελέει καὶ βλάπτει· συγγενὲς εἶδος, χώρη, ἔθος, ἡλικίη, ὥρη, κατάσασις νέσε, ὑπερβολὴ, ἔλλειψις, ὅισιν ὁκόσον λείπεται, ἢ ἔ.

Α᾽κη,

---

quid, quod hunc motum excitet. Quoties enim periculosi morbi superantur, languentibus viribus per vesicatoria excitatis? Alias coctio turbari non debet. conf. de expectanda coctione Bern. Paterni Liber de humorum purgatione in morborum initiis tentanda. Spirae 1581. 8. De ipsa coctione vt permulta volumina habeantur, nescio, an vllum commendari possit.

4) *ad ea secretionum loca*) Vt natura, de qua antea diximus, ad sanitatem tuendam, id, quod post sollennes excretiones in corpore superfluum est, et retentum noceret, per vices, siue circuitus saltem, per ea loca excernit, per quae vel continuo, vel statis temporibus alimenti recrementa eliduntur, adeo, vt feminae per menstrua, sed omnes homines, pro varia tamen aetate, per sanguinis profluuium vel ex naribus, vel ex venis, quae circa anum sunt, per sudores, per

alui

Tum autem ipſi vel [4] ad ea ſecretionum loca tendunt, quae in corporis ſuperficie, vel ad ea, quae intus in viſceribus ſunt, vel etiam eo feruntur, quo ipſos oportet. Id autem fieri ſolet, quum vel locus, ad quem ſponte ferebantur, eos reſpuit, vel minus capax eorum, reliquias ad alium tendere cogit, vel quum aliud quid incidit, ob quod humores oportet ſtationem mutare. III.

Vt vero in omni medicina facienda, ſic quam maxime in humoribus ducendis, [5] cautione ſumma opus eſt. Saepius enim vel nullam temperamenti, aliarumque naturalium aegri affectionum, notitiam habemus, adeoque omni experientia deſtituimur, indicationeque, vel ſunt omnia tantis difficultatibus obſepta, vt maxime dubia, incertaque iudicatio ſit, et vix quicquam, ſaltem, quod ex eo genere ſit, experiri liceat, quod ad iudicandum, ac de medendi ratione decernendum, ſufficiat. Noſcenda autem ſunt ea, quae vel omnino purgare prohibent, vel nos minus liberos eſſe ſinunt, in modo locoque purgationis eli- IIII.

---

alui, aut copioſiorem vrinae fluxum, aliasque vias purgentur, ita, ſi morbus incidit, etiam per has vias, quarum aliae extus, aliae intus patent, natura expellere ſtudet, quod tempore mitificatum fuit. Tamen interdum euenit, ſi exhauſtae naturae vires ſunt, et debiliores, quam quibus dirigi materia excernenda poſſit, vt effreno ſanguinis impetu, abrepta, ad eiusmodi partes proruat, quibus laudabiles atque ad vitam vtiles ſucci ſeparantur. Quibus ita obſeſſis et intercluſis, maxime ſi omnis materia irruit, vis vitae non raro opprimitur, atque a morbo ſuperatur. Idque eſt, quod Hippocrates dicit, coctos humores eo tendere, ὅπῃ δεῖ, quo oportet, non quo facultate vitali, ſi integra eſſet, pellerentur. De his naturae conaminibus, et quomodo alia aliis praeſtent, Conferſis ipſum Hippocratem. Epidem. Lib. II. Sect. I. p. 1002. et 1004.

5) *Cautione ſumma.*) Foeſius ad hunc locum monet:

eligendo. Ex illis ſunt [6] glabrities, ſeu pilorum defluuium, quod tabidis proprium malum eſt, et

---

plura, quae eum praecedebant, excidiſſe, idque ex Galeni Commentariis apparere. Sed primum ſciendum eſt, Commentarios Galeni perditos fuiſſe, et qui hodie ſuperſunt, latinam eorum conuerſionem dici; quare plerique Auctores, ne ipſo quidem Foeſio excepto, parum ipſis tribuunt. Deinde varia leguntur in iis Commentariis, quae cum Galeno indigna, tum aliena ab eiusdem ſententia ſunt. Quod ſi vero et Galenum Auctorem haberent, tamen id non plane euinceret, quae ibi leguntur, ab Hippocrate profecta eſſe. Nam ipſe Galenus de Hippocratis codicibus ita corruptis et interpolatis conqueritur, vt, quae ipſi tribuere deberet, quae non, aliquoties dubius haereret. Vtque et hoc Foeſio demus, quae ante hunc locum adſcripta fuerint, vere Hippocratica fuiſſe, tamen nihil adeo eſſe, exiſtimo, quod nos credere cogat, ea hoc loco, ab ipſo Hippocrate poſita fuiſſe. Nonne enim plures ſententiae iisdem verbis, vel in quatuor Hippocratis libris, leguntur? Quidque adeo obſtat, quo minus fieri potuerit, vt aliquis ea, quae alio in libro legerit, ad doctrinam de humorum purgatione ſpectantia, hic in margine adſcripſerit, ex quo facile potuerint in textum recipi. Saltem omnia planiſſima eſſe puto, etſi nihil praecedere ponatur, et videntur mihi omnia ita facile expediri poſſe: Hippocratis praeceptum eſt de humoribus, qui abundant, per commoda loca educendis. Hoc vero monet non ſine ſumma cautione exſequendum eſſe. Nam multa eſſe, quae hoc praeceptum permittant, vel plane non, vel non ſine periculo ſequi. Vbi vero liceat ſequi, debere non vno modo fieri, ſed adhibendum eſſe ἔκκλισιν, παροχέτευσιν etc. Haec in vniuerſum obſeruanda eſſe. Alia vero via incedere medentes oportere, ſi humores ſiue ſponte, ſiue per artem ex corpore effluant per eas vias, quas propoſuit §. 6. 7. 8. 9. 10. etc. Has ſingulas varias, diuerſasque animaduerſiones deſiderare.

6) *Glabrities.*) Ex praeſtantiſſimis vnus Hippocratis Commentator Proſper Martianus haec de cutis denſitate exponit, in qua minus liceat ſudorem pellentes medicinas adhibere. Praeterquam vero, quod haec minus cohaerere cum antecedentibus videntur ſic, vti ipſe Martianus vult, vete-

et viſcus vlcere obſeſſum, corruptionemque ſuccorum ſummam denotat, et [7] vacuitas viſcerum,

---

veterum aeque ac recentiorum Medicorum obſeruationes raritatem potius cutis, quam denſitatem, pilorum defluuio, ſignificari probant. Ac ſi maceratione praecipue cuticula a cute caute ſeparatur, pili cuticulam ſequuntur; Qui vbi a latere cuticulae interno ſpectantur, videntur, inprimis longius, ex tunica adipoſa prouenientes, peculiari vaginae infundibiliformi, a cuticula reflexae, incluſi eſſe, quae et ipſis firmiter adhaeret. Haec primum fortaſſis dicta Ruyſchio Theſ. V. no. 2. productio epidermidis, et Theſ. VIII no 97. theca pilorum. An non hae vaginae eaedem, atque illae, quas pinxit in ſcroto? Epiſt. Probl. I. Fig. 1. A. B. Tales vaginas obſeruaui quoque ſine pilis contentis, in libero extremo vtplurimum replicatas. Si hae vaginae laxantur, aut noxio humore aeque ac bulbus pili, deſtruuntur, hi defluunt. Solent tamen in ſenibus defluere, etiam ob defectum humorum, et in aliis procul dubio ob quamcunque cauſſam, quae nimis ſiccam cutem ac denſam efficere poteſt. Atque illum Aphor. 69. Lib. V. quem Martianus allegat, non tam de pilorum defluuio exponendum eſſe exiſtimo, quam potius de tenuitate eorum, quae cutis denſitatem indicat. Sed quod pulmones depaſcentia vlcera attinet, quae hic ſignificari glabritie videntur, non modo in his perniciosum eſt, purgantem medicinam dare, quod ea plerumque ſputum ſanioſae materiae ſupprimitur, quae in pulmonibus retenta, hominem breui ſuffocat, diu porro ſuperſtitem futurum, ſi pulmo nocentis humoris ſputo continuo fuiſſet repurgatus. Neque vero aliter exiſtimo de latente in pulmone vlcere, quod plerumque ſolent vomicam medentes appellare, debere iudicari. Nam hoc ſane vomitione facillime aperiri poteſt, hominemque repente ſuffocare. Aliaque quacunque purgatione humores concitati ad afflictam ita partem magno impetu ferri, inflammationemque ſolent excitare. Fatendum tamen eſt, plura humorum vitia pilorum defluuium efficere, quae ſi non omnem purgationem, tamen vel vomitionem, vel deiectionem aliamue neutiquam admittunt.

7) *Vacuitas viſcerum.*) Etſi haec plures Interpretes ſaltem ad ventriculum et inteſtina pertinere exiſtimant, de qui-

a laudabilis nutritii ſucci defectu proficiſcens, quae omni purgatione interdicunt. Contra [8] in viſcerum plenitudine, purgationi locus eſt. Quare, vt de vomitione, deiectioneque iudicari poſſit, videndum eſt, an plenus eorum habitus ſit, quae in abdomine viſcera ſunt, an per ſuperiora alimentum feratur, eaque nutriat. Hinc ad id attendendum eſt, quod [9] ad inclinationem humorum attinet, ſiue naturae, ſiue morbi ſit, vtrum

---

quibus ſigillatim valet Aphor. 35. Lib. II. potiore tamen iure, ea ad vniuerſum corpus referenda eſſe videntur. Hoc enim cum primum ſuccus nutricius deficere incipit, quod ſane viginti quatuor horarum ſpatio fit, maxime labore accedente, ad putredinem inclinat, et deſtrui ac ſolui incipit; quod vel ſola vrina teſtatur, ſaturatior, acrior, ſalinis, oleoſis, terreis particulis ditior facta. Quare hoc tempore ab omni purgatione abſtinere oportet. Nam cum propter concitatiorem internum humorum motum, qui ab omni validiori purgatione prouenit, tum propter tenuis humoris, qui ſupereſt, euacuationem, maior vlteriorque totius corporis deſtructio metuenda eſt. Neque tamen id debere de leniore quocunque medicamento accipi, ſed de draſticis, quae vocant, et quae validius corpus commouent, facile aliquis exiſtimabit. Ad haec autem plane etiam pertinet perbreuis ille, ſed ampliſſimi vſus Aphoriſmus 16. Lib. II. ὅκα λιμὸς, ἃ δεῖ πονέειν, de quo videantur Interpretes.

8) *In viſcerum plenitudine.*) Vt pleraque Hippocratis praecepta generaliora ſunt, ſic et haec non ſolum eam viſcerum plenitudinem ſignificant, quae a cibo, breui tempore ante purgationem ſumto, prouenit; verum etiam illam, quae a ſaluberrima omnium partium conſtitutione, et aequali ac libera nutricii humoris diſtributione, proficiſcitur, quaeque indicio eſt, nullum alicui parti vitium ſubeſſe. Alia plenitudo eſt, quae parum a morbo differt, ſed quae tamen in habitu corporis externo potius, quam in viſceribus eſt, arte ſoluenda ex Celſi monito Lib. II. c. 2.

9) *Ad inclinationem humorum.*) Omnem humoris in corpore exſuperantis excluſionem praecedere debet eius a reli-

vtrum ſurſum, an deorſum tendant. Sed inprimis eorum habere rationem decet, [10] quae ſponte exitum moliuntur, ſiue per aluum ferantur, et cum faecibus prodeant, ſiue vomitione ex ore reiiciantur, aliasue vias ſequantur. Porro, vt in omni alia medicatione, ſcire vtile eſt, quae aegro aut commoda ſint, atque vtilitatem praeſtent, aut contra noceant. Namque hae animaduerſiones medentibus magno adiumento

---

reliquis ſeparatio. Excluditur autem humor ſiue integer fere, mox a morbi initio, aut ſine morbo, vel hoc praegreſſo, adeoque coctus vi vitae, atque mutatus. Ille inclinationem ad organum habet, in quo alias ſecernitur; quare ſeroſus humor ſudore expellitur, bilis ex hepate in inteſtina fluit, alii per alia loca, et qui ſecundum naturam non excernuntur, vt ſanguis, inclinationem habent ad ea loca, vbi via liberrima. Mutatur tamen haec inclinatio a variis, vt a ſexu, ab aetate, ab anni tempore, et tempeſtate, a rebus praegreſſis. Humor autem coctus et mutatus vix in ſe cauſſam inclinationis habet, quae propter ea maxime inconſtans eſt, et a ſingulari corporum natura quam maxime pendet. Talis humor heterogeneus nunquam ad vnum locum inclinat, inclinat tamen id, quod in eiusmodi humore principatum habet, atque ad huius inclinationem Medicum attendere oportet, eamque etiam praeſcire debet, niſi naturam morbi ignorat.

10) *Quae ſponte exitum moliuntur.*) Haec omnia minus ita ab Hippocrate propoſita eſſe videntur, vt inter ſe cohaerere debeant, ſed ſingula ſeorſim conſideranda, vbi purgatio humorum inſtituenda eſt. Igitur ne quidem inter haec et proxime ſequentia verba: ἃ ὠφελέα καὶ βλάπτα, aliquis nexus eſt, nedum illa ad reliqua omnia pertineant, quae ſequuntur. Tamen ea omnia, quae leguntur a verbo: μαδαρότης: vsque ad verba ὁκόσον λάπετας, ἢ ἀ, ad illa ἀπεψίη, δυσπεψίη ſpectant, ac referenda ſunt. Quare etiam diuiſio a Dureto facta mihi non probatur, verum ſi paragraphus quintus incipit a verbo ἀπεψίη; ſextus debet ab illo ἄπνη incipere.

ſunt. Quaecunque vero agenda ſuſcipiuntur, ea pariter congruere cum [11] congenita aegri forma, ſeu naturali partium cuiusque corporis et ſolidarum et fluidarum temperatura debent, neque [12] a coelo, ſub quo degit, aliena eſſe. Quo deinde etiam mores cum inſiti, tum inſtituti pertinent, atque aetas, et anni tempeſtas, pro quorum omnium varietate, humores in corporibus variant, indicationesque diuerſae fiunt. Sed vbi iam ipſe morbus, maxime acutus, aegrum tenet, tum ſane propria morbi natura et ratio ſpectari debet, [13] numque is adhuc vigeat, et aegri

11) *Congenita aegri forma.*) Haec inprimis ſpectanda eſt in viſceribus. Horum vaſa, a quibus ſecretio pendet, admodum variae ſiue laxitatis ſiue ſtricturae ſunt, quam proinde etiam humorum diuerſae conditiones ſequuntur. Hinc in aliis copioſior vrinae ſecretio, in aliis materiae tranſpirabilis, et ſic de reliquis. Per has vias igitur natura ſolet, etiam ſine morbo, quod alias nociturum eſſet, expellere, et multi a leui malo, vel prima nocte leuantur, vbi vel ſudor ſponte promanauit, vel vrina turbida magna copia effluxit. Earumque viarum ratio habenda eſt tum, cum grauior morbus incidit, qui purgationem deſiderat. Hanc enim facile feret aeger, ſi per vias inſtituatur, quibus natura adſueta eſt, ob congenitam formam. Variat tamen et hoc pro morbi et humoris, aliarumque rerum indole.

12) *A coelo, ſub quo degit.*) Hinc validiſſimas purgationes ex ialappa, ſcammonio, ſimilibusque facilius ferunt, qui paludoſa, quam qui edita, et libero aeri expoſita loca inhabitant. Illi enim et minus tranſpirant, et ad ſpongiae modum, plus abſorbent. Et tirones artis monendi ſunt, vt caueant ſibi a formulis, quae in eorum Medicorum libris inueniuntur, qui in eiusmodi regionibus medicinam faciunt. Tantum enim emeticarum, purgantiumque medicinarum modum, neque male, praeſcribunt, quantum in his regionibus perpauci ferre poſſent.

13) *Numque is adhuc vigeat.*) Plurimi ex Interpretibus haec ita ſilentio praetereunt, vt, quo ipſa retulerint, plane non

aegri vires exſuperet, an potius deficiat, atque in declinatione ſit. Cuius rei tam accurata debet conſideratio eſſe, vt ſimul intelligatur, [14] quantum morbus, de vehementia ſua, remiſerit, et in cuius temperamenti homine id euenerit. Nam pro his morbi conditionibus, et prout is parum, vel multum defecit, ratio medendi inſtituitur, et aegro citius, tardiusue ſuccurritur, eiusque viribus medicina accommodatur.

non intelligatur. Vnus Duretus quantitatem humoris, vi naturae excreti, ipſis ſignificari exiſtimat. Sed ego quidem ad ipſum morbum malui referre, cum quod hic minus de iis humorum excretionibus ſermo eſt, quae naturae beneficio contingunt, quam de iis praeceptis agitur, quae medicum obſeruare decet, vbi abundantes humores purgandi ſunt, tum quod verba: κατάστασις νόσε praecedunt, quae naturam morbi, eiusque conſtitutionem ſignificant. Eſt autem in humorum purgatione vnum ex vtiliſſimis et maxime neceſſariis praeceptis, ad ipſam morbi conditionem animum attendere, quod pluribus porro locis ipſe Hippocrates in hoc libro confirmat. Sed dum haec ſcribo, ecce in Celſi locum incido, quo videtur hunc ipſum Hippocratis locum exprimere voluiſſe. Celſus ait L. II. C. 10. Neque ſolum haec conſideranda ſunt, ſed etiam morbi genus, quod ſit: vtrum ſuperans, an deficiens materies laeſerit.

14) *Quantum morbus.*) Alii haec verba a prioribus ſeparant, maluntque ad ſequentia referre, quod, ſiquidem primum Hippocratis praeceptum vniuerſale ſit, purganda eſſe, quae redundent, nunc alterum ſequatur ſpecialius, varie humores a parte in partem mouendos et purgandos eſſe, ſi quid incidat, quod eos data via educere impediat. Sed quoniam antecedentia omnia in eum finem propoſita fuerunt, vt ſecundum ea, medentes diiudicare valerent, an tuto humores euocari poſſint, an minus. Nulla cauſſa eſt, quam ob rem illa verba, ab antecedentibus auulſa, ad ſequentia referamus.

V. Ἄκη, ἔκκλισις, παροχέτευσις ἐς κεφαλήν, ἐς τὰ πλάγια, ἢ μάλισα ῥέπει· ἢ ἀντίσπασις, ἐπὶ τοῖσιν ἄνω, κάτω, ἄνω, ἐπὶ τοῖσιν κάτω· ἢ ξηρῆναι, ἢ οἷσι τὰ κάτω, ἢ οἷσι τὰ ἄνω· ἢ ἐκπλύνεται, ἢ οἷσι παραγορήσεται.

Μὴ

---

15) *Obuiam eundum medicamentis.*) Martianus pro ἄκη mallet ἀκὴ, homericam vocem ſubſtituere, quae quietem ſignificat, ac de eo tempore interpretari, quo nihil mouendi humores ſint, ſcilicet, in quo maxime medentes peccant, vt hoc primo illi praecepto opponatur, quod de purgatione in vniuerſum datum fuit. Nihil quidem magnopere huic expoſitioni repugnat, mihi tamen ſic videtur. Hippocrates ab initio quidem poſuit redundantes humores purgandos eſſe; ſed cum probe ſciret, poſſe varia incidere, ob quae minus liceat id praeceptum ſequi, cum haec propoſuit, tum curandi modos ſubiecit, qui ſunt ἄκη, ἔκκλισις etc. vt, prout corporum, morbi, aliarumque rerum conſtitutio varia fuerit, varia quoque curandi ratio inſtituatur.

16) *Siue ſurſum.*) Quicquid alii moliuntur, vt verba ἐς κεφαλὴν, ſuo proprio et naturali ſenſu, de capite interpretentur, mihi tamen non ſatisfaciunt. Hippocratem concipio voluiſſe aliam παροχέτευσιν ἐς κεφαλὴν, aliam, quaſi contrariam, ἐς τὰ πλάγια. Itaque prima fit, quando humor auertitur quidem ab ea parte, ad quam per morbum inclinabat, ſed ad aliam, ad quam tamen ſimilis directio eſt, deriuatur. Eaque deriuatio quaſi naturalis eſt, atque facilior. Alter modus eſt, peccantem humorem a ſua via ad lateralem declinare, vt adeo tres modi deriuationis ſint, quorum ille quidem leuis, hic medius, ſed tertius, nempe reuulſio, maxime violentus ſit, et cum inſigni corporis turba

Adeo ex his omnibus medenti conſtare pot- V.
eſt, an morbo quaſi [15] obuiam eundum medicamentis ſit, vt plane pugnetur cum humoribus, qui noceant, ipſique purgentur, an contra, ſi quidem medicatio aleae plena res foret, declinare tantummodo humores ab ea parte, ad quam feruntur, et imminuere periculum, expediat. Binis id quidem modis fit. Vnus eſt, quum humores ad vicina ſaltem loca, ſed magis conuenientia deriuantur, [16] ſiue ſurſum, aut deorſum, ſed recta via, ſiue ad latera id fiat, ſcilicet, qua potiſſimum viam affectant. Alter eſt, quum [17] ad oppoſita plane loca reuelluntur. Sic

 enim,

---

turba fiat. Si enim, vt haec exemplo illuſtrem, aliquid in ventre conſiſteret, quod hominem torqueret, atque vena in pede ſecaretur, hoc eſſet παροχέτευσις ἐς κεφαλήν, ſi cucurbitulae ſub hypochondriis apponerentur, eſſet quodammodo altera deriuatio ἐς τὰ πλάγια, ſi vena in cubito ſecaretur, eſſet ἀντίσπασις. Ceterum, quod ad hanc verborum, ἐς κεφαλήν ſignificationem attinet, me fateor omni auctoritate deſtitui. De voce παροχέτευσις autem vid. Galenus ad Epidem. Lib. II. Sect. II. part. 6.

17) *Ad oppoſita plane loca reuelluntur.*) Opus non eſt, vt dicam, ab hac duplici deriuationis reuulſionisque idea rationem delectus venarum, in ſanguinis miſſione, pendere, de qua re tot libri, tam variae Medicorum opiniones ſunt. Bellini primus huic rei lucem affundere ſtuduit in Opuſc. Practic. de ſanguinis miſſione, ſed in dubium id vocauit Cl. Senac, et propter ſtupendum exiliſſimorum vaſculorum numerum, inque his maxime lentum humorum motum, vulgatiſſimam illam medicam doctrinam de reuulſione euertere, et probare anniſus eſt, eius tam paruum, exiguumque effectum eſſe, vt merito pro nullo habeatur. Eadem ſententia eſt Cl. Hambergeri in diſſ. de venaeſectione, quatenus motum ſanguinis mutat, vbi eam experimentis firmare, et, quae contra haec vtplurimum afferri ſolent, reiicere voluit. Et ego ſane non dubito affirmare, nimium deriuationi, reuulſionique medentes confidere. Neque tamen

poſ-

enim, quorum ad ſuperiora affluxus eſt, deorſum reuocantur, contra ſurſum ducuntur, qui ad inferiora tendunt; ſiue ex loci natura, ad quem feruntur, periculum metuendum ſit, ſiue ex quantitate humorum, malum immineat. Vbi autem his curandi modis vti non licet, videlicet, vt vel euacuentur, vel deriuentur, vel reuellantur

---

poſſum, contra experientiam, ſententiae vtriusque Senaci et Hambergeri, plane accedere. Ac ſi vel maxime ponam, neque flexilitatem, neque varios angulos flexusque canalium, in corpore humano, efficere, vt ſanguinis velocitas mutetur, aliter, quam in rigidis machinae canalibus, vt de aliis conditionibus non dicam, primo tamen certum eſt, vim pellentem in corpore humano duplicem eſſe, cordis nempe et arteriarum, imo et muſculorum, deinde eam vim vitalem eſſe, et quotidie non ſolum in toto corpore, verum etiam in ſingulis partibus nunc intendi, nunc minui, porro ſanguinem compreſſilem humorem eſſe, eoque prorſus ab aqua differre, quarto celeritatem, qua ſanguis fluit, diuerſiſſimam eſſe pro diuerſa vaſorum a corde diſtantia, quinto, ſi vena aperiatur, ſanguinem ex apertura effundi, tum profluere in vena poſſe, ſexto morbum ipſum et dolores coniunctos, in nonnullis corporis partibus, prae aliis, inſignes mutationes facere, vt adeo non omnia aequalia ſint, quod Hambergerus exiſtimat, denique ante venae ſectionem membrum vel calida foueri, aut panno aſpero fricari, quo motus ſanguinis in eo membro multum, in reliquis vix augetur. Ex his conſequitur ad minimum hoc, effectus ſanguinis miſſionis non poſſe ex legibus hydraulicis plane aeſtimari. Et quamuis inter eos effectus deriuationem, reuulſionemque eſſe, niſi experientia, ſatis probari non queat, et modum vtique ignoremus, tamen inter reuulſionem, euacuationemque vera quaedam differentia eſt, etſi eam Cl. Hambergerus negat. Anne enim perinde eſt, quo loco venam aperias? Facias periculum in pleuritico, et venam in talo ſeces, diſces aegri periculo, hunc inde laedi, iuuari vero, ſi venam antea ſemel aut bis in cubito aperueris. vid. Ill. Trillerus de pleuritide inprimis p. 80. ſq. Praeterea medentes ſciunt, in quacunque inflammata parte

lantur humores, quibus permultae res aduerſari poſſunt, tum quidem ſunt aliae medendi viae ingrediendae. Itaque vel deſiccare ſolemus, quod a ſanguine ſeceſſit atque effuſum eſt, [18] vel iis vtimur, quae nocentes humores eluunt, ſiue in ſuperioribus, ſiue in inferioribus partibus conſiſtant, quod vel clyſteribus, vel gargariſmis, vel

---

parte, quam Senac poſuit, aliquid eſſe, quod praeter mechanicas leges operetur, humorumque motum magnopere intendat, eosque, ſi reuulſio accedat, et malum recens ſit, omnino propellat. Hoc quicquid ſit, (vid. not. 3.) non pendet ab elaſticitate mechanica, quae cum etiam in mortuo adſit, tamen illa vis deeſt. Ac ſi laedas partem viui animalis ita, vt ſanguis e vaſis effundatur, vis illa ſe manifeſtabit, minus vero, vbi prius neruum ligaueris, qui ad partem procedit. Cum hac vi ſemper coniunctus dolor eſt, cum quo et augetur et minuitur. Dolor vero per neruos excitatur, eſtque ſignum vitae in parte, quare eo peius ſignum in vulnerato, ſi dolorem non ſentit, quo maius vulnus eſt. Igitur vis illa a motu vitali pendet. cf. Hofmannus de motu fibrarum vitali, et de Gorter exercit. de motu vitali. Senac ſententiam ſuam propoſuit in Eſſais de Phyſique ſur l'Anat. d'Heiſter a Paris. 1735. Velim tamen, vt hanc Senaci diſputationem illi paullo attentius legant, qui caeco, neſcio quo, timore ducti, in grauiſſima etiam inflammatione, ne ſanguis nimium profundatur, intercedunt, nec bis aperire venam audent; conferri etiam poteſt Queſnay l'Art de guerir par la ſaignée, ou Eſſais Phyſique ſur l'Oeconomie animale Tom. II. Paris. 1736.

18) *Vel iis vtimur.*) Dubitabam quidem, an non obſcurior locus ita emendatione clarior reddi poſſet, vt legeretur: ἢ ἐκπλύνεσθαι, ἢ παρηγορήσεσθαι, ſed vidi poſtea, magis cum Hippocratica dictione conuenire, ſi hunc locum ita, vt factum eſt, interpretarer, et, quae deſunt verba: vtendum eſt, ſupplerem. Tamen eo fere inclino, vt credam, debere ἐκπλύνεσθαι legi, et haec verba ita accipi, vt per ἐκπλύνεσθαι indicentur omnia, quae ad leniendum, corpori infunduntur, per παρηγορήσεται vero quaecunque ad eundem finem, exterius adhibentur. Hinc enim paregorica medicamenta, quae tantum externa ſunt.

VI. Μὴ τὰ ἐκκεχυμωμένα εἰς τὸ ἔσω ἀπολαμβάνειν, ἀλλὰ τὰς ἀφόδους ξηραίνειν.

VII. Τάραξις· κατάκλυσις, διάνιψις, οἵσιν ἀποσήσεται πρὸς ἕδρην, ὅθεν ἀθέλγεται ἢ φάρ-

---

19) *Ad interiora reuocare.)* Videtur omnino ſatius eſſe, haec ἐκκεχυμωμένα tantum ad ea quaſi excrementa referre, quae exanthematum nomine veniunt, vt ſunt variolae, purpura, morbilli, petechiae, deinde ſcabies et alia, et quae iam extra vaſa conſtituta, et a reliquis humoribus ſeparata ſunt. Ac vi vocis ἐκκεχυμωμένα ſunt, quae, vbi ab vtilibus ſuccis ſeiuncta fuerunt, ad externas corporis partes feruntur, ac eiiciuntur. Vbi ὡς ἐν παρόδῳ Cl. Aſtrucii mentionem iniicimus, qui haec exanthemata, maximeque variolas, in corpore reticulari Malpighii inſidere exiſtimat. Nam quae adhuc in vaſis haerent, ea merito primo loco ſtudemus ad interiora rurſus promouere, et per vaſa circumeunti ſanguini admiſcere, niſi ab interna cauſſa, corrupti ſucci ſint. Quod ſi autem quis antiquitatis ſtudioſior hic vellet coniecturis indulgere, poſſet forte eorum ſententiae nouum pondus addere, qui Hippocrati gloriam inuentionis abſorbentium vaſorum tribuunt. Debent enim per haec potius, quam per illa, per quae effuſa fuerunt, ad interiora recipi, quaecunque in cute effloreſcunt. Neque his opponi poſſunt, quae de topicarum, inprimis reſoluentium, medicinarum tranſitu per arterias ad partem affectam, propoſuit et demonſtrauit Ioh. Armſtrong Med. Eſſ. of. Edimb. Vol. II. p. 36. ſqq. Sed multo clarius hoc

vel quibuscunque aliis iniectionibus fieri assolet; aut si nihil horum fieri potest, minimum ea adhibenda sunt, quae leuant atque dolores sedant.

Quaecunque enim ita ab humoribus e vasis VI.
secessserunt, vt in toto corporis ambitu, tanquam diffusa, varia sub forma, efflorescant, [19] ad interiora neutiquam reuocare licet, sed ita curare expedit, vt haec excrementorum diuerticula sensim desiccentur, neque ipsa per vasa in corpus recipi, humoribusque admisceri queant.

Vbi autem sponte alui perturbatio fit, et ipsa VII.
cum torminibus fluit, clysteribus intestinum perfundi debet, et collui, vt abluatur, quod intus nocet, et aegrum torquet. Quod malum incidit,

---

hoc patet ex Epidem. L. VI. Sect. VI. 1. ad quem locum vide, quae Foesius adducit ex Galeno. Item ex L. I. de Victus rat. p. 343. sq. et de Alimento p. 381. Et hanc doctrinam elegantissimis experimentis illustrauit Cl. Kaau in Lib. de perspirat. Hippocr. dicta. L. B. 1738. 8. Similiter quis posset ex vocabulo ἀφόδους arguere, Hippocratem vascula, quae in cute sudori et transpirationi destinata sunt, cognouisse, quae alio loco, scil. Epidem. L. VI. S. III. 4. ὀχετὰς appellasse ab aliis dicitur. Non solum autem illa ἄφοδοι sunt, verum etiam, alii quicunque secretorii et excretorii ductus, per quos scilicet humor diuertere a via regia potest. Et idem sensus huius vocabuli apud Aretaeum est, de Curat. Morb. diuturn. L. II. C. 5. quo loco videtur eiaculatoria seminis vasa ἀφόδους nominare, et quamuis hanc vocem alio loco de Causs. et Sign. Morb. diuturn. L. I. C. 4. p. 28. ita interpretari non liceat, male tamen fecerunt, quicunque ibi ἐπὶ ἀφόδῳ: cum stercore, verterunt, quod vel ex adiectis verbis ἀυτομάτῳ κοιλίῃ elucet. Hoc tamen loco vox ἄφοδοι sine dubio ea cutis loca significat, in quae humor e vasis, tanquam e via, discessit. Atque in vniuersum probabilius est, Hippocratem perspirationem inspirationemque per eadem vasa, quam illam per arterias, hanc per venas fieri existimasse, quae et Pitcarnii, Clerici et Cl. Schultzii, aliorumque recentiorum sententia est.

φάρμακον, ἢ ἕλκος, ἢ χυμός τις συνεσηκὼς, ἢ βλάσημα, ἢ φύσα, ἢ σίτος, ἢ θηρίον, ἢ καῦμα, ἢ ἄλλο τι πάθος.

Σκε-

---

20) *Aut alius quidam humor.*) Qualis pituita eſt, quam veteres vitream nominabant. Talem in legato quodam Caroli V. Imperatoris per clyſterem eductam fuiſſe, poſtquam toto ſexennio ea laborauerat, a Fernelio relatum eſt de Part. Morb. et Symptom. L. VI. C. 9. Quod deſcendit, durum ac firmum fuit, pedis longitudine, et cum medio ductu pertuſum eſſet, habitum fere pro parte inteſtini fuit. Eodem loco Fernelius alium memorat, in quo poſt mortem colon ita oppletum pituita inuentum eſt, vt fere ſolidum cenſeretur.

21) *Interna exanthemata.*) Quoniam vox ἐξάνθημα ſimilitudinem puſtularum, quae in cute erumpunt, cum arborum gemmis, ſignificat, et βλάσημα eundem ſignificatum habet, malui et hic vocem βλάσημα ita interpretari, a qua ſententia etiam Foeſius non alienus fuiſſe videtur, in Oeconom. quam cum aliis interpretibus ſenſum verborum obſcurum reddere. Memini autem ſemel atque iterum vidiſſe in iis, quos variolae ſuſtulerant, fuiſſe ipſa viſcera, et inteſtinorum canalem variolofis puſtulis obſeſſum. Et quam numeroſae ſunt meſaraicarum arteriarum propagines? quam libere hiantia earum in inteſtinorum internae tunicae villis oſcula? Nam et aquam iniectam Kaau l. c. p. 93. Haller ad Boerh. Prael. Vol. I. p. 288. et ceram partim excolorem, Ruyſch Epiſt. probl. XI. p. 11. et Kaau l. c. partim coloratam Kaau ibid. facile transmittunt. Praeterea quanta longitudo et amplitudo inteſtinorum eſt, quam lata earum interna ſuperficies? in duodeno et ieiuno praecipue valuulis aucta, quas valuulas partim Morgagn. Adu. Anat. III. p. 12. forte vnice Senac Eſſ. de Phyſique p. 134. eum in finem inteſtinis a natura datas eſſe exiſtimant, vt numerus orificiorum vaſorum

cidit, quum aliquid ad anum ſecedit, et transcolatur, ſiue venenum, ſiue intempeſtiue data medicina fuit, cuius quaſi venefica vis eſt, aut, quod ad haec loca ſeceſſit, vlcus formauit, quod in dyſenteria ſolet,[20] aut alius quidam humor vel pituita in inteſtinis collecta et quaſi concreta eſt. Tum etiam hoc medicinae genere vtimur, quum [21] interna exanthemata ſunt, aut flatus, aut ſordes, vel cibi reliquiae induratae, aut [22] varii gene-

---

ſorum hiantium augeri poſſet. Ex quibus omnibus primum hoc intelligimus, debere per haec vaſa et fere plus humidi, et craſſiores ſuccos ſecedere, quam per cutis vaſcula excluditur, quod maxime purgantium vſu cognoſcitur, Martine de Simil. animal. p. 22. et Cl. a Bergen aliquot diſſertatiunculis declarauit. Deinde vero non improbabile eſſe deprehendimus, debere ſimili ratione, ac in cute, etiam intus in viſceribus, maxime inteſtinis, morboſas puſtulas erumpere, quas adeo, ob ſimilitudinem cum arborum gemmis, Hippocrates βλαστήματα vocauerit. Et hoc plane confirmat exemplum aphtharum, periculoſi morbi, optime deſcripti peculiari libello a Vincent. Ketelaer Lugd. Bat. 1672. 12. et poſt hunc a Boerhauio in Aphoriſmis.

22) *Varii generis vermes.*) Nemini ignotum eſt, aliquot vermium genera eſſe, quae aluum occupent, minus tamen omnes id genus cognitum habent, quod ſolitarium dicitur. Hoc medicinis non, niſi vehementiſſimis, obedit, et tunc etiam, non integrum, verum in plura fruſta diſcerptum, (namque admodum longum eſt) excernitur: Dicitur autem tam vivax eſſe, vt, modo caput remanſerit, facile renaſcatur, neque, niſi grauiſſimis armis expugnetur. Vid. Vieuſſens Epitre à Monſ. Chicoineau ſur le Ver Solitaire. Ceterum non in inteſtinis tantum generantur, verum etiam in vicinis partibus, ex quibus fortaſſis deferri ad alvum poſſunt. Talis enim videtur Lumbricus teres fuiſſe, in ductu pancreatico repertus, quem peculiari Diſſ. deſcripſit, Phil. Fried. Gmelin. Praeſid. Cl. Maucharto. Tubing. 1738. ne de hepaticis ouium vermibus dicamus, de quibus eſt Bidloi diſputatio.

VIII. Σκεπτέα ταῦτα· τὰ αὐτόματα λήγοντα, οἷον αἰ ἀπὸ καυμάτων ἐπεγειρόμεναι φλύκτεις, ἐφ' οἵσιν οἷα βλάπτεται ἢ ὠφελέει. σχήματα, κίνησις, μετεωρισμὸς, παλινδρυσις, ὕπνος, ἐγρήγορσις, ἄτε ποιητέα, ἢ κωλυτέα, φθάσαι.

Πταί-

---

23) *Aut aeſtus.*) Vt nihil facile in Hippocrate mutari velim, dubito tamen, an non pro τὸ κᾶυμα debeat τὸ αἷμα ſcribi. Eſt ſane ſanguis, etſi non purus, inter ea, quae per τάραξιν deſcendunt. An vero καῦμα ſanguinem aduſtum ſignificauerit? vt adeo liceat hunc locum ex illis verbis exponere, quae leguntur in Libro de Affect. intern. p. 522.: δυσεντερίη ὅταν ἔχῃ, ὀδύνη ἔχει, κατὰ πᾶσαν τὴν κοιλίην, καὶ τρόφος· καὶ διαχωρέει χολήν τε καὶ φλέγμα καὶ αἷμα ξυγκεκαυμένον. Sed haec longius petita ſunt. Quid hic ſit κᾶυμα optime videtur ipſe Hippocrates indicaſſe in Coacis Praenot. Aphor. 643. vbi habet τὰ διαχωρήματα καυματώδεα.

24) *Cuiusmodi*) Legebatur in prima editione, ἢ ὅιναι, deleui τὸ ἤ, quod ſine dubio redundabat, et pro ὅιναι cum Foeſio et aliis, reſcripſi ὅιον, neque tamen et ὅιναι reponi poſſe, negauerim.

25) *Quae aegri poſitura ſit.*) Ex his ſignis, aliisque, quae ſequuntur, haec bina potiſſimum cognoſci poſſunt, virium aegri, et mentis ſtatus, quae bina, maxime in acutis morbis, vel ſpem vel periculum oſtendunt. Nam ſi aeger praeter voluntatem extentus iacet, neque regere corpus poteſt, ſed in pedes, quod dicunt, collabitur, indicium eſt, eius vires

generis vermes, [23] aut aeſtus febrilis eſt, vel, quum calida nimis tempeſtas humorum turbam, fermentationemque fere ciet, aut aliud malum eſt.

Eorum autem, quae ita ſponte eueniunt, maximopere exitus conſiderandus eſt. [24] Cuiusmodi et illae puſtulae ſunt, quae aeſtiuo tempore, quo ſucci noſtri acrimoniam contrahunt, varia ſub forma, in ſumma cute prorumpunt atque extuberant. Neque tamen ſufficit noſſe, quae ex illis vel iuuent, vel noceant, ſed etiam, qui ſint illi, quibus ea vel noxam inferant, vel ſalutaria ſint, medentes perſpectum habeant. Sed quae permagnam ad indicationem vim habent, ad ea ſigna inprimis attendamus. Itaque conſiderari oportet, [25] quae aegri poſitura ſit, an contra conſuetudinem, membra male componat, et indecenter denu- VIII.

---

vires omnino ſolutas eſſe. Contra vbi praeter conſuetudinem, quam adeo noſſe oportet, aeger varie membra componit, et inquietus, ſubito erectus ſedet, rurſumque ſtatim extentus iacet, ſiquidem hae motiones a voluntate procedunt, ſcire licet, mentem turbatam eſſe, et aegro parum conſtare, quod longe peſſimum eſt. Ac de his plura Hippocrates in Coac. Praenot. Aphor. 497. propoſuit. Quo tamen etiam loco ita de ſitu erecto dixit, vt incertum ſit, an eum voluerit efficere, vt morbus letalis ſit, an ſaltem indicare. Illuſtr. Hoffmannus exiſtimat, ſitum erectum in periculoſis morbis, citam mortem inducere. Produxit etiam exempla aliquot, quibus hoc confirmari poſſet, et cauſſam repentini mali in debilitate cordis ſe inueniſſe exiſtimat, cuius vires non ſufficiant ſanguini, in ſitu erecto, ita ad cerebrum propellendo, vt tanta liquoris vis ſeparetur, quanta ad vitales motus ciendos requiritur. Sed hanc ſententiam non plane mihi probari fateor. Hofmannus ſententiam ſuam propoſuit in Diſſ. de ſitu erecto in morbis periculoſis valde noxio. Sed de reliquis ſignis legendi prae ceteris Alpinus de praeſag. vit. et morte, et Lommius in Obſerv.

26) *Fa-*

VIIII. Παίδευσις ἐμέτῳ, κάτω δὶ ἐξόδῳ, ἢ πτυάλῳ, μύξης, βηχὸς, ἐρεύξιος, λυγμῷ, Φύσης, ἕρῳ, πταρμῷ, δακρύων, κνησμῶν, τιλμῶν, ϕαυ-

---

26) *Facere ſine mora*) φθάνω, a quo φθάσαι, vox quaſi Xenophonti propria, denotat, quae celeriter facienda ſunt. Vid. Cyropaed. Lib. I. C. IIII. p. 42. et C. V. p. 50. Lib. VII. C. I. p. 401. Edit. Oxon. et permulta alia loca, quae plerumque minus recte conuerſa ſunt.

27) *Eorum accurata cognitio, quae vomitum.*) Martianus, vt haec cohaerere cum ſuperioribus probaret, παίδευσιν hic correctionem interpretatur, antecedentium ſcilicet, quae minus cum natura aegri ac morbi congruant, eamque vel vomitione vel deiectione vel reliquis, quae ſequuntur, fieri debere, docet. Quoniam vero vel ipſe recte exiſtimat, ſequentia verba vſque ad ταῖς ὑστερικῇ καθάρσεις ad παίδευσις referenda eſſe, hanc vocem planiſſimum eſt, eſſe neutiquam correctionem vertendam. Quare cum hoc loco Hippocrates ea fuſius declaret, quae ſupra breuiter propoſuit, in morbis conſideranda eſſe, vt ex iis, maxime ſponte accidentibus, quid agendum, ac ſi purgandi indicia ſint, quantum humoris euocandum, cognoſcatur, veriſimillimum eſt, παί-

δευσις

denudet, quae natura velari iubet; deinde, quomodo aeger vel totum corpus, vel ſingula membra moueat, ſcilicet, vtrum placida motio ſit, an aliquid truculenti habeat; porro, an modo erectus ſedeat, et oculos ad coelum conuertat, modo rurſus extentus iaceat, an dormiat, et qualis ſomnus ſit, an ſubito expergiſcatur, et vigiliis prematur, num anxietates adſint, et corporis iactationes, vel pandiculationes, oſcitetne aeger, atque horrore corripiatur. Namque his intellectis, de faciendis prohibendiſue, in ſingulis morbis, protinus conſilium inire, eaque [26] facere ſine mora, integrum erit.

Vtque horum, maxime in acutis morbis, ita VIIII.
in vniuerſum [27] eorum accurata cognitio neceſſaria eſt, quae vomitum, et deiectionem, atque exſpuitionem, ſeu eorum reiectionem ſpectant, quae in faucibus ſecedunt, mucumque, qui per nares fertur. Neque etiam fas eſt, ea negligere,

---

δυσις hoc loco accurata cognitio verti debere. Hippocrates enim praecipit, obſeruando diſcere, an vomat aeger, an deiiciat, et quae reliquae notae ſunt, qualesque illae ſint, rite dignoſcere, et quaſi ſe ipſum inſtruere, vt quam medendi viam artificem ingredi oporteat, intelligatur. Quid autem circa ſingula in hoc paragrapho propoſita notari debeat, ipſe Hippocrates variis aliis in locis, inprimis Lib. VI. Epidem. atque ex illo, de Prognoſi ſcriptores, maximeque Alpinus, declararunt. Quae autem ſit ratio, cur medentes ad haec ſigna attendere animum debeant, et quae diſci ex iis queant, mutua fluidorum et ſolidorum in ſe actio docet. Cum enim hac quotidie aliquid vtrinque deſtruatur, quod per aluum, nares etc. praecipueque vrinae vias, expellitur, eaque praecipue in acutis morbis et celeritate et vi creſcat, ac deſtructio maior ſit, patet ſane, debere medicum in tali morbo ad minimum, earum viarum excretionumque rationem habere. Verba κάτω δι ἐξόδε, quae ſubſequuntur in textu, melius ita ſcribuntur: κάτω διεξόδε, nam διέξοδοι infra ſunt faeces.

ψαυσίων, δίψης, λιμῦ, πλησμονῆς, ὕπνων, πόνων, ἀπονίης, σώματος, γνώμης, μαθήσιος, μνήμης,

---

28) *Ad lacrymas*) Veteres, quibus lacrymarum viae ex oculis in nares, parum recte cognitae erant, opinabantur, lacrymas in oculi internum angulum ex cerebro confluere, et per caruncularn ibi positam, tanquam per spongiam, transmitti, in illud receptaculum, quod hodie saccus lacrymalis nominatur, vt ex eo siue per ductum, qui ad nares descendit, siue per ossis vnguis foraminula, in narium cauitatem, profluerent. Haec veteres partim per Anatomen cognouerunt, partim ex coniectura proposuerunt, pleraque falsa, si a Galeno recesseris, qui vtique maximam partem earum viarum perspectum habuit, per quas hodie scimus, lacrymas deferri. Parum tamen abest, quin credam, lacrymas interdum vere in saccum quasi transcolari. Bis enim aegri mihi obtigerunt, quibus saccus intumuerat, at viscido, vt videbatur, humore, qui lacrymas non sinebat ad nares descendere. Presso sacco, nunquam vlla arte efficere potui, vt per puncta, quibus a lacrymis nomen est, ille humor ad oculum refluueret. Quare in haec ipsa puncta inquisiui, vt Anellii stilis immissis, impedimenta transitus lacrymarum remouerem, sed frustra. In vtraque palpebra ne minimum horum foraminum vestigium inueni, etsi cum ipse, tum alii in his rebus exercitati, saepius inquirebant. Contra circa caruncularn, et vbi membrana sedet, quae crescenti lunae comparatur, multa minutissima foraminula apparuerunt. Secto deinde sacco, et noua per ferrum via in nares parata, omnis

quae cum tuſſi e pectore reiiciuntur, aut e ſtomacho ac ventriculo eructantur, eumque ac diaphragma conuellunt, ut homo ſingultiat, vel ea, quae flatus gignunt, vrinam mouent, et cum hac effluunt, ſternuere hominem faciunt, et ipſa hoc motu e naribus faucibusque excutiuntur. Plurimum quoque confert, [28] ad lacrymas attendere, [29] deinde ad ea, quae prurire vel cutem vel alias partes faciunt, aut etiam vellicationes concitant, et quae forte cuti organoque tactus admota alium moleſtum ſenſum faciunt. Praeter quae ſane et plura alia ſunt, quorum cognitio medentibus vtilis eſt. Sunt autem ſitis, fames, [30] ſatietas, ſeu re-

omnis lacrymarum curſus in genas ſiſtebatur, contra nares antea ſiccae et obſtructae humectae erant. Haec igitur me coegerunt quaſi, vt crederem, eſſe interdum exiguas aliquas fiſtulas, circa caruncularn apertas, quae exceptam lacrymam in ſaccum ſubiectum deducerent. Noui etiam alios, quos in alterutra palpebra, puncto lacrymali occluſo, nullus tamen lacymae curſus infeſtat. De lacrymis ad veterum, maxime Graecorum, opiniones noſcendas, vtilis commentatio eſt Alberti Wittebergenſis, quae cum tribus orationibus prodiit Norimb. 1585. 8.

29) *Deinde ad ea.*) Etſi tria vocabula κνησμῶν, τιλμῶν, ψαυσίων, fere ita interpretatus ſum, vt Dureti expoſitioni reſpondere videantur, tamen eo inclino, vt ſatius eſſe exiſtimem, hunc locum ex eo Aretaei exponere, qui eſt de Cauſſ. et Sign. morb. diuturn. Lib. I. C. 7. p. 35. vbi ait: Τελεσθέντα μὲν ἓν τὰ πάθεα, ἔκδηλα ἀκινησίῃ, καὶ ἀναισθησίῃ θερμῇ τε καὶ ψυχρῇ, ἀτὰρ καὶ τιλμῶν, καὶ κνησμῶν, καὶ ψαυσίων.

30) *Satietas, ſeu repletio.*) Foeſius monet, videri Galenum poſt πλησμονῆς, κενώσιος, poſt ὕπνων, ἐγρηγόρσιος, aut ἀγρυπνίης poſuiſſe, vt reſponderet ſequentibus: πόνων, ἀπονίης. Sed putauerim breuitatis, ſimplicitatisque Hippocraticae maiorem debere, praecipue in hoc libello, rationem haberi, quam auctoritatis Galeni, quae et ipſa hic dubia eſt. Quare et τὸ ἀπονίης non puto ab Hippocrate eſſe. Nolui tamen tollere, quia ſenſum non mutabat.

μνήμης, φωνῆς, σιγῆς. Τῇ ὑστερικῇ καθάρσεις.

X. Τὰ ἄνωθεν καταῤῥηγνυμένα καὶ στροφῶντα, λιπαρὰ, ἄκρητα, ἀφρώδεα, θερμὰ, δάκνοντα, ἰώθεα, ποικίλα, ξυματώδεα, τρυγώδεα, αἱματώδεα, ἄφυσα, ὠμὰ, ἕφθὰ, ἄλυα.

Ἄσσα

---

31) *Vox et loquacitas.*) Tria ſunt, quae obſeruari oportet, vox ipſa, an naturalis ſit, an non, loquacitas, ſi nempe aliquis a natura taciturnus, in morbo, contra morem, multa inconſiderate loquitur, et, quod rariſſimum eſt, linguas peregrinas loquitur, et quarum vel plane rudis eſt. De hoc vide, quae collegit P. Borellus Cent. II. Obſ. LIV. et multo plura apud Cl. Franckenau Satyra X.

32) *Sic ad mulieres.*) Etſi cum Cornario hic nihil in verbis ipſis mutaui, tamen ea cum ipſo ad praecedentia retuli, in quibus cum Hippocrates res, inprimis non naturales, praecipue-

pletio, ſomnus et labor, otium, corporis ac mentis conſtitutio, ars, quam aeger exercet, ſeu ſtudiorum genus, memoria, [31] vox, et loquacitas, aut taciturnitas. Nam prout in morbo aliqua, vel plura ex his, contra conſuetudinem, vel aliter, quam vbi ager ſecunda valetudine vtebatur, apparent, et morbi naturae ac grauitati reſpondent, aut contrariantur, ſimiliterque vel iuuant, vel nocent, horum maxime obſeruatione cognoſci poteſt, quam grauis periculoſuſque morbus, quisque eius futurus exitus ſit: ex quibus deinde inprimis patet, quam curationem medentes ſequi oporteat. Eaque omnia vt ad vtrumque ſexum, [32] ſic ad mulieres ſigillatim menſtrua pertinent, quaeque alia ex vtero fluunt, quibus profecto magna vis ineſt.

Sed ſi quis, cum magno ventriculi impetu, aliquid ſurſum reiicit, ſimulque inteſtina torquentur, etiam videndum eſt, qualia illa ſunt, quae hac via excutiuntur. Sunt autem vel pinguia, vel meraca, vel cum ſpuma et calore atque aeſtu coniuncta, vel acria ſiue mordacia ſunt, ventriculumque rodunt, aeruginoſum, aut potius varium colorem, indolemque variam habent, [33] abraſaſque interioris ventriculi membranae X.

cipueque, quae excernuntur, ſimpliciter recenſeret, addidit in fine, excretionem ſoli foeminae propriam. Videtur tamen Cornarius vocabulum καθάρσεις non ſine cauſſa in καθάρσιος mutaſſe.

33) *Abraſaſque particulas.*) Hoc rarius accidit, quam vulgo putant. Inteſtina aeque ac alia quaedam caua corporis duplici humore lubrica ſeruantur, alio tenui, continuo, magna copia ſecreto, cuius fontes arteriolae vltimae, Pechlinus de Purgant. p. 509. ſq. qui tamen ipſum ex glandulis promanare dicit, Kaau loc. cit. alio tenaci, ſpiſſo, lento, non con-

XI. Ἄσσα περιῤῥέοι, εὐφορίην καθορέον, δυσφορίην, πρὶν κίνδυνον ἰέναι, οἷα ἐ δεῖ πάυειν. πεπασμὸς, καταβασις τῶν κάτω, ἐπιπόλασις τῶν ἄνω, καὶ τὰ ἐξ ὑσερέων, καὶ ἐν ὠσὶ ῥύπος.

O'ρ-

---

continuo in inteſtina emiſſo, vno verbo muco, tenui orto ex arteriolis vltimis, inſpiſſato in folliculis, ſeu cryptis glanduloſis, Boerhaue Epiſt. ad Ruyſchium p. 11. et Prael. Vol. I. p. 294. Kaau loc. cit. p. 120. ſq. Sed vt non vnum glandularum genus inuenio, ſic neque vnam muci ſpeciem eſſe exiſtimo. Duplicis autem generis glandulae in tenui inteſtino ſunt, triplicis in pleno ſeu craſſo. In tenui enim aliae ſolitariae diſperſae ſunt, lentiformes, in medio ob foraminulum depreſſae. Non omnes eiuſdem magnitudinis ſunt. Reliquas omnes congregatas eſſe inuenio, et ita in depreſſo aliquo villoſae loco, eiuſque quaſi retis areis diſpoſitas, vt aliae areae tres, aliae duas, pauciſſimae quatuor contineant. Singulae rotundae, miliiformes ſunt, et in ſummo loco foraminulo aliquo pertuſae eſſe mihi apparuerunt. Loca illa depreſſa diuerſiſſimae magnitudinis ac figurae ſunt. In pleno inteſtino, maximeque colo, aliquod genus eſt, quod cum hoc in plerisque conuenit. Haétenus tamen pauciora et minora illa loca depreſſa eſſe inueni, ac fere circulo aliquo cincta, in iisque nullae areae ſunt, et glandulae veſiculis pellucentibus ſimiles. Reliqua duo genera in recto inteſtino ſunt, nempe in ſuperiore parte lenticulares, ſolitariae, easque admodum numeroſas, etiam in viui pueri inuerſo inteſtino, vidi, vbi prociderat, mucum plorantes, in extremo inteſtino veriſſimas lacunas, non admodum oblique, inter villoſam

particulas ſecum ferunt, vel craſſa et faeculenta ſunt, tanquam ſanguinis bilioſa recrementa, vel ſanguinolenta et cruenta, cumque flatibus coniuncta, cruda, vel cocta, aut denique ſicca.

[34] Quaecunque autem ex his ita ad aluum, vel ad alias quoque partes confluunt, quam facile haec, aut quanta cum moleſtia aeger ferat, atque ſuſtineat, diſpicere oportet. Nam vel properare medentes debent, vt ipſi auxilium feratur, antequam periculum accidat, vel omni contra curatione abſtinere, ne, dum critica euacuatio cohibetur, aliquid contra naturae inſtitutum fiat. Ex iis autem, quae hanc attentionem in primis deſiderant, eſt laudabilis et a natura ſuſcepta XI.

ſam et celluloſam procedentes, et ſatis amplas. Hic mucus eo ſpiſſior fit, quo diutius retinetur, et non raro deinde, magna copia, gelatinae forma, vt duci poſſit, vel ſponte ſua, vel ſumta medicina, expurgatur. Cum hoc muco experimentum fecit ad Ruyſchii imitationem, qui idem inſtituit cum ſanguine Theſ. Anat. VI. p. 7. Ill. Albinus, ex eoque membranam formauit, non adeo diſſimilem internae inteſtinorum craſſorum. Ex quo medentes diſcant, ſibi cauere, et non nimis credulos eſſe ſiue aegrorum aut adſtantium narratiunculis, ſiue propriis etiam oculis, ſi id, quod excretum fuit, aliquam cum membrana viſcerum interna ſimilitudinem habet. Quanto igitur difficilius eſt hiſtoriis, de partibus totius inteſtinorum canalis, vita etiam manente, excretis, fidem adiungere. Tales tamen deſcriptae fuerunt in Eph. N. C. Dec. III. Ann. III. p. 227. Ann. V. et VI. p. 409. et in peculiari diſſ. de parte inteſtini ieiuni per inſer. guttur excreta. ab Andr. Weſtphal Gryphyswald. 1741.

34) *Quaecunque autem.*) Olim in mentem veniebat, ὅσσα fortaſſis liquida ſignificare, ideoque τῷ ἄνα opponi, ſed facile ſententiam mutaui, vt cum Foeſio quaecunque interpretarer. vid. Maittaire Ind. in Aretaeum. Et haec verba ὅσσα - - - ἃ δὲ πάνυ, putaui ad ſequentia referenda eſſe, quae nempe vt plurimum comprimere ac ſedare non decet; etſi non nego, in iis, quae tam varia per aluum deſcendunt, idem praeceptum teneri oportere.

XII. Ὀργασμὸς· ἄνοιξις, κένωσις, θάλψις, ψύξις, ἔσωθεν, ἔξωθεν, τῶν μὲν, τῶν δ' ἧ.

XIII. Ὁκόταν ἔῃ κάτωθεν ὀμφαλῆ τὸ σρέφον, βραδὺς, μαλθακὸς ὁ σρόφος, ἐς τεναντίον.

Τὰ

35) *Humorum coctio.* Et tunc multa videntur περιῤῥέα, vt aeger deliret, vt eius nerui diſtendantur, vt, ſi puer eſt, variolis laborans, comitiali morbo corripiatur. Haec ſedare velle, eſt mortem aegri accelerare velle.

36) *Adapertio.*) Videtur Hippocrates ad narium haemorrhagias, et vteri, et venarum, quae circa anum ſunt, adapertiones, itemque vaſorum pulmonis et ventriculi reſpexiſſe. Ex quibus ſanguinis fluxibus, vt ille ex pulmonibus ac ventriculo vix vnquam ſine hominis noxa fit, ſic narium haemorrhagia et haemorrhoides, cum vtplurimum iuuent

[35] humorum coctio vel maturatio, quae nunquam turbari et cohiberi debet. Sunt porro ex eodem genere cum eorum deiectio, quae in infernis abdominis locis consistunt, tum reiectio eorum, quae in superioribus partibus redundant, et quasi fluitant. Praeter quae etiam eorum fluxus huc pertinet, quae ex vtero muliebribusque proueniunt, item sordes, quas aures reddunt, quaeque communiter eorum significationem faciunt, quae caput et cerebrum affligunt, ipsumque nonnunquam morbum soluunt.

Contra longe alia commotionis magnae con- XII.
citationisque humorum ratio est, quam saepe artis est, facere, vt viarum vasorumque [36] adapertio, ipsaque proinde humorum euacuatio consequatur. Neque est inter haec calefactio et refrigeratio, cum internarum tum externarum partium, omittenda. Quae cum in vniuersum vtilia sint, prudentis Medici est, inuenire, in quibus morbis singula vel adhibere liceat, vel oporteat omittere.

Sed quotiescunque [37] sub vmbilico aliquid XIII.
consistit, quo intestinum torquetur, semper tarda ac mollia tormina sunt, contra vero, si super vmbilico est.

Id-

---

iuuent hominem, modo aetati et vitae generi aliisque aegri rebus conueniant, per artem excitari debent, vt morbus per eas soluatur.

37) *Sub vmbilico.*) Non sine ratione Duretus, aliique interpretes rationem huius diuersitatis torminum in partium contentarum indole ponunt. Nam si quid aut in Zona illa coli, quae transuersim sub ventriculo ducitur, aut in flexu coli dextro sinistroue subsistit, siue in duodeno intestino haeret, quod non infrequens est, tormina oportet admodum acerba esse. Vicinus enim ventriculus et septum transuersum est. Praeterea nullo fere loco tam magna ner-

uorum

XIIII. Τὰ διαχωρέοντα, ἢ ῥέπει, ἄναφρα, πέπονα, ὠμὰ, ψυχρὰ, δυσώδεα, ξηρὰ, ὑγρὰ, ὀδμηκακώδεα.

XV. Δίψα πρόσθεν μὴ ἐνεοῦσα, μὴ δὲ καῦμα, μὴ δὲ ἄλλη πρόφασις, ἔρον, ῥινὸς ὑγρασμὸς.

Τὴν

---

uorum vis, quam circa inteſtinum duodenum reperitur, cui, mediante meſaraeo, magna pars ſuperioris meſenterici plexus quaſi innaſcitur. Ad quae inteſtini coli, ex tribus longitudinalibus ligamentis ortae, cellulae ac duodeni anfractuoſum iter accedunt. Sed Aretaeus mauult hanc torminum diuerſitatem ab carnea inteſtinorum ſtructura deducere. Nam Lib. II. de Cauſſ. et Sign. Diut. Morb. Cap. VIIII. p. 61. ait: ἢν δὲ ἕλκος ἐγγένηται, ἐπὶ μὲν τοῖσι ἄνω, σροφὸς δακνώδης, δριμὺς - - - - ἢν δὲ τοῖσι κάτω ἕλκεα γένηται, πολλόν τι ἀσινέστερα τῶν ἄνω. καὶ γὰρ τὰ ἔντερα πολλόν τι μᾶλλον τῶν ἄλλων σαρκοειδέα.

38) *Nam ſi ſpumae.*) Haec verba paulo vtique audentior, ſic, vt hic factum eſt, conuerti. Mouit me inprimis hoc, quod parum intelligebam, quae inter cocta et cruda, et quae poſt propoſita ſunt, differentia ſit.

Idque vbi naturae beneficio propriaque in- XIIII.
clinatione, ad haec loca delatum eſt, et per aluum deiicitur, medentium attentionem meretur. Eorum autem in primis eſt, indolem excreti humoris expendere, quae valde diuerſa eſt. [38] Nam, ſi ſpumae expers eſt, intelligimus coctum eſſe, naturaeque virtute ad maturitatem perductum, contra crudum, atque intempeſtiuo naturae molimine excretum, ſi frigidum excrementum eſt, ſi ſiccum, ſi grauiter nares ferit, ſic, vt vix ferri ac tolerari poſſit, ſi humidum, et peſſimi odoris, vel plane foetidum eſt.

Tandem vero in humorum purgatione et- XV.
iam conſiderari oportet, quae ad ſitim attinent. Quae ſi non antea aegro moleſta fuit, neque nunc aeſtus ſeu calor febrilis eſt, qui corpus exſiccat, neque alia eius cauſſa, ex iis, quas occaſionales vocant, apparet, quae afferri poſſit, plurimum profecto curandi ratio variat. [39] Tumque in primis ſimul vrinam, et narium humectationem, et quod per has vias excluditur, medentes conſiderant, ac de purgatione ex his iudicium

---

39) *Tumque - - urinam.*) Sitis ex ſiccitate viarum oritur, ex quibus in os, gulam, ventriculum, inteſtina, tenuis humectans humor exhalat, et augetur ſiccitas aeris acceſſu. Cum haec ſiccitas non a vi interni caloris prouenit, ſed e. g. tantum in faucibus reſidet, indicium dare debet humor narium caua lubricans, cuius fons maximam partem arteria maxillaris interna eſt. Eaque etiam per palatum aliquot ramos explicat, reliquique omnes ſunt a carotide externa, a qua et maxillaris. Pariter ſi ventriculus et inteſtina ſicca ſunt ſine manifeſta cauſſa, malum probabiliter in coeliaca et meſenterica, inprimis ſuperiore, arteria ſitum eſt, quae cum proxime ſupra renales, ex aorta proueniant, patere debet iis, qui ſanguinis motus et ſecretionum leges tenent, quid tum poſſit ex vrina diſci.

XVI. Τὴν ἔρριψιν, καὶ τὸν ἀυασμὸν, καὶ τὸ ἀσύμπτωτον, καὶ τὸ θολερὸν πνεῦμα, ὑποχόνδριον, ἄηρεα, ὄμματα προσκείμενα, χρώματος μεταβολὴ, σφυγμοὶ, ψύξις, παλμοὶ, σκληρυσμὸς, δέρματος, νεύρων, ἄρθρων, φωνῆς, γνώμης, χύμα ἐκέσιον, τρίχες, ὄνυχες, τὸ ἔυφορον, ἢ μὴ.

Οἷα

40) *Crebra, vehemens.*) Nemo, quod ſciam, τὸ ἀσύμπτωτον ad τὸ πνεῦμα retulit, ac me, fateor, ab initio pariter id huc non pertinere exiſtimaſſe. Quare et coniiciebam, turbatum fortaſſis ordinem verborum eſſe, ac debere ipſum ſic conſtitui: καὶ τὸ ἀσύμπτωτον ὑποχόνδριον, καὶ τὸ θολερὸν πνεῦμα; vt τὸ ἀσύμπτωτον ὑποχόνδριον idem ſit, quod τὸ μετέωρον. Sed Celſi lectio meliora me docuit, qui Cap. IIII. Lib. II. videtur in hunc locum Hippocratis commentatus eſſe: Dicit enim: Mali etiam morbi teſtimonium eſt vehementer et crebro ſpirare. Qui vehementer et crebro ſpirat, illi pectus vix ſubſidit; hoc eſt τὸ ἀσύμπτωτον. De voce θολερὸν, cuius etiam ſingularis ſignificatus eſt, vid. Io. Opſopaeus in Hippocr. Prorrhet. Lib. I. p. 613. Opuſc. Hippocr. Frf. 1587. 12.

41) *Hypochondrion.*) Tria inprimis ſunt, quorum indicium ex hypochondriis haberi poteſt: hepatis, ac ſplenis tumor, ventriculus et colon inteſtinum inflatum, et reſpirationis vitia, ad quae omnia in acutis morbis attendi debet

dicium ferunt. Vtriusque autem humoris conſideratio etiam in omni purgatione inſignem vtilitatem habet.

Atque in hac, ſed maxime vbi natura deficit, et quaſi arti opus relinquitur, neceſſe eſt, vt Medicus ad reliquas aegri conditiones, potiſſimumque eas reſpiciat, quae, quam grauis morbus, quantumque in eo periculum inſit, indicare valeant. Et inter has quidem praecipuae hae ſunt: prolapſus ad pedes, ſeu ſumma virium proſtratio, atque eneruatio, quae ſolutum omne ligamentorum muſculorumque robur denotat. Deinde cutis, oris, aliarumque partium atque viarum ſiccitas, videlicet, quod nimio aeſtu omne humidum diſſipatum, et corpus aridum, ſqualidumque ſit. Praeter haec quoque [40] crebra, vehemens et anheloſa, turbida et inaequalis, reſpiratio, [41] hypochondrium aequale vel inaequale, conſtrictum, vel diſtentum, durum aut molle, inflammatum et dolens, aut expers doloris, XVI.

---

bet. Nam vbi grauis ſpiritus eſt, neque pulmones, vt decet, expanduntur, diaphragma parum in ventrem deſcendit, ſed, propter turbatum ſpirandi ordinem, alio tempore magis in ſpurias coſtas agit, easque mobiliores introrſum rapit. Ex quo fit, inprimis ſi vis obliquorum abdominis muſculorum conſtringens accedit, vt hypochondria conſtricta et inaequalia ſint: alio tempore, ſed raro partim aëri, in pulmones irruenti, partim externis carnibus aliquando validius intentis, alias valde debilibus, quaſi cedit, et hypochondria in tumorem attolluntur. Poteſt autem hoc ſolus ſerratus poſticus inferior efficere. Plerumque tamen ſi tument, et inaequalia ſunt, ſimulque ſpiritus difficilius, et cum dolore trahitur, vel in hepate ac liene vitium eſt, maxime, ſi durior tumor eſt, et altius adſcendens vel coli flexus flatibus diſtenduntur, quod inprimis tormina oſtendunt, et aluus obſtructa. Cf. eleganter docti Drelincurtii Tract. de Lienoſis. Quod vero hic ὑποχόνδριον dicitur, dextrum intelligendum eſt, nam metus eſt, ne hepar inflammatum ſit.

loris, item extremae partes, quales frons, pedes et manus, calidae, vel frigidae, tumidae aut conſtrictae, atque acutae. Leue etiam indicium non eſt, quod oculi male affecti praebent, ſiue rubeant et illacriment, ſiue languidi ſint, et quaſi collapſi, ſiue aliter a ſano ſtatu declinent, coloris in toto corpore mutatio, pulſus ſemper idem, aut varius et inaequalis, [42] cutis et extremae membrorum partes inalgeſcentes, tendinum neruorumque tremores atque ſubſultus, ſed articulorum ligamentorumque ſiccitas, et conſumtio, ſpaſmi, dolores, vox vel impedita, vel inſueta, mens ſana et integra, vel aegra. Sed plurimum denique ad conuenientem curationem facit, ſitum aegri noſſe, et an ipſe ſponte membra componat, deinde capillorum colorem et denſitatem aut raritatem, ordinem naturalem, vel morbo mutatum, porro vnguium figuram et colorem, inprimis vero alacritatem aegri, aut imbecillitatem, ferendique moleſtiam.

His

---

42) *Cutis et extremae.*) Verteram olim hunc locum, vt Duretus et alii, ſed poſtea probabilius viſum eſt, tres illos nominatiuos, φύξις, παλμοὶ, σκληρυσμὸς ita fuiſſe ab Hippocrate poſitos, vt totidem genitiuis δέρματος etc. reſponderent, etſi et φύξις τῷ ἄρθρων, et σκληρυσμὸς τῷ δέρματος conuenire poſſit. φωνῆς et γνώμης referri debent ad vocem μεταβολὴ· Σφυγμοὶ, ſi pulſus vertitur, per ſe ſtare poteſt, ſi vero quis mallet palpitationes interpretari, poſſet etiam ad vnum ex illis genitiuis referri. Pulſuum vero obſeruatio, etſi pluribus aliter viſum eſt, ab Hippocrate non neglecta fuit. Vid. Valleſius Controv. Med. et Phil. Lib. III. Prooem. et Ill. Trilleri Epiſt. Med. Crit. ad Io. Freindium p. 49. ſeq. Rudolſt. 1720. 8. Videtur autem Hippocrates in hoc paragrapho mala aegrotantium ſigna, et mortis fere indicia propoſuiſſe.

Οἷα δεῖ, σημήια τᾶυτα. ὀδμαὶ χρωτὸς, σώ- XVII.
ματος, διαχωρήματος, ὠτὸς, Φύσης, ἕρθ, ἕλκεος, ἱδρῶτος, πτυάλθ, ῥινός, χρὼς ἀλμυρὸς, ἢ πτύαλον, ἢ ῥὶς, ἢ δάκρυον, ἢ ἄλλοι χυμόι· πάντη ὅμοια τὰ ὠφελέοντη, τά βλάπτοντα.

[43] His igitur de natura humorum cognitis, vt, quam medendi viam inire deceat, inueniatur, plurimum etiam ſequentia valent, quae ideo, qualia in ſano, tumque etiam in aegro corpore, contingant, diligenter obſeruari oportet. Eorumque alia ex odore, alia ex ſapore diiudicari debent. Sunt autem illa, quae in ſuperficie corporis, cutis ſpiracula exhalant, maximeque cum aere e faucibus, [44] et ſpiritus viis feruntur: deinde quae per aluum, inprimis ſponte, deſcendunt, item, quae ad glanduloſas cryptas, [45] externam aurem intus cingentes, confluunt, atque interdum vere liquida ex aure effluunt. Sed porro videndum eſt, quomodo vel ſuperne, vel inferne prorumpentes ructus flatusque nares feriant, quod etiam de vrina valet, atque de eo, quod per vlcera ſecedit, ſiue arte facta, ſiue morboſa, nec non de illo, quod [46] per ſudoris vias excernitur, et ſputi nomine, ex faucibus et pectore, reiicitur, atque [47] e naribus fluit, vel muci forma emungitur. At vero ex his, de quibus ex guſtu iudicari debet, iterum ſudor eſt, vnde [48] cutis quaſi ſalſa fit, ſciendumque, an quoque ſputum ſalſum, et acre, aut mucus talis, aut ſimilis lacryma ſit, quae oculos et palpebras ſaepe inflammat, et cutem

genarum exedit, et num alii humores ſalſi, qui e corpore feruntur. Et quandoquidem inprimis videndum eſt, quae ſiue ſponte facta, ſiue arte mota concitataque proſint, aut obſint, in haec ſane ita porro inquirere expedit, vt ſciatur, [49] an ipſa naturae aegri, et morbi indoli temporique omnino conuenientia ſint, an praeter legitimam cauſſam rationemque, ita fiant.

43) *His igitur.*) Verba ὅια δῆ a Girardeto in fine primae Partis huius libelli ſunt poſita, Partem ſecundam vero orditur: σημήϊα τᾶυτα. Ego vero, vt non ſeparanda haec verba eſſe exiſtimo, ſic etiam malo ad ſequentia referre, quod in his praecipue de notis agitur, quae oſtendunt, quales morborum curationes ſuſcipiendae ſint. In praecedentibus videntur ea, quae ad humores excretos pertinent, in vniuerſum magis propoſita fuiſſe.

44) *Et ſpiritus viis.*) Vt Hippocratem conſtat inſpirationem, quae per cutem fit, cognitam habuiſſe, ſic et exſpirationem, quae ex pulmonibus fit, vel ex hoc loco veriſimile eſt. Et Galenus ac veteres Medici fere omnes, inter praecipuos pulmonum vſus, et hunc retulerunt, nempe, vt quaſi fuligo ſanguinis per pulmones euacuetur, quem vſum cum et proxime ſuperiorum ſaeculorum Phyſiologi memorauerint, mirum eſt, a tam paucis adhuc fuiſſe huius rei rationem habitam in medendo. Magna enim vis eius humoris eſt, quem ore exhalamus. Selibram circiter quotidie hac via euacuari, a Sanctorio poſitum eſt Medic. Stat. Sect. I. §. 5. Quintam partem totius facit Liſterus in Comment. Gliſſonius Anat. Hep. Cap. 39. p. 370. Edit. Lond. nos altero fere tanto amplius exſpirare, quam inſpirare exiſtimat. Hanc perſpirationem aequalem cutaneae facit Thruſton apud Liſterum de Humor. p. 9. Et quamuis fortaſſe impoſſibile ſit, veram exhalantis humoris quantitatem inuenire, debet tamen ipſa parum illi cedere, quae per cutis ſpiracula exit. Primo enim pulmones toti excauati, in ampliſſima ſuperficie, incredibilem pororum numerum habent, quibus aeri patent, deinde non ex pulmonibus tantum, verum ex oris quoque nariumque ampliſſimis cauis, ſemper madidis, magnam humorum vim exſpiramus. Praeterea videntur etiam hi pori maiores iis eſſe, per quos in cute tranſpiratio fit, et maior quoque celeriorque

que ſanguinis, ad haec loca, appulſus, quo propius ſcilicet a corde abſunt, et quo maiori velocitate vitalis ſuccus per pulmonalia vaſa circumagitur. Ac ſunt frequentes et periculoſi morbi a cohibita pulmonum perſpiratione, rari leuioreſque a cutanea.

45) *Externam aurem.*) Ad cerumen exiſtimo Hippocratem digitum intendiſſe. Quis cerumen, ſiue etiam cerumina, nam et hoc quibuſdam probari intelligo, primum dixerit, neſcio. Sufficit, barbarum eſſe. Antiqui ſordes aurium nominarunt, teſte Cicerone de Nat. Deor. L. II. C. 57. et Plin. Hiſt. Nat. L. XXVIII. C. 4. Recentiores marmorata, Plinii auctoritatem praetexentes Sal. Alberti Hiſt. part. p. 125. Ed. 1602. in quo tamen hoc vocabulum non inuenio. Fontem harum ſordium, ante Du Verney, a Stenonis et Bartolo in Libro del Suono indicatum fuiſſe, docet Morgagn. Epiſt. IIII. ad Valſal. Opp. p. 74. An et Pechlino hae glandulae notae ante Du Verney? Saltem vbi deſcribit glandulas, Cl. Du Verney non memorat. Obſ. L. II. 46. Vſum huius humoris eum eſſe, quem Boerhauius expoſuit Prael. Vol. IIII. p. 331. non nego; tamen non exiguus quoque is eſt, quem ingenioſiſſime excogitauit Cicero loc. cit. Prouiſum etiam, vt, ſi qua minima beſtiola conaretur irrepere, in ſordibus aurium, tanquam in viſco inhaereſceret. De quo vſu mirum eſt, Molinettum Diſſ. Anat. Pathol. p. 48. Ed. 1669. dubitaſſe. Sunt, quibus liquidae, copioſaeque hae ſordes ex auribus profluunt, indicia vt plurimum ſiue ſecundae, ſiue aduerſae valetudinis capitis dantes; et ipſe aliquot noui, qui, cum ante capitis doloribus perſaepe diſcruciarentur, iam optime valent, quamdiu aures apertas habent, quibus obſtructis, caput ipſis vehementer dolet. Cf. Cl. Schulzii Diſſ. de Auribus manantibus. De ceruminum aurium vſu peculiaris libellus eſt Nicol. Papinii Salmur. 1648.

46) *Per ſudoris vias.*) In ſudoris viis non pauca nondum expedita ſunt. Sudorem non ex glandulis prouenire Ruyſchius docuit Adu. Anat. I. 3. et glandulas cutaneas eſſe vias ſudoris, negat Cel. Hallerus ad Prael. Boerhau. Vol. III. p. 566. ſq. et quantum ego video, vterque recte. Tales glandulae, quales vere in cute inueniuntur, quasque Ruyſchius fere ſpurias vocat, quia pleraeque cryptae tantum ſunt, nullibi in corpore tenuem adeo, vix viſcidum, vnguinoſumque humorem emittunt, ac ſudor eſt. Neque poſſunt tam ſubito, quam ſudorem erumpere, ſaepe videmus, tamque

magnum humoris modum emittere. Et cum in hyeme, per plures dies, aut etiam ſeptimanas, non ſudemus, quantum quaeſo deberent illi folliculi glanduloſi extendi? quantum humor inſpiſſari? Sed neutrum fit. Ad haec in iunioribus cadaueribus bis adeo repleuiſſe arterias memini, vt in aliquot locis, materia etiam colorata, per poros cutis, exiret, forma fere ſudoris. Tamen in his, vtut diligenter quaeſiuerim, folliculos materia plenos, poris ſubiectos, inuenire non potui. Vt vero materia iniecta per poros dilatatos exiit, ſic etiam ſanguis ipſe. Peehlinus Lib. I. Obſ. 38. feminam vidit Lugduni Batauorum, cui per capitis poros, ſudor ſanguinolentus erumpebat, et haec femina videtur eadem fuiſſe, quam memorat Boerhaaue Prael. Vol. III. p. 568. In pede viri vidit Binninger Lib. V. Obſ. 58. plura exempla collegit Marc. Donatus de Hiſt. mirab. Lib. I. C. 2. ac, niſi fidem ſuperat, certe mirabilis eſt hiſtoria viri, ſanguinem ſudantis, in coitu, apud Paullinum Obſ. 46. Cent. III. Saepius hoc malum infantibus accidere teſtatur Binninger Lib. IIII. Obſ. 52. et idem noui, ante aliquot annos, in Principe quodam, vnum annum circiter nato, obſeruatum fuiſſe.

47) *E naribus fluit.*) Nares, etiam ſaniſſimi hominis, diuerſos humores emittunt, ex variae magnitudinis poris, ad cryptas pertinentibus, dictis Ill. Hallero ad Boerhav. Prael. Vol. IIII. p. 49. ſq. Frequentiſſimos poros inuenio in antro, quod eſt inter cauum narium et oſtium externum, a latere ſepti anterius, non in hoc ipſo. Plures inſignis magnitudinis ſunt, vt et rotunda corpuſcula clare videri poſſint, fere vt in inteſtinorum glandulis congregatis. Ex mediae magnitudinis poris pili prominent. Sed hi non fontes veri muci narium ſunt, ſed illius maxime, qui digito in nares immiſſo, eximi ſolet. Qui illum mucum ſecernunt, quem emungimus, illi maximam partem in ſepto conſpiciuntur, partim vere arterioſi, partim adeo aperti, vt peculiares venoſi ductus eſſe videantur. Ibi tamen et alios video, cryptas potius quam poros dicendos, et inter hos vnum maiorem ſinum a dextris, in quo perquam multi pori conſpiciuntur. In ſinubus frontalibus, ſphenoideis, maxillaribus etiam mucum ſecerni, docet mucus magna copia ibi poſt mortem inuentus. Sed membrana in his, maxime frontalibus, perquam tenuis eſt, etſi numeroſiſſimis vaſculis inſtructa. Quae igitur vtilitas ſpongioſae ſubſtantiae, quae videtur membranam Schneiderianam, praecipue in ſepto, facere?

An

An olfactum potius iuuat, quam muci ſecretionem? Certe in ſepto maxima neruorum vis, cum contra in cellulis ethmoidalibus membrana aeque tenuis, quam in ſinubus. Sed in his quaeritur, an duplex membrana ſit, quarum nempe altera perioſtii munere fungatur? Hactenus ſimplicem inuenio. Et poteſt cum perioſtium eſſe, tum quoque humorem ſecernere. Perioſtium eſt membrana oſſibus obducta, vt vaſa oſſi det, neceſſarium non eſt. Sunt hic oſſa teneriora, et habent ab externis. Sed multis hominibus altera ex narium cauitatibus fere ſicca et obſtructa eſt, vtplurimum ob ſeptum ita inclinatum, vt altera cauitas in medio fere clauſa ſit. Eſt autem ſemper, ſi pueros excipias, verſus alterutrum latus inclinatum.

48) *Cutis quaſi ſalſa ſit.*) Recte autem Hippocrates ad odores ſaporemque excretorum humorum reſpicere iubet, vbi medentes ſcire velint, cuiuſmodi morbos futuros ipſi ſignificent. Nam a qualitate humorum, eorumque naturali indole corrupta, plurimi morbi proueniunt, qui in internis ſedibus conſiſtunt. Quae humorum vitia omnia ad acrimoniam aliquam, ſeu ſalinum principium, acidum, alcalinumue, aut ſalſum inclinant, ſiue maiori copia eiuſmodi cibus aut potus ſumtus, ſiue illa ſalia ventriculi et inteſtini, aliarumque partium vitio, quae ad aſſumta, in ſimilem corpori ſubſtantiam, mutanda, plurimum faciunt, in corpore procreata ſint. Quae humorum qualitates, de ſe ipſae, per excreta, ſignificationem faciunt, adeoque, vel Hippocrate teſte, ex horum odore, ſaporeque optime diiudicantur, ſimulque vocis ἁλμυρὸς vis intelligitur, quae ſalium quaecunque genera comprehendit. Cur autem haec ſalia ſe inprimis eo humore, qui in cute exhalat, et ſputo, et narium muco, lacrymiſque manifeſtent, ſcilicet, quos quatuor humores Hippocrates examinandos proponit, cum ex partium fabrica, in quibus a ſanguine ſecedunt, tum ex ipſa humorum indole, omnibus patere debet, neque adeo expoſitione eget. Obſeruarunt autem ſudorem ſalſum lixiuum Ol. Borrichius Act. Hafn. Vol. IIII. 59. in podagrico, acidum in hydropicis Idem ibid. 69. item acidum a cibis Bennet Theatr. Tabid. Exerc. 29. Sulphureum etſi non ſudorem, tamen perſpirantem humorem memorat Cardanus in Vita ſua C. 27. et Alex. Taſſonus Medit. Lib. V. Qu. 36. Noui feminam, in qua duos vtplurimum dies, ante menſium fluxum, tam acidi ſudores copioſi profluunt, vt lintea, tanquam ab aqua forti, corrodantur. Quantum ad ſaliuam cf. Ill. Hofmanni Diſſ. de

neceſſaria ſaliuae inſpectione ad conſeruandam et reſtaurandam ſanitatem, et duae Henningeri Diſſ. de Saliua.

49) *An ipſa naturae.*) Videntur haec verba et ita verti poſſe: an ſigna, quae ſpem vel periculum oſtendunt, perfecte inter ſe ſimilia fuerint.

XVIII. Ἐνύπνια, οἷα ἂν ὁρέῃ, καὶ ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, οἷα ἂν ποιέῃ· ἢν ἀκέῃ ὀξὺ, καὶ πείθεσθαι προθυμέηται, ἐν τῷ λογισμῷ μέζω ἰσχυρότερα τὰ πλείω· ἐπίκαιρα τὰ σώζοντα τῶν ἑτέρων.

Vtque haec ſingulorum humorum qualitatem inprimis indicant, ſic de vniuerſa corporis natura ac temperamento, mentisque integritate, per alia ſigna, conſtat. Inter quae maxime inſomnia ſunt. Nam horum vtique magna vis eſt: videndumque potiſſimum, qualia aeger inſomnia videat, et quo ipſa tempore contingant: deinde quid aeger in ſomno faciat, iaceatne tranquillus, an corpus iactet. Neque etiam parum noſſe refert, an aeger acute audiat, et ita animo comparatus ſit, vt rationes admittat, et obſequatur, ex quo conſtare poſſit, quomodo cerebrum affectum, numque mens integra ſit. [50] Fere autem omnibus ſcire praeſtat, an ea, quae ſalutem pollicentur, et vtilia ſunt, et numero plura ſint, et fortiora iis, quae contrarium indicant.

50) *Fere autem.*) Sic verti hunc locum, non, quod omnino imitandum Foeſium eſſe exiſtimabam, ſed quod, propter plures dubitationes, quomodo recte vertendus ſit, ignorabam. Multa ſunt, quae ſuadent, haec verba μέζω - - - - ἑτέρων ad illa: πείθεσθαι προθυμέηται referre, ſed ex ipſis, vti nunc iacent, nullus commodus ſenſus elici poteſt. Neque ego video, quomodo emendari queant. Quod ſi vero ſeparentur a praecedentibus, totus locus ita interpunctus legatur:

gatur: ἐν τῷ λογισμῷ· μέζω - - - τῶν ἑτέρων, sic ſane verti poteſt: Inter ſe autem collatis his ſignis, videndum eſt, an ea, quorum magna efficacia eſt, licet pauciora, pluribus, ſed minoris momenti, praeſtent, atque an iis, quae commode eueniunt, plus fidendum ſit, quam illis, quae prae caeteris ſalutaria ſunt. Poſſet fortaſſis et ſic legi: ἐν τῷ λογισμῷ μέσῳ· ἰσχυρότερα. etc. etc. quod tamen vix alium ſenſum efficeret. Et praeter haec certisſimum eſt, ſive hoc, ſive illo modo haec verba interpungantur, alieno loco poſita eſſe, etſi, vbi exciderint, nondum video.

Ἢν αἰσθάνωνται πάσῃ αἰσθήσει, πάντων καὶ φέρωσιν, οἷοῖον ὀδμὰς, λόγες, εἵματα, σχήματα. XVIIII.

[51] Expedit autem et ſenſus reliquos intueri, an integri, et ſinguli ita conſtituti ſint, vt, quaecunque oblata fuerint, recte pleneque percipiant, atque ferre omnia, ſine mentis corporisque commotione, queant. [52] Talia vero cuiuscunque naturae odores ſunt, ſermones etiam, ab adſtantibus inuicem mixti, veſtitus varii, et variae obiectorum figurae.

51) *Expedit autem*) Cum ea, quae praecedunt, ad ſenſus internos pertineant, malui haec ab ipſis ſeparare, ſimulque cum his ea coniungere, quae, ſecundum Duretum, in ſequente paragrapho, leguntur vſque ad verba: εἵματα, σχήματα. Certe haec ab illis ſeparare non licet.

52) *Talia vero cuiuscunque naturae odores ſunt.*) Vt in multis aliis rebus obſeruandis, quae in morbis contingunt, ſic in his quoque, quae Hippocrates hoc loco recenſet, veterum Medicorum diligentiam et accurationem nos quidem miramur, et laudamus, neque vero imitamur. Attamen in illis affectibus, in quibus etiam mens patitur, ſummae vtilitatis eſt, ea omnia remouere, quae vel oculos, vel aures, vel nares, vel tactum grauius ferire, et ita afficere valent, vt animus inde commoueatur, et morbus aſperior fiat. In

qua re obſeruanda, et veterum quorumcunque, et maxime recentiorum, diligentiam longiſſime ſuperauit ex Graecis Aretaeus, ex Latinis Caelius Aurelianus. Non autem rara ſunt eorum exempla, quos variarum rerum odores laeſerunt. Horum plura collegit Boyleus de mira ſubtilitate effluuiorum etc. et Theod. Zwingerus Diſſ. de Antipathia humana, item Boeclerus in Diſſ. de Poris, effluuiis et odoribus. Sic etiam nobilis quidam a veſpertilione, et miles fortiſſimus a fele male affecti apud Valliſnieri T. I. Opp. p. 83. Huc etiam pertinet ſiue vomitus, ſiue purgatio, ſolo odore purgantium medicinarum, concitata. Memorabile eſt exemplum Pfeilii, Medici Lipſienſis, apud Salmuthum Cent. III. Obſ. 8. Is, vbi purgante medicina vti voluit, pharmacopolia ingreſſus eſt, quando electuaria purgantia parabantur. Alius, ex odore florum tunicarum purgati, meminit Paullini Cent. IIII. Obſ. 25. Plura vide apud Binningerum loco citato. p. 227. Vt vero per olfactus organum multi, ſic per viſum, auditum, etc. non pauciores laedi, frequenti obſeruatione compertum eſt, quod Medicus ignorare non debet, ne, ſi in aegro tale quid obſeruet, vere naturale, pro malo ſigno habeat.

XX. Τοιαῦτα εὐφόρως, ἅπερ καὶ αὐτόματα ἐπιφαινόμενα ὠφελέει· καὶ ὁκότε κρίσιν τὰ τοιαῦτα ἐποιέει, καὶ τοσαῦτα, καὶ τοιαῦτα, οἷον φύσαι, ἦρον, οἷον, καὶ ὁκόσον, καὶ ὁκότε· ὁκόσα δὲ τ' ἀναντία, ἀποτρέπειν μάχεσθαι αὐτοῖσι.

Scire etiam permultum intereſt, num, quae, vbi ſponte ac praeter opinionem apparent, vtilia ſunt, facile aegri ferant, et quando tot et talia ſigna criſin afferant. In qua re ſane ad qualitatem eorum, quae excernuntur, vt flatuum, vrinae, aliorumque, tum etiam ad quantitatem et tempus, quo fiunt, reſpiciendum eſt. Nam, ſi perfecta iudicatio eſt, tamen naturae impetus aliquando iuuari debet: Similiterque contraria per-

perpendi neceſſe eſt, et, quantum ab iis periculi immineat, vt conſtet Medico, quomodo cum iis pugnandum ſit, vt quacunque ratione auertantur, humoresque vel deriuentur ad propinqua loca, vel plane reuellantur.

Τὰ ἐγγὺς, καὶ τὰ κοινὰ τοῖσι παθήμασι, πρῶτα καὶ μάλισα κακῶται. XXI.

Id autem perpetuum eſt, vt, [53] quae loca vicina affectis ſunt, vel cum iis per neruos aut vaſa communicant, ſimiliſue etiam ſubſtantiae ſunt, primum, maximeque damno afficiantur. Quocirca vel ex his etiam intelligi poteſt, in qua potiſſimum parte morbus conſiſtat, et qualis humorum corruptio ſit.

53) *Quae loca vicina.*) Haec duo inprimis conſideranda ſunt, vbi et morbos, eorumque ſymptomata dignoſci oportet, et reuellendo, vel declinando ipſis mederi. Adeo probe diiudicandum eſt, an dolor ſiue alia affectio, in propinqua parte, a nexu per membranas, proueniat, et parum periculi oſtendat, an potius a decumbente ad ea, per vaſa, copioſiore humore, eiusque per neruis iniectum ſtimulum, concitatiore affluxu, procedat, quod ſemper eſt multo magis metuendum. Sed quod remotioribus partibus cum aliqua ex affectis communio eſt, id vel a diametro, directioneque aequali vaſorum vtriusque partis, eorundemque mutuo ingreſſu (ἀναστόμωσιν vocant,) vel humoris, vtroque loco ſecedentis, ſimili indole, vel denique a neruorum conſenſu, pendet. Hisce modis celebris illa, et princeps quaſi, inter mammas, vterumque communio perficitur, ſaliuae inteſtinorumque glandulae ſimul afficiuntur, vtero laborante, reſpiratio laeditur, ventriculo male affecto, caput dolet, et contra hoc laborante, ventriculus agitatur. Quarum ſingularum communionum peculiarem cauſſam quando medentes perfecte cognouerunt, poſſunt ſane illis affectibus apta propriaque medicina, quam facillime occurrere, et morbum declinare, niſi ipſis aliquid inſit, quod aegro ſa-

lutem pollliceatur. Nam ille dolor, e. gr. qui poſt iudicatam pleuritidem, circa clauiculas oritur, certiſſimum morbi ſuperati indicium praebet, neque medicinam admittit. De hoc conſenſu ſingularis libellus eſt Bauſneri, et alius Cl. Regae de Sympathia, cuius libri nouam editionem exſpectamus. cf. quoque Ill. Hoffmanni diſſert. de Conſenſu partium praecipuo pathologiae et praxeos medicae fundamento. Hal. 1717.

XXII. Κατάσασιν ἐκ τῶν πρώτων ἀρχομένων, ὅ, τι ἂν ἐκκρίνηται ἐκ τῶν ἄρων, ὁκοῖα ἂν ἔῃ, καὶ ὅιη τὶς σύμπτωσις, χροιῆς ἀπάλλαξις, πνέυματος μινύθησις, καὶ τ' ἄλλα.

[54] Quo autem propria morborum natura atque indoles, exitusque cognoſcatur, intueri inprimis ea fas eſt, quae principio morbi inciderint, qualia nempe ſint, tum quae et in vniuerſum, per cuncta corporis loca, et ſigillatim, per vias vrinae, elidantur, ſiue ſubſidant in lotio, ſiue innatent; porro qualis totius corporis habitus collapſus et extenuatio ſit, [55] colorisque, praeſertim in facie, mutatio, et ſpiritus imminutio, accipiendiue eum difficultas, et alia.

54) *Quo autem propria.*) Ex hoc loco aptum ſenſum elicere velle, ordine verborum non mutato, impoſſibile eſt. Puto autem ita conſtituendum eſſe; κατάσασιν δὲ ἐκ τῶν πρώτων ἀρχομένων, ὁκοῖα ἂν ἔῃ, ὅ, τι ἂν ἐκκρίνηται, ἐκ τῶν ἄρων, καὶ ὅιη ἡ σύμπτωσις. Sic omnia plana erunt, vt ex paraphraſi apparebit.

55) *Colorisque mutatio.*) Raro aliquis aegrotat, vel tantum incipit aegrotare, quin externus corporis habitus, et cutis color, mutationem patiantur. Neque vero hic de flauo ictericorum colore, aut rubicundo peripneumonicorum, in facie, loquor, verum de illo, qui ex alio quocunque grauiore morbo oritur. Qui, cum a pluribus cauſſis proficiſci queat,

queat, videtur tamen inprimis a cordis arteriarumque viribus fractis, quae, cum rubrum ſanguinem et vitalem ſuccum quaſi excoquere, tum per minima vaſcula eum diffundere nequeunt, efficiunt, vt omnis vigor pereat, et cum collapſa contractaque cute, pallidus eiusdem luridusque color coniunctus ſit. Hinc magna coloris mutatio, a principio facta, grauiſſimi morbi ſignum eſt. Solet autem hoc ſignum ex faciei potius, quam aliarum partium, cute deſumi, neque ſine ratione. Conf. Stahlii Diſſert. de Facie morborum indice. Praeterquam enim, quod permulta docent, ſanguinis ad vniuerſum caput, quaſi expeditiorem, quam ad alias partes, viam eſſe, permulta inprimis neruorum, quinti ſeptimique paris, fila, per omnia cutis faciei loca, ducta et directa inueniuntur, quae, cum a propinquo cerebro proueniant, et cum aliis plerisque, etiam ad vitalia organa pertinentibus, multiplici ratione iuncta atque vnita ſint, debent ipſa potiſſimum roboris debilitatisue vitalium organorum indicium facere. De hac re elegantiſſimus locus eſt apud Quinctilianum Declam. VIII. pag. 182. Edit. Burm. Nullum natura morborum genus ſolis viſceribus abſcondit; et quicquid cauſſas valetudinis de vitalibus trahit, in corpus emanat. Inde pallor, inde macies, quod ad interiorem dolorem ſuperpoſita conſentiunt.

Μετὰ τῦτων τὰ διαιτήματα· τὸ μὲν εἰ ὅμοια τὰ ἀπιόντα, δεῖ εἰδέναι, διέξοδοι, ἕρα, καθ' ὑσέρας, πτύαλα, κατὰ ῥίνας, ὄμματα, ἱδρὼς ἐκ φυμάτων, ἐκ τραυμάτων, ἐξανθημάτων. ὁκόσα αὐτόματα, ὁκόσα τέχνησιν, ὅτι ὅμοια ἀλλήλοισι. XXIII.

[56] Praeter haec omnia, quae ad victus rationem pertinent, conſiderari oportet, maximeque, an ea, quae excernuntur, atque abſcedunt, ipſis reſpondeant. Scilicet, quae per deiectiones excernuntur, aut cum vrina effluunt, vel

in

in mulieribus, ex vtero proueniunt, ſputa, item, quae ex naribus fluunt, [57] porro lacrymae, et alii, circa oculos ſecreti, humores, deinde ſudores, et illi humores, [58] qui in tumoribus colliguntur, et conſiſtunt, atque ex ruptis prodeunt, item, quos in vulneribus oſcula vaſorum ſtillant, vel qui in cute effloreſcunt, variaque puſtularum genera formant. Quorum omnium ita habenda ratio eſt, vt ad vlcera ſponte vel arte facta pariter reſpiciatur.

56) *Praeter haec.*) Et hic ab omnibus Interpretibus recedo, qui verba; μετὰ τάτων τὰ διαιτήματα ad praecedentia referunt, a quibus ſeparo. Nolo negare, poſſe aliquo quaſi iure ad praecedentia referri. Sed quis σύμπτωσιν, χροιῆς ἀπάλλαξιν ad διαιτήματα retulerit? aut quis crediderit, Hippocratem, breuitatis adeo amantem, ſcripſiſſe, ἢ τ' ἄλλα μετὰ τάτων τὰ διαιτήματα. Quid enim tunc τὰ μετὰ τάτων?

57) *Porro lacrymae.*) Sed cur Hippocrates non δάκρυα poſuit? Probabile eſt, duplicem humorem cognitum habuiſſe, qui in oculis ſecernitur, lacrymas puta, et ſebum, quod glandulae Meibomianae dant. Sed hoc affirmare nolo, fuiſſe Hippocrati eius quoque fontes cognitos. Hos, vt nunquam tam regulariter diſpoſitos inuenio, ac picti ſunt a Morgagno, ſic et nunquam tam varie diſpoſitos, ac ſunt in figura Cl. Vateri, Miſcell. Berolin. Cont. III. Mihi canaliculi ſunt, in quos plures, a latere poſitae lacunae, minutae, non glandulae, patent, et humorem emittunt. In inferiore palpebra, fere ampliores inuenio, et aliquot ex illis ex duobus, et tribus etiam, canaliculis vnitis natos.

58) *Qui in tumoribus colliguntur.*) Hoc quidem conſtantis obſeruationis eſt, ſi aeger vel caſu vulneratus ſit, vel abſceſſum, aut vlcus, habeat, arte vel alio morbo productum, quamcunque in his ſubito, et praeter rationem, factam mutationem, in omni morbo periculum, in plerisque mortem oſtendere. Quod Hippocrates in Coacis Praenot. pag. 196. confirmat, dum ait: Ἕλκος πέλιον ἢ ξηρὸν, ἢ χλωρὸν γενόμενον, θανάσιμον, quae verba Celſus ita latine reddidit Lib. II. Cap. VI. Vbi vlcus, quod aut ante, aut in ipſo morbo, natum eſt, aridum, et aut pallidum, aut liui-

liuidum factum est, mors denunciatur. Conf. etiam Hippocrates de Capitis Vulner. pag. 911. et alibi. Et quamuis cum corporis structura congruat, debere in eiusmodi parte aliquam mutationem fieri, quando morbus increscit ac peior fit, plane vt in aliis locis, vbi aliquis humor secernitur: tamen illis prae his id peculiare, adeoque attentione dignum est, quod nunquam non proposito metu, Medicum terreant, ac mortem denuncient. Videtur autem id a vitali virtute prouenire. Quae, etsi ad omnes secretiones perficiendas plurimum, nec tamen aeque multum facit, sed ad vnam alteramque, et praecipue ad nutritionem, quasi integra requiritur. Ad vulnus vero recenti carne implendum, aut in alia parte pus laudabile formandum, vim maiorem, quam ad nutritionem ipsam, desiderari, vel eorum vulneratorum exempla testantur, in quibus ex veneris e. g. vsu, etiam non immoderato, omnis suppuratio cohibita fuit, et mors, contra omnem medicinarum vim, accelerata. Atque debet vitalis facultas eo certius, nouo aliquo morbo superueniente, concidere, quo magis ipsa vulnere, alioue priore morbo, debilitata fuit. Quare ex his signis colligimus, si in morbo aliquo, vel vulnus alteretur, vel in abscessu suppuratio cohibeatur, et vtraque pars detumescat, et arida fiat, ipsam vim vitae a morbo superari, et mortem propinquam esse. Conf. Ill. Platneri Dissert. de Noxis ex cohibita suppuratione.

Πάντα τὰ κρίνοντα καὶ τὰ ὠφελέοντα, καὶ τὰ βλάπτοντα, καὶ τὰ ἀπολλύοντα, ὥς τὰ μὲν περιφεύγων ἀποτρέπῃ, τὰ δὲ προσκαλέων καὶ ἄγῃ, καὶ δέχηται. XXIIII.

Sed maxime, an similia inter se omnia sint, quae iudicandi vim habent, quaeque auxilio praesidioque sunt, nec non quae nocent, vel morbum protrahendo, vel in grauiorem mutando, quaeque denique plane iugulant, et mortem maturant. Et haec quidem Medicus, tanquam pestem, vbique fugiens auertat, atque declinet,

clinet, illa potius excitans prouocansque moueat, ac ſi ſponte fiunt, excipiat et iuuet.

XXV. Καὶ τ' ἄλλα δὲ ἕτω· δέρματος, ἀκρέων, ὑποχονδρίων, ἄρθρων, ὄμματος, σόματος, σχημάτων, ὕπνων, οἷα κρίνει, καὶ ὅτε τὰ τοιαῦτα μηχανάσθαι, καὶ ἔτι ὅσαι τοιαῦται ἀποσάσιες γίνονται· οἵαι ὠφελέουσι βρώμασι, ποσίν, ὀδμῇσιν, ὁράμασιν, ἀκούσμασιν, ἐννοήμασιν, ἀφόδοισιν, ὑγροῖσιν, θάλψει, ψύξει, ξηροῖσιν, ὑγρῆναι, ξηρῆναι, χρίσμασιν, ἐγχρίσμασιν, ἐπιπλάσοισιν, ἐμπλάσοισιν, ἐπιπάσοισιν, ἐπὶ δὲ τοῖσι, ἐπιθέτοισι σχήματα, ἀνάτριψις, ἴησις, πόνος, ἀργίη, ὕπνος, ἀγρυπνίη, πνεύμασιν ἄνωθεν, κάτωθεν, κοινοῖσιν, ἰδίοισιν, τεχνητοῖσιν.

[59] Neque alia reliquorum, quae in corpore eueniunt, ratio eſt. Ex quibus cutis affectiones ſunt, et partium extimarum, et hypochondriorum, et articulorum, et oculorum, et oris, et corporis poſiturae ac ſomni. Nam quae ex his iudicandi vim habent, et quidquid talia ciere mouereque poteſt, tum etiam quotquot abſceſſus eius naturae oboriuntur, vt morbum leuent, et ſalutem polliceantur, ea vt fiant, cuncta moliri oportet. Et ad haec ſane plurium rerum permagna vis eſt, inter quas primum locum cibo potio-

potionique damus. Ex his autem vt ea praeſtant, quae facile aeger concoquit, ad quod et hoc pertinet, vt non plus ſumatur, quam ad vires ſuſtinendas neceſſarium eſt, ſic magnae vtilitatis eſt, temporis rationem habere. Deinde ſuffimenta ſunt, ſexui, conſuetudini, morbo accommodata, res variae, quae quod oculis auribusque obiiciuntur, animum varie commouent, atque excitant, maximeque exhilarant. Neque etiam vanum eſt, apud eos, qui philoſophicis contemplationibus delectantur, rationibus potius quam medicinis vti, corporique adeo per mentem auxilium praeſtare. Praeter haec alia valetudinis praeſidia ſunt, [60] quae demunt aliquam materiam, et per vias, quibus natura aſſueuit, euocant. Vtimurque et his, et vaporibus, ſeu quae fotu humida ſunt, vt calefiant partes, vel refrigerentur, et ſiccis, vt ſuffimentis, quo vel humectentur, atque ex rigidis flexibiles fiant, et pori aperiantur, vel deſiccentur, et robur accipiant; porro vtile etiam eſt, [61] vel illinere aliqua corpore, vel ſimul ita perfricare, vt a patulis per calorem viis, vnguenta reſorbeantur; itemque, cataplaſmatibus vti, emplaſtris, pulueribus inſperſis, [62] aliisque medicamentis ſuperhabitis, ſeu epithematibus. Praeterea, pro varia morbi, nocentiumque humorum conditione, aeger ita figurandus eſt, vt vel plus minus inclinatus, vel in alterutrum latus iaceat. Tum frictione vtendum eſt, [63] vel medicina, et totum corpus, vel aliqua ſaltem pars labore exercenda, aut contra quies imperanda eſt, atque vel ſomnus commendandus et conciliandus, vel aeger ad vigilandum exhortandus eſt. [64] Atque oportet etiam fomentis vti, iisque vulgaribus, aut aegro propriis,

priis, vel a Medico arte paratis, quae ſupernis, infernisque corporis partibus admoueri queunt.

59) *Neque alia.*) Diu dubius haeſi, quomodo hunc locum et interpungerem, et deinde latine conuerterem. Tandem mihi viſus eſt hic nodus optime ſolui poſſe, ſi ponamus, Hippocratem voluiſſe, medentem debere καὶ τ' ἄλλα δὲ ἕτω μηχανάσθαι βρώμασι caetr. et quae ita moliri debeat, eſſe, οἷα κρίνει etc. Et ſic etiam interpretatus ſum. Vt non negem, aliqua in hac interpretatione parum plana eſſe, puto tamen certiſſimum eſſe, reliquorum verſiones nullum plane idoneum ſenſum efficere. Et τὸ μηχανάσθαι non poſt verba: οἷαι ὠφελέουσι poſita eſſe, per ſimplicitatem dictionis Hippocraticae, excuſari poteſt. Nam, vt fere inter loquendum fieri ſolet, Hippocrates, vbi ſcripſerat: οἷα κρίνει καὶ ὅτε τὰ τοιαῦτα μηχανάσθαι, et videbat, ſe abſceſſum omiſiſſe, ſequentia τῷ μηχανάσθαι ſubiecit, addita particula ἔτι ad indicandum, et haec oportere μηχανάσθαι. Malui etiam ὅτε legere, vt Foeſius habet, etſi, quando, verterit.

60) *Quae demunt.*) An ſatius fortaſſe, ſi vertatur, faecibus, vt et his, inter medicamenta, locum, ab Hippocrate, datum eſſe, cum nonnullis credamus? Mihi aliter viſum eſt. Quae ſequuntur verba: ὑγρῆναι, ξηρῆναι, etſi abundare videantur, nolui tamen plane tollere, verum ſic, vt feci, ad praecedentia referre. Forte tamen et aliquo iure ad ſequentia pertinent, vbi vertendum eſſet: Ad humectandum vero, vel ſiccandum, vnctionibus vti decet caetr. Sed illud magis placet.

61) *Vel illinere.*) Meminiſſe hic oportet inunctiones ac frictiones alias athletarum et ſanorum, alias aegrorum eſſe. Neque in his idem eſt illinere, vngere, inungere. χρίσμα accipio pro eiusmodi illitu, qui neruos grate afficit, fitque medicina, quae mediam conſiſtentiam habet, ἔγχρισμα ad molliendas fere laxandasque partes adhibetur, eſtque proprie inunctio, ſed quae non toti corpori adhibetur; id enim puto proprie ἀλείφεσθαι eſſe, verum vni alterique parti, quam e. g. dolor occupauit. Ab his differt ἀνάτριψις, quae ſicca frictio eſt, ac, vt videtur, longior; Hippocrates enim ſaepius ſimpliciter τρίψιν commendat, alias vero vtrumque, et τὸ χρίειν et τὸ τρίβειν, quod frictionem indicat cum oleo fieri debere.

62) *Aliisque medicamentis.*) Quid quaeſo hic ἐπὶ δὲ τοῖσι? forte, quod ex ſequenti ἐπιθέτοισι natum; nam ſane otio-

otioſum eſſe videtur, niſi transpoſita illa verba ſint, vt illa ἐπὶ δὲ τοῖσι ad χήματα referri debeant, quod vtique placet.

63) *Vel medicinae.)* Ergo, quae ante commendata ſunt, non ſunt medicinam facere? Mendam ſubeſſe vix dubitationem admittit. Sed quomodo tollenda? Videbatur ἴησις ſcribendum eſſe, quod Erotianus purgationem, κάθαρσιν exponit. Sed ſupra iam ἀφόδοισιν poſitum vidimus. In mentem venit, poſſe vel ἴανσις, aut ἴηνσις, vel ἴκμησις, ionice pro ἴκμασις, legi. Ἴηνσις perfuſionem ſignificat, aut etiam exhilarationem, ab ἴαινομαι, ἴκμησις ab ἰκμάζω, humectationem. Sed me fateor exemplis deſtitui.

64) *Atque oportet.)* Caſus bis mutati, nempe, vt ab initio dandi caſus eſſet, deinde nominandi, hinc iterum dandi, totum locum ſuſpectum redderent, niſi Hippocraticum ſcriptum eſſet, cui negligentia fere ornamento eſt. Quod vero τὸ πνεύμασιν attinet, etſi de fomentis, proprio ſenſu ſumto vocabulo, id eſt de vaporibus, ex ore miſſis, interpretatus ſum, tamen omnem difficultatem eo ſublatam eſſe, vix puto. An praeſtat πνεύματα flatus et ructus interpretari, vt κοινὰ ſint, quales omnibus hominibus, etiam ſanis, contingunt, ἴδια, quales aegro proprii ſunt, poſt haec vel illa alimenta aſſumta, τεχνητὰ denique, qui per artem excitati ſunt? Ego nihil audeo definire. Si πνεύματα fomenta ſunt, pertinet huc Hermippus, qui, anhelitu puellarum, dicitur annum aetatis 115 attigiſſe, de quo argumento nouiſſimus libellus eſt Cl. Cohauſen, inſcriptum Hermippus rediuiuus. Conf. etiam Baco de Verulamio p. 554 et 559. Opp. Edit. Frf.

XXVI. Ἐν τοῖσι παροξύσμοισι μήτε ἐῆσι, μήτε μέλλησι, μήτε ποδῶν ψύξει, ἀλλ' ἐν καταῤῥόπῳ τῇ νόσῳ.

Sed datum eſt Medicis videre, ne, in ipſo acceſſionis impetu, talia fiant, neue ea proxime inſtante, neue vbi extrema, maxime pedes frigent, [65] quod interni caloris argumentum eſt. Sed medicinam fas eſt, in declinatione morbi, adhibere, videlicet, quum, ſedato interno humorum

orgaſmo, eorum aequalis, etiam per extimas partes, fluxus eſt, ac diſtributio.

65) Conferri meretur Salluſt. Saluianus de Re Medica Var. Lect. Lib. I. Cap. VI. Romae. 1588. 8.

XXVII. Τοῖσιν ἐν τοῖσιν περιόδοισιν παροξυσμοῖσι τὰ προσάρματα μὴ διδόναι, μηδὲ ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφερέειν ἐκ τῶν προσθεσίων, πρὸ τῶν κρισίων.

Similiter in iis morbi acceſſionibus, quae pro affectus, vel aegri natura, temporibus ſtatis redeunt, debet nulla [66] cibi acceſſio fieri. Et grauiter errant, qui, propter infirmitatem aegri et vires fractas, neceſſe eſſe exiſtimant, vt vel cogatur cibum aſſumere, quo maiori imbecillitati conſumtionique praeueniatur. Etiam, vbi iudicatio morbi inſtat, cuius rei indicia medentibus ſunt, id auferendum de cibo eſt, quod adiectum erat, cum morbus aliquantum remiſerat.

66) *Cibi acceſſio fieri.*) Circa cibos, in morbis, acutis maxime, dandos, medentium plurimi, ſed diuerſa ratione, peccant. Nam alii aegris omni cibo, non ſolum valentiore, interdicunt, ſed etiam abſtinere eundem, per plures dies, ab omni alimento, iubent. Alii contra nimium aegris indulgent, vel plane etiam ipſis inuitis, varii generis cibos omni tempore, dant, idque faciendum clamant, quo natura, robuſtior inde facta, morbum et ſuſtinere et ſuperare poſſit. Vt autem omnis valentior cibus, quamdiu morbus viget, homini nocet, et moleſtias creat, neque adeo exhiberi debet, ſic maxime, vbi morbi acceſſio eſt, et criſis inſtat, ſecundum Hippocratis praeceptum, cibi quantitatem imminui oportet. Nam, quo plus cibi aſſumitur, ac quo ille valentior et reſolutu difficilior eſt, eo maior vis vitae, ad concoquendum illum et in humorem corpori ſimilem redigen-

digendum mutandumque, requiritur. Haec autem in omni morbo debilis eſt, et cum hoc conflictatur, vt, quae materia morbum fecit, excoquat. Quare multo cibo, maximeque valentiore, ſumto, totum corpus perturbari neceſſe eſt, ac vitalem virtutem infringi. Ac ipſe cibus, cum a natura debeat in vitalem ſuccum conuerti, ipſa deficiente, in corruptum humorem abire, et non tam corpus, quam morbum, alere debet, et exacerbare, ex quo conſequens eſt, vt criſis vel protrahatur, vel fieri omnino prohibeatur. Hoc autem Hippocratis praeceptum etiam in Lib. I. Aphoriſm. 19. licet paululum mutatis verbis, habetur, quo loco et Aphor. 8. 9. 10. 11. conſulendus eſt, et Aretaeus etiam ait de Cur. Acut. Lib. I. Cap. I. pag. 74. ὑποστέλλεσθαι δὲ ἔν τῇσε κρίσεσι, καὶ μικρόν τι πρὸ τῶν κρισίων. Conf. etiam Celſus Lib. III. Cap. V.

Τὰ κρινόμενα, καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως μὴ κινέειν, μήτε νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακείοισι, μήτε ἄλλοις ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ' ἐᾶν. XXVIII.

Conſtans enim de iudicatione haec curandi lex eſt, neque omnino mouendum id eſſe, quod naturae beneficio, et conuenienti tempore, iudicatur, [67] neque nouari, alterarique debere, quod poſt perfecte iudicatum deuictumque morbum, fortaſſis ſupereſt. Et ad haec neque purganti medicamento vti fas eſt, neque aliis, quae ſtimulant, iterumque humores concitant. Tum enim ſatius eſt, nulla remedia adhiberi, et ſibi relinqui corpora, quae vis naturae a morbo liberauit.

67) *Neque nouari alterarique debere.*) Hippocratem verbo νεωτεροποιέειν, cum ad ſuperſtitem, poſt criſin, materiam, tum ad remanens empyreuma, quod Duretus vocat, reſpexiſſe, admodum veriſimile eſt. Nam et illam aliquando Medici, ſi mouere nequeunt, atque expellere, emendare ſtudent, hoc vero, empyreuma ſcilicet, ſeu, quod idem

eſt, caloris febrilis reſiduum, plurimi, vel ſic dictis refrigerantibus, vel etiam, in Galliis potiſſimum, Chinae vſu, extinguere ſolent, et naturam ita iuuare volunt, quod vtrumque Hippocrates, cum hoc loco facere prohibet, tum Lib. I. Aphoriſm. 20. repetit. Et ſane cum ipſa ratione congruit, ſatius eſſe, poſt criſin perfectam, ab omni medicina abſtinere, et conueniente tantummodo victus genere, viribus aegri ſuccurrere, quae, cum integri morbi impetum frangere potuerint, et eiiciendo oppreſſo, reſectisque neruis, fruſtra contra nitenti hoſti, pares erunt, ac tutam ſibi perfectamque ſanitatem praeſtabunt. Saltem, id omne tunc minus tuto exhiberi, crediderim, quod operoſius chemica arte, ex triplici, quod aiunt, regno, ſed inprimis minerali, paratum eſt, minimumque naturae corporis reſpondet. Videatur Henr. Iac. Stuuen Diſſ. de Reliquiis poſt criſin ad Aphor. 12. Sect. II. Ienae 1727. et de Pre Diſſ. de Cibatione reconualeſcentium. Erf. 1724.

XXVIIII. Πέπονα φαρμακεύειν, καὶ κινέειν, μὴ ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, εἰ μὴ ὀργᾷ. τὰ δὲ πολλὰ ἐκ ὀργᾷ.

Circa coctionem alia cautione opus eſt: non enim omnia bene iudicantur, quae cocta ſunt. [68] Ac tum vtique mouendum eſt, quod coctum fuit, et purgans medicina adhibenda. Sed cruda nunquam cienda ſunt, quoniam id aegrum infirmat, et ordinem naturae interturbat. Etiam in principio morbi vacuantia remedia minus recte dantur, [69] niſi vbi materia turget, quae morbum facit, et breui victum iri aegrotum indicat, niſi protinus auxilium feratur. Tamen et hoc raro opus eſt, quoniam tam prauae indolis morbi, tamque maligni minus frequentes ſunt.

68) *Ac tum vtique.*) Totus hic locus illuſtratus patet in Bern. Paterni Lib. cit. de Humor. purgat. Langii Epiſt. Medic. Lib. I. Ep. 12. et 39. et Lib. II. Epiſt. 41. Altomari Opp. pag.

pag. 35. ſeqq. Edit. Lugd. 1597. fol. et Franc. Vernage Quaeſt. an in acutis orgaſmus a purgante? Paris. 1716.

69) *Niſi vbi materia turget.*) Magnum quid ac diuinum eſt, futura praedicere, videtur tamen et Medicis ex parte conceſſum eſſe, ingenio iudicioque inprimis valentibus. Hoc enim primum vtique eſt, cui Medicus operam dare debet, vbi ad aegrum, morbo praeſertim acuto laborantem, arcerſitus fuit, vt, cognita vera materiae morbificae indole, ipſiusque adeo morbi vel leuitate vel grauitate, quid ſperandum, quid metuendum ſit, adſtantibus exponere poſſit. Ab hoc omnis medendi ratio pendet. Nam vbi Medicus, febrem minus malignam eſſe, cognouerit, et facile a vitali virtute ſuperandam, hanc non, vt ii faciunt, qui ſibi credunt vim poteſtatemque morbos vincendi datam eſſe, vel vomitionibus vel V. S. etiam repetitis, aliisque debilitabit, ſed potius conueniente victu, et reliquarum rerum non naturalium vſu, ac leni quadam, pro ſtatu aegri, medicina, iuuare allaborabit. Conf. Io. Anton. van der Linden Select. Med. XII. 146. ſeqq. Contra ſi turgentem materiam, et magno impetu, vitam ipſam oppugnantem, perſpexerit, vt non leuis adeo metus ſit, ne haec opprimatur, non, vt alii meticuloſi Medici, propter vires aegri iam fractas, efficaci medicina abſtinebit, ſed, quoniam tunc omnis curatio videtur arti relicta eſſe, ſine mora, vel venaeſectionem vel vomitionem praecipiet, vel aluum quoque mouebit, idque, ſi opus fuerit, ſic iterabit, vt oppreſſam fere, a turgente materia, naturam liberet, et ad morbum, porro ſuſtinendum vincendumque, aptam efficiat. Quem finem Medicus facilius obtinet, vbi non aliquo loco materia conſiſtit, ſed vere turgens, magno cum impetu, per vaſa vagatur, qualis facilius vtique e corpore educitur. Hanc enim medendi viam inire, vbi vel hepar, vel aliam ex internis partibus materia obſidet, eſt fere aegrum iugulare velle. Conf. Lib. I. Aphor. 22. Lib. II. Aph. 29. Valleſii Controuerſ. Medic. et Philoſoph. Lib. VII. Cap. XIII. Io. Theod. Schenckii Diſſ. de Materia turgente. Ienae. 1644. et Wolffii Diſſ. de Orgaſmo purgantia, in febribus acutis alias intempeſtiua, vrgente. Halae. 1706.

Α΄ δεῖ ἄγειν, ὅπη ἂν μαλιϛα τῶν ξυμφε- XXX.
ρόντων χωρίων, ταύτη ἄγειν.

Quaecunque autem mouere ac ducere conuenit, [70] qua viam affectant, ſed per congrua maxime loca, ducenda ſunt.

70) *Qua viam.*) Expreſſa haec ſententia paulo aliter in Aphor. 21. Lib. I. eſt; Ibi enim legitur ὅπῃ ἂν μάλιστα ῥέπει διὰ etc. et ab initio huius libri ἀκτέα, ἢ ῥέπει. Quare Foeſius vult τὸ ῥέπει hic poſt μάλιστα inſerendum eſſe. Sed putauerim nihil nos poſſe cogere, quoniam τὸ ῥέπει facile, vt alibi factum, ſenſu non turbato, omitti potuit. Μάλιστα autem poteſt, vel ad ὅπῃ ἂν referri, vel, vt feci, ad ſequentia. Quomodo vero per conuenientia loca, et quae educenda ſint, docet Illuſtr. Hoffmannus Diſſ. de recta atque ſimplici naturae medendi methodo.

XXXI. Τὰ χωρέοντα, μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ἕως ἂν χωρέῃ, οἷα δεῖ, καὶ φέρῃ εὐφόρως.

Quae ſiue naturae molimine atque virtute, ſiue adiutrice arte, abſcedunt, et excernuntur, neutiquam copia aeſtimari oportet, ſed an talia ſint, qualia ſecundum morbi indolem, vel locum affectum, vel coctionis, iudicationisque ſigna eſſe debeant: maxime an aeger id facile ferat, ſeque inde melius habeat.

XXXII. Ὅκου δὲ δεῖ γυῶσαι, ἢ λειποθυμῆσαι, ἕως ἂν τοῦτο ποιήσῃς, ἐπ' ἄλλα ῥέψαι, ἢ ξηρῆναι, ἢ ὑγρῆναι, ἢ ἀντισπάσαι, ἕνεκα τοῦτο ποιέεται.

Sed vbi magnus periculoſusque morbus poſtulat, vsque ad virium proſtrationem, [71] animique

que defectionem ducere, videndum, quousque id fieri ſine detrimento aegri poſſit. Nam ſi eius vires ſufficiant, id quidem fieri debet, donec propoſitum finem obtinueris. Itaque ad alia loca ducas, quod nocet, et nobilem partem opprimit, vel ſuffitu, ſacculis, aliisque remediis vtaris, quae ſiccant, vel contra fotu epithematibusque humectes, vel denique in loca oppoſita reuellas.

71) *Animique defectionem ducere.*) Poteſt quidem ex ipſa corporis ſtructura, quatenus nobis innotuit, non ſatis declarari, quomodo e. g. ſanguine, ad animi defectionem vsque, miſſo, tam ſubito multumque morbus alteretur et imminuatur. Ad quam enim mutationem inde in corpore, per neruorum virtutem, factam alii prouocant, ita, vt ex hoc tempore, quaſi vires corpori, et ordo nexusque earum cauſſarum quodammodo reſtituantur, quibus vita perficitur, hanc equidem metuo, vt omnes plane probaturi ſint. Plura tamen, quae apud Medicos auctores de hac re exempla inueniuntur, tale quid non modo tum euenire teſtantur, cum ad animi defectionem vsque, vel ſanguis, vel alius humor detrahatur, verum etiam, vbi tam vehemens in aliqua parte dolor eueniat, vt aeger animi fere deliquium eo patiatur. Atque ex illis exemplis ſimul etiam hoc conſtat, vtile eſſe, vsque ad animi defectionem, ducere, quando, quae morbum fecit, materia, aliqua in parte, conſiſtit et haeret, vt aliter dimoueri nequeat. Cumque talis euacuationis permagnam vim eſſe, ad obſtructa reſoluenda, ſciamus, an non patet, eam, ſolidis elaſticitatem reddendo, quam maxime agere? Hanc vero, quis neſcit, a neruorum virtute pendere? quam fortius impacta et immobilis haerens materia quaſi oppreſſit. Haec virtus reſtituitur, ſiue opprimens cauſſa tollatur, quod tam larga euacuatione fit, vt animus linquatur, quo impulſus ſanguinis ad partem affectam ceſſat, ſiue noua vis addatur, quod dolor efficit. Atque ex hoc diſcere et id poſſumus, quod magis ad rem pertinet, ſcilicet, quando talem medendi viam oporteat ingredi. Poſſumus vero id etiam ex Boerhauii Aphoriſmis cognoſcere, qui, vt in aliis rebus multis, ita et in hac, veteres cum ſucceſſu imitatus eſt. Conf. Aretaeus de Curat. Acut. Lib. I. Cap. VII.

p. 87. et ad eum Petitus. Caeterum dubito fere, an me ex hoc etiam loco in paraphrasi satis expediuerim. Constructionem vero hanc esse puto, ὅκα δὲ δεῖ γυῶσαι etc. δεῖ subintelligendum est, ἐπ' ἄλλα ῥέψαι id, ἕνεκα τοῦτο ποιέεται, id est, ad extremum vsque ducitur, ἕως τοῦτο ποιήσῃς.

XXXIII. Ἢν ἐξαρκέῃ ὁ νοσέων, τέτοισι τεκμαίρεσθαι. τὰ μὲν ξηρὰ θερμὰ ἔσαι, τὰ δὲ ὑγρὰ ψυχρὰ, διαχωρητικὰ δὲ ταναντία ὡς ἐπιτοπολύ.

Num vero par esse aeger eiusmodi vacuationi queat, quae ad extremum, et vsque ad leipothymiam, ducit, ex his signis iudicabis. Quae sicca sunt, calorem concipient, quae autem humida, frigida erunt, et quae vacuandi, subducendique vim habent, vtplurimum contrarium effectum edent.

XXXIIII. Ταῦτα τῇσι περισσῇσιν ἄνω, ἢν καὶ αἱ περίοδοι καὶ ἡ κατάσασις τοιάυτη ἔῃ τῶν παροξυσμῶν· γίνεται δὲ τὰ πλεῖσα τῇσιν ἀρτίῃσιν κάτω, (ὅτω γὰρ καὶ αὐτόματα ὠφελέει) ἢν μὴ αἱ περίοδοι τὲς παροξυσμὲς, ἐν τῇσι ἀρτίῃσιν, ποιέωνται· ἐν δὲ τοῖσι τοιέτοισιν, ἐν μὲν ἀρτίῃσιν ἄνω, ἐν δὲ τῇσι περισσῇσι, κάτω. ὀλίγαι δὲ τοιαῦται· αἱ δὲ τοιαῦται καὶ δυσκριτώτεραι κατασάσιες.

Quae-

Quaecunque autem ita cieri debent, ſi diebus imparibus fit, ad ſuperiores partes ducenda ſunt, maxime, ſi talis affectionis ſtatus atque indoles fuerit, vt ſimilibus quoque diebus acceſſerit, morbusque exacerbatus ſit. At vero, quae paribus diebus fiunt, ex his plurima deorſum nituntur ac tendunt, vt per aluum, veſicam, aliasue vias excludantur, [72] (qua ratione et ea iuuant, adiumentoque ſunt, quae ſponte eiusmodi tempore eueniunt,) niſi inciderit, vt, quas acceſſiones circuitus attulerint, diebus paribus contingant. In eiusmodi enim morbis, qui paribus diebus exacerbantur, res contra euenit, quodque paribus diebus iudicatur, ſuperiora petit, quod imparibus, ad inferiora fertur. Circa haec duplex facienda animaduerſio eſt, altera, minus frequenter incidere, vt acceſſiones per circuitus, in diebus paribus fiant: altera, ſi eiusmodi morbus ſit, eum admodum difficulter iudicari.

72) *Qua ratione.*) Nexus orationis requirere videtur, vt haec verba ita, vt feci, verubus includantur; ſunt enim vere interpoſita.

Α᾽ταὲρ καὶ τὰ πρόσω χρόνϑ προϊκοντα ἀνάγκη ἔτως, οἷον τρισκαιδεκαταῖα, τεσσαρεσκαιδεκαταῖα· τρισκαιδεκάτη μὲν κάτω, τεσσαρεσκαιδεκάτη δὲ ἄνω. πρὸς γὰρ τὸ κρίσιμον ἔτω ξυμφέρει. XXXV.

Quicunque autem morbi non primo tempore iudicantur, et vltra criticos priores dies, procedunt, neceſſe eſt, vt ad decimum tertium,

vel decimum quartum diem, finiantur. Tum, quae decimo tertio die fiunt, ad partes inferiores feruntur, quae decimo quarto, ad ſuperiores. Nam haec ita fieri per iudicationis leges oportet.

XXXVI. Καὶ ὁκόσα εἰκοσαῖα, πλὴν ὁκόσα κάτω, πολλὰ δὲ δεῖ καθαίρειν· ταῦτα δὲ ἐγγὺς ἐ τῆς κρίσιος, ἀλλὰ προσωτέρω. Δεῖ δὲ ὀλιγάκις ὀξέσιν πολλὰ ἄγειν, τοῖσι κοπώδεσι τὸ σύμπαν.

Sunt vero etiam, quae ad vigeſimum tandem diem iudicantur. Atque ex his, praeter ea, quae ad inferiora fiunt, et per has vias deſcendunt, quorum ſane perpauca ſunt, [73] plurima purgari oportet, quae natura, prae imbecillitate, plane expellere non poteſt: nam aliter fere metus eſt, ne morbus reuertatur. Et in hac re etiam circumſpectione opus eſt, ne medicamentum detur, vix iudicato morbo: ſed vbi mouendum aliquid, id [74] longius poſt criſin fieri debere, inter Artis praecepta eſt. [75] In illis acutis morbis, qui parum celeriter curſum ſuum abſoluunt, multa ducenda ſunt, in laborioſis vero, quod in iis vires ad iudicationem perfectam minus ſufficiunt, humorumque immodica redundantia eſt, praeſtat, id omne ciere, quod valetudinis cauſſa fuit.

73) *Plurima purgari oportet.*) Forte quod haec nonnullis contraria et pugnantia cum iis videbuntur, quae ſupra ab Hippocrate praecepta ſunt: neque mouenda neque nouanda eſſe,

eſſe, quae vel dum iudicentur vel etiam iudicata ſint. Sed attendendum maxime ad hoc eſt, eo loco Senem Coum ſimul addidiſſe: quae perfecte iudicata ſint; tum noſtro hoc loco de eiuſmodi morbis ſermonem eſſe, quorum iudicatio, propter vires aegri vitales debiles, vſque ad vigeſimum diem, protracta ſit, neque adeo facile poſſit perfecta eſſe. Quare, ne id, quod ſuperat, morbum facientis materiae, nocere, vel alium morbum producere, vel in cauſſa eſſe poſſit, vt idem affectus reuertatur, omnino, ſed parum, in acutis morbis, purgandum eſſe, Hippocrates propoſuit, quo infirmae debilique naturae ſuccurratur.

74) *Longius poſt criſin.*) Hic paullo confidentius, auctore Foeſio, τὸ ἔτω mutaui in ἀ τῆς. Eſt autem peculiaris dictio, ἐγγὺς ἀ pro ἀπ ἐγγὺς, quae tamen Hippocrati quaſi propria eſt.

75) *In acutis.*) Neſcio quid Foeſium mouerit, vt quamuis in graeco textu τὸ ὀλιγάκις ad ὀξέσι retulerit, maluerit tamen in verſione ad πολλὰ referre, et ſic ſenſum verborum reddere, cum Medicina Hippocratica, pugnantem. Quid ſit morbus ὀλιγάκις ὀξὺς patebit ex paraphraſi. Cum febris ſaepius medicinae loco ſit, ſi magna materiae vis in corpore eſt, planum eſſe debet, cur ὀλιγάκις ὀξὺς minus vtilis ſit, et cur oporteat πολλὰ ἄγειν.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐς ἄρθρα, καὶ παρὰ γνάθους μάλιστα, ἀποστάσιες γένονται, ἐγγύς τι τῶν πόνων ἑκάστου, ἐπὶ τὸ ἄνω μᾶλλον καὶ τὸ σύμπαν. Ἢν ἀργὸς ἡ νοῦσος ἔῃ καὶ καταῤῥοπος, κάτω καὶ ἀποστάσιες· μάλιστα δὲ πόδες θερμοὶ κάτω σημαίνουσι, ψυχροὶ δὲ ἄνω. XXXVII.

76 Atque in eiusmodi febribus, quae difficilem iudicationem habent, in quibusque laſſitudinis ſenſus eſt, frequenter abſceſſus fiunt, quodque abſceſſit, maxime in articulis, et maxillis, glanduliſque prope aures, illapſa, conſiſtit, ſcilicet, prout

prout hic vel ille locus propinquior iis partibus eſt, quae laborant, doloribusque affliguntur. Sed plerumque ſe omnis ad ſuperiora conuertit. Tamen ſi lentus diuturnusque ideo morbus eſt, et materia ad inferiores partes proruit, in his etiam abceſſus fiunt. Cuius rei indicium maxime pedes faciunt. Nam in quo ipſi calidi ſunt, in eo aliquid infra abſcedit, in quo autem frigidi, in eo ſe vis morbi ad ſuperiora confert.

76) *Atque in eiusmodi.*) Haec ſententia etiam in Aphoriſmis legitur Lib. IIII. Aph. 31. ſed ibi additum eſt κοπώδεσι. Et ſane non in omni febre abſceſſus fiunt. Ergo niſi velimus et hic τὸ κοπώδεσι inſerere, certe legendum videtur: ἐν τοῖσι τοιούτοισι πυρετοῖσιν. Nolui tamen in textu ipſo aliqua mutare, ſed ſufficere putaui, ſi paraphraſin ſecundum hanc emendationem facerem.

XXXVIII. Οἵσι δὲ ἀνισαμένοισιν ἐκ τῶν νούσων, αὐτίκα δὴ ἐν χερσὶν ἢ ποσὶ πονέουσί τι, ἐν τούτοισιν ἀφίσανται· ἀταὶρ καὶ ἤν τι πεπονικὸς ἔῃ, πρίν ἢ νοσέειν, ἐς ταῦτα ἀποσηρίζεται· οἷον καὶ τοῖσιν ἐν περίνθῳ βηχώδεσι καὶ κυναγχικοῖσιν· ποιέουσι γὰρ αἱ βῆχες τὰς ἀποστάσιας, ὥσπερ οἱ πυρετοὶ τοιαύτας.

Etiam, ſi ſtatim ac morbus ſe inclinauit, et aegri ad ſanitatem redeunt, ſiue in manibus, ſiue in pedibus moleſtum ſenſum habent, in his partibus abſceſſurum eſſe, ſciendum eſt, quod ab imperfecta iudicatione euacuationeque ſuperat. Eodemque modo, ſi quae pars corporis laſſitudinis

dinis grauitatisque ſenſum habuit, antequam homo in graviorem morbum incidit, ſignum eſt, in ea maxime parte, morbum conſtiturum eſſe. Id autem nouimus, Perinthi incolis contigiſſe, qui cum tuſſi antea vexati eſſent, deinde angina correpti ſunt. Tuſſes enim ſimiles, ac febres, abſceſſus faciunt: ſiquidem continuo ſtimulo, quicquid nociuum in corpore eſt, ad ſpiritus vias attrahunt, vbi abſcedit.

Κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον συμβαίνει ἢ ἀπὸ χυμῶν, ἢ σώματος συντήξιος, καὶ ψυχῆς. XXXVIIII.

Inque hunc modum id genus morbi fiunt, vbi vel humores exſuperant, inque debilem prae reliquis, infirmamque aliquam partem concurrunt, ibique conſiſtunt, vel ſi corporis aliqua pars colliqueſcit, vel vbi in mente vitium eſt, quod ſimul noxam in corpus inuehit, quod [77] his tribus principiis continetur.

77) *His tribus principiis.*) Ab initio mihi placebat partim Calui et Cornarii coniectura, qui legunt φύσεως, partim et ea lectio, quam ex Vaticanis exemplaribus Foeſius profert. Sed quando videbam, Hippocratem in ſequentibus loqui primum de humoribus, deinde in altero paragrapho ſequi τὸ δὲ σῶμα etc. et in tertia denique ψυχῆς ἀκρασίη, putaui retinendam vulgatam lectionem eſſe. Caeterum tria illa principia omnis fere antiquitas agnouit, fluidum, ſolidum, et impetum faciens, quod ſpiritus eſt, corpori ab auctore naturae immiſſus. Et nos debemus haec tria admittere; fluida enim ac ſolida etiam in mortuo ſunt. De tertio quaeritur, quid ſit, ac, ſi mens ſit, an omnes ſolidarum fluidarumque partium motus regat, et quo modo. Vtrumque tot difficultatibus impeditum eſt, praecipue hoc, vt vel poſſibilis modi excogitatio vni alterique ex Philoſophis immortalem gloriam pepererit apud eos, qui malunt, inutiles coniecturas faciendo, errare, quam ignorantiam ſuam fateri. Tamen nihil fere pernicioſius eſt generi humano, quam ſi

et

et Medicos eiusmodi quasi rabies inuadit, qui, etsi hoc naturae mysterium aperirent, tamen nihilo certiorem Medicinam facerent, nunc, cum id, aeque ac Philosophi, nesciant, multis tamen coniecturis optimam artem adeo fallacem efficiunt, vt eo certius homines iugulent.

XXXX. Τὲς μὲν ἔν χυμὲς ἐιδέναι ἐν ἧσιν ὥρησιν ἀνθέϐσι, καὶ οἷα ἐν ἑκάϛοισι νοσήματα ποιέϐσι, καὶ οἷα ἐν ἑκάϛῳ νϐσήματι παθήματα.

Primum igitur ad omnem de humoribus doctrinam plene rectèque capiendam sciendum est, quales ex illis quatuor corporis animati succis, singulis anni temporibus, efflorescant, et quasi inter reliquos principatum teneant, deinde, quae valetudinum genera, ipsi [78] singulis tempestatibus gignant: tandem quales in quouis morbo affectus pariant, atque symptomata, siquidem haec a varia humorum indole procedunt.

78) *Singulis tempestatibus.*) Si vox ἑκάϛοισιν, vt quidem est, ad illam ὥρησιν referri debet, scribendum ἑκάϛησιν, sed potest etiam intelligi καιροῖς, hinc nihil mutaui. Talia enim occurrunt apud antiquissimos illos Graecos Scriptores, quale est et hoc apud Thucydidem Lib. II. 47. p. 127. Edit. Dukeri, ἡ νόϛος πρώτον ἤρξατο γενέϑαι τοῖς Ἀθηναίοις, λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον πολλαχόϛε ἐγκατασκῆψαι, vbi λεγόμενον ad τὸ νόσημα, vt synonymum τῆς νόϛε pertinere videtur. Vid. ad hunc locum Stephanus, Hudsonus et Cl. Dukerus. Legitur et alibi apud Hippocratem, vt de victu in Acut. p. 383. 54. et p. 388. 28. item apud Aretaeum de C. et S. Morb. D. L. II. C. 13. p. 68. τὰ κέρατα - - ὁι μέϛοι scil. ὀδόντες. Nam ibidem dixerat: μετεξέτεροι τάδε (κέρατα) ὀδόντας κικλήϛκεϛι.

XXXXI. Τὸ δὲ σῶμα τὸ ἄλλο, ἐς ὅ, τε μάλιϛα νόσημα ἡ Φύσις ῥέπει· οἷόν τε ϛπλὴν ἐνοιδέων ποιέ-

εἰ,

ει, τέτων τι καὶ ἡ Φύσις· χεδόν τι καὶ χρώματα σειρεοῖ, καὶ ἤ τι ἄλλο, ταῦτα διαγεγυμνᾶδαι:

Tum etiam reliqua corporis conſtitutio, et peculiaris ſingulorum ſpectandus habitus eſt, ex quo intelligi poſſit, in quae valetudinum genera eorum natura procliuis ſit. Eſt igitur medentium diſcere, cuiuſmodi illi morbos experiantur, quibus magni tumidique lienes ſunt. [79] Quibus enim hoc viſcus tumet, idem accidit ac iis, qui corporis inflationes patiuntur, quas emphyſemata nominant. Propemodum etiam vniuerſus corporis habitus magis corrumpitur, magiſque etiam cutis colores vitiantur, quoniam omnes ſucci, maximeque bilis, corrupti ſunt. Sed quod ferum ab hepate lieneque tumidis, redundat, et vias diſtendit, corpora intumeſcere incipiunt, et vel inani tumore eleuantur, vel aquam ſub cute colligunt, ſiue etiam, in corporis caua effuſa lympha, diſtenduntur. Atque in aliis rebus, quae ex eo genere ſunt, non minus oportet exercitatum eſſe.

79) *Quibus enim.*) Et hic locus ex iis eſt, ex quibus me expedire vix potui. Ita autem olim conuerteram, ac ſi ſcriptum eſſet: τέτων δὴ καὶ ἡ Φύσις, χεδόν τι καὶ χρώματα κάκίω. Sed nunc potius vix dubito, quin vera ſit vulgata lectio, modo pro *φύσις* legatur *φύση*. Ad hunc enim locum Erotianum reſpexiſſe exiſtimo, vbi dixit: *φύσαν ἐν τῷ περὶ χυμῶν τὸ ἐμφύσημα λέγει.* Caeterum monere volui, etſi Hippocrates de origine cauſſiſque morborum, qui ex humorum et ſolidarum partium vitio, et tertia illa hominis parte, quam *ψυχὴν* vocat Hippocrates, hic inprimis agat, me tamen ita omnia interpretari voluiſſe, vt conſtaret, debere praecipue tertiae illius partis, etiam in decurſu morbi iam nati, et quae tunc incidunt, mutationibus, permagnam rationem haberi.

XXXXII. Ψυχῆς· ἀκρασίη ποτῶν καὶ βρωμάτων, ὕπνε, ἐγρηγόρσιος, ἢ δι' ἔρωτάς τινας, οἷον κύβων, ἢ διὰ τέχνας, ἢ δι' ἀνάγκας· καρτερίη πόνων καὶ ὧν τινων τεταγμένη, ἢ ἄτακτος· αἱ μεταβολαὶ ἐξ οἵων ἐς οἷα.

Denique et ſpiritus animique vtiliſſima cognitio eſt. Iuuat igitur ſcire, an quis intemperans, ac [80] deditus gulae ſit, compotationesque amet, num potius fame ſitique ſaepius exerceatur, denique [81] an ſomno nimis indulgeat, aut contra vigiliis nimiis, corporis vires frangat. Expeditque horum etiam cauſſas tenere. In aliis enim, ob rei cuiuſdam amorem ac ſtudium, fiunt, vt quum quis talos et teſſeras perdite amat. In aliis propter literarum atque atium ſtudium, in quas nimium incumbunt, in aliis denique ob neceſſitatem, et quod aliter victum parare nequeunt, talia euenire ſolent. Et ſimiles vtplurimum pertinacis aſſiduique [82] laboris cauſſae ſunt, qui corpus nimium exercet, atque infirmat. Qui vtrum ex ordine fiat, atque perficiatur, an vero varius atque inordinatus ſit, ſcilicet, quo corpora [83] multo grauius affliguntur, noſſe etiam permultum intereſt. Licet enim ex his multorum morborum originem cognoſcere. In qua tamen re quia aliqua varietas eſt, tum harum mutationum, tum aliarum quarumcunque ſic ratio habenda, vt, ex quibus in quae mutatio facta ſit, Medicus perſpectum habeat.

80) *Deditus gulae.*) Conf. Stahlii Diſſ. de intemperantia edendi nocua, Hoffmanni de Diaetae vitio, multorum morborum cauſſa, Schulzii de Coena immodice largiori, et Bergeri

geri de Errore diaete in potu, Cl. Stentzelii de Poculis ſanitatis, poculis vitae et mortis, et Lutheritii de Ebrietate noxia et vtili.

81) *An ſomno.*) Vid. Cl. Stieff Diſſ. de Morbis a ſomno et Puſcheri de Morbis a peruigilio.

82) *Laboris cauſſae.*) Legi meretur Ill. Platneri Diſſ. de negotioſa actione, propter valetudinem, circumcidenda.

83) *Multo grauius.*) Motus vtilitatem et neceſſitatem ipſam nullum vnquam Medicum negaſſe inuenio. Sunt autem eius effectus varii, cum in fluidis corporis partibus, tum quoque in ſolidis. Incaleſcere corpora mota, peruulgata res eſt, et attrita inter ſe etiam perdunt aliquid, ac, ſi maior vis eſt, comminuuntur. Quae cum in vtriuſque generis partibus corporis humani fiant, fluidae praecipue ſoluuntur, calore autem nimium aucto, aliae potius coguntur, aliae in ſalia acria reſoluuntur. Solidae autem, quae fere omnes canalium formam habent, vbi antea torpidae quaſi fuerunt, primum vires quaſi recuperant, et magis apertae, libere humores transmittunt, mox nimis intenſo motu, iuſto ampliores factae, et craſſiores humores, quam debebant, recipiunt, et ipſae elaſticam virtutem amittunt. Quae ex his plura ſequantur, optime expoſitum eſt a Magno Boerhauio in Aphor. practicis §. 100. et a veriſſimo eius interprete Cel. van Swieten, cum quo mihi licere amicitiam colere, magno felicitatis loco habeo. Variant autem effectus 1. pro genere motus; alio enim totum corpus, alio vel ſuperiores vel inferiores artus tantum exercentur, alio abdominis viſcera, alio pectoris, vel etiam cerebrum, agitantur, quibus vtique parcendum eſt. 2. Pro tempore; nam quis non videt, parum vtile eſſe corpus exercere, aeſtate ſudore diffluens, vel ex vigiliis debile? 3. Pro ordine; nam et in motu conſultum non eſt, ſe legibus obligare, intermiſſus enim ordo exercitationis corpus affligit. Deinde quamuis ſatius eſt, et in hoc varium vitae genus habere, et modo quieſcere, modo ſe exercere, tamen plurimi peccant hoc, quod, cum diu a motu abſtinuerunt, athleticis exercitationibus corporis robur ſoluunt, aut, vbi potu et eſca ventriculum repleuerunt, ſubito ad immodicas exercitationes tranſeunt, quae ad concoctionem neceſſarios ſuccos ventriculo ſubtrahunt, et corpus infirmant.

XXXXIII. Ἐκ τῶν ἠθέων φιλοπονίη ψυχῆς, ἢ ζητέων, ἢ μελετέων, ἢ ὁρέων, ἢ λέγων, ἢ εἴ τι ἄλλο, οἷον λύπαι, δυσοργησίαι, ἐπιθυμίαι.

Ex moribus vero etiam permulta cognoſci poſſunt, quae ad valetudinum, et in his mutationum, notitiam pertinent. [84] Igitur, in cuius rei ſtudio ſe quiſque exerceat, videndum eſt, videlicet, an philoſophi more, de rebus quaerendo diſputet, aut accurate omnia cogitet ac meditetur, aut [85] totus in contemplandis naturalibus corporibus ſit, aut denique cauſſas [86] peroret; praeter haec alia quaedam ſunt, quae ab animo pendent. Inter quae potiſſimum haec referuntur, atque cognoſci debent, videlicet, an quis [87] facile contriſtetur, an graues diuturnasque iras animo concipiat, vel aliquid vehementer [88] concupiſcat. Namque his cognitis, et quos praecipue morbos eiusmodi homines experiantur, et vbi aliqua illis contraria in morbis inciderint, protinus ſcire licet, an mali morbi teſtimonia ſint, vbi cum aliis ſignis contuleris.

84) *Igitur.*) Prae omnibus, operae pretium eſt, legere ad hunc locum Franci de Frankenau Orat. de ſtudiorum noxa, et, quos ibi citat auctores, ex reliquis vero B. Schacheri Diſſ. de Eruditorum morbis, Iuſti Veſti de Atrophia literatorum, et Frid. Schraderi de Eruditorum valetudine.

85) *Totus in contemplandis.*) Totum corpus, etiam ſi non abutaris, tandem ſe ipſum deſtruit, et moritur homo ſine morbo, de quo argumento Ill. Hoffmannus dixit in Diſſert. de fato Phyſico, et in Med. Rat. Syſt. Tom I. Sect. I. Cap. 1. et elegantiſſimum ſcriptum eſt Ill Richteri. Quanto facilius eſt, vt ſingulae partes deſtruantur, praecipue, ſi iis abutamur? Prouiſum quidem eſt a natura, vt, quarum partium frequentior eſſe vſus debet in vita, earum etiam vires pro magnitudine augeantur, ac ipſae firmentur; eſt tamen hoc cum aliquo ſanitatis diſpendio coniunctum, neque

ſere

fere illa munimenta disiiciuntur, quin sanitas ipsa permultum detrimenti patiatur. Oculus, si magnitudinem spectes, plures maioresque neruos, quam vlla alia corporis pars, a natura accepit, ex ipso propinquo cerebro, ac, si Petito Medico fides haberi posset, a principe intercostale neruo, ex parte, huc ductos atque directos. Sine tot tantisque adminiculis nullus forte mortalium esset, post quadragesimum aetatis annum, vsum oculorum habiturus. Propter haec, si coeli pulchritudinem, si humani corporis artificiosam fabricam, si stupendae paruitatis insectorum viscera, omni oculorum acie, contemplamur, vertiginosi efficimur, capitis dolore, infirmitateque perpetua discruciamur, parum appetimus, sumta male concoquimus, neque aluum neque vesicam respondentem habemus, cor saepe palpitat, pectus, quasi mole oppressum, suspiriis leuare nitimur, sensuum vsum paulatim perdimus, tandem non vna via, ante, quam debebamus, imus eo, vnde negant redire quemquam. An alia horum malorum caussa, quam spirituum dissipatio? cum ex musculis, quibus, vix paucarum horarum somno, breuem quietem concedimus, tum etiam ex membranis oculi, vt, si non cum Platone et Stoicis nonnullis, ad visum facientes, radios, tamen de neruorum subtilissimo succo, continuo aliquid emanare ponamus. Et mihi quidem aeque certum esse videtur, neruorum liquidum ex corpore effluere, ac sanguinem per vasa corporis circumire. Nonne enim a reliquis humoribus sola fere subtilitate differt? Et ad quem vsum tanta vis sanguinis ad cerebrum non solum fertur, verum etiam per eius vasa circumfluit? Perdi necesse est, quia continuo nouum paratur. De oculorum vitiis non dicam, sed vide aliquot memorabilia exempla apud Boerhaauium Praelect. Vol. IIII. pag. 240.

86) *Peroret.*) Inter plura exercitationum genera, quibus tuendae sanitatis vis inest, etiam oratio est, quae cum pulmonibus respirationisque aliis instrumentis perficiatur, debet, si moderata est, plures forte vtilitates, si immoderata, innumeras eo certius noxas toti corpori afferre. Conf. Ern. Henr. Wedel Diss. de morbis concionatorum. Respiratio autem corpori permagnam vtilitatem praecipue hoc praestat, quod, cum pulmones, per vices, ab irruente aere, expandantur, sanguinem, cum nouo chylo commistum, liberius admittunt, et vtriusque humoris accuratissimam miscelam faciunt, deinde vero et hoc, quod aer, qui redditur, magnam vim inutilium humorum secum fert, ne de diaphrag-

matis actione in viſcera, ventre concluſa, dicam. Sermo vero, etſi inſpirationem accelerat, exſpirationem tamen, etiam tardiſſimus impedit. Quorum cum id hanc vim habeat, vt pulmo ſubito explicetur, ſanguis in eius vaſa perniciſſimo motu fertur. Hoc autem cum id efficiat, vt aer diutius retineatur, inter hunc vero et vim, pectus pulmonesque conſtringentem, ante, quam aer redditur, mutuus reniſus fit, quo vel maxime ſanguinis comminutio miſtioque perficitur, reditusque per venas acceleratur, magnum reſpirationis et ſanguificationis adeo adiumentum eſſe oratio videtur. Praeterea cum pulmonum tranſpiratio debeat, quam maxime apertis extremis arteriolis fieri, et hanc oratione augeri neceſſe eſt, ne de diaphragmatis maiore vi in ventriculum, inteſtina, hepar, lienem, horumque veluti ſuccuſſione dicam. Sed hae moderatae orationis vtilitates ſunt. Quae modum excedit, eo grauius corpus affligit. Sanguis enim, quia per vaſa pulmonum parum aperta, nimia celeritate, pulmones tranſire debet, crudus manet, et dum, vti fit, coepta exſpiratione, ſermo protrahitur, venoſus quidem ad cor redire poteſt, contra, qui a corde affluit, ad extremas arterias colligitur, et dum aer ſubito tandem redditur, partim vi inſolita, cogitur in venas ire, partim in arteriis haeret, quibus vim infert, ac vel ruptis effunditur, vel mora ſpiſſus efficitur. Bronchia etiam, quae non per muſculares, ſed tendineas fibras, et quaſi ligamenta, continentur, non impune ferunt nimiam ac nimis diu protractam dilatationem, facileque adeo perdunt aliquid de elaſticitate illa, qua ſola ſeſe reſtituunt. Hinc per totam vitam ſaepe inaequalis reſpiratio, ob bronchiorum debilitatem, manet, quam grauiſſima mala conſequuntur, quorum cauſſam non raro negligimus, et ignoramus. Ad haec longa oratio, omnes ſpiritales vias exſiccat, quae aſperae factae, periculoſiſſimam tuſſim, et feruida tempeſtate, eam peripneumoniae ſpeciem concitant, quae ab obſtructis bronchialis arteriae extremis ramis proficiſcitur. Exſiccat etiam fauces, os, nares, imo oculos, et aures ipſas, ob vias, ab his ad palatum, ab illis in nares pertinentes. Ex quo, quales morbi oriri poſſint, facile eſt, colligere. Eſt autem et magna temporis ratio habenda; cum enim oratio, et aeris itu redituque fauces exſiccet, et maxillae inferioris validiſſimo motu, glandulas ſaliuales quaſi emulgeat, plus nocet oratio ante vel poſt paſtum, quam ſi longius inde abeſt, et qui etiam aliquanto ſupra modum

ela-

elatus ſermo vtilis eſt, tum, cum ſanguis chylo remiſtus per pulmones diffunditur, is nocet, elaborato iam ſanguine inſtitutus. Caeterum, quantum ad ſanitatem tuendam oratio valeat, eleganter expoſitum eſt a Plutarcho, de Sanitate tuenda pag. 130. Tom. II.

87) *Facile contriſtetur.*) Moeſtitiae effectus non in omnibus iidem ſunt. Sunt vero ex grauiſſimis, melancholia, et, cuius ipſe in vno ex affinibus exemplum habui, lenta neruorum reſolutio, maxime in artubus inferioribus. Vtraque affectione cum fluidae cum ſolidae partes laeduntur, magis tamen ſolidae, quae, vbi infirmae factae ſunt, vimque fluidas mouendi miſcendique perdiderunt, et hae, mobilioribus diſſipatis, lentae craſſae et immobiles fient, orieturque, quam veteres dixerunt, atra bilis. Moeſti autem homines cum omnem cogitationem, et quaſi vim animi, in eam rem ſolam conferant, quae primum triſtitiae affectum in iis concitauit, neglecta totius corporis cura, et omni ſpirituum vi ex partibus quaſi in cerebrum reuocata, atque coacta, ſolidorum robur, tanquam vitae ſanitatisque maximum praeſidium, deiiciunt. Quod ex Medicis permulti, ſiue neſcire, ſiue non curare videntur, qui, quo eo citius ipſam miſellam vitam opprimant, omni eam euacuantium aſperiorum genere oppugnant. Multo autem prudentius ii agunt, qui cibo liquido, bene nutriente, carne ferina, inprimis ex volatilibus, potu tenui, ſed aliquantum ſpirituoſo, acidulis non purgantibus, ſed roborantibus tantum, et parce vtuntur, et, vbi ſic humidius corpus fecerunt, id leui motu exercent. Illud autem ſcire oportet, ſemper ſatius eſſe, his copiis ſenſim auctis, leuibus dimicationibus, hoſtem debilitare, quam omni vi eum vna vice opprimere velle.

Ad haec in Forenſi Medicina nota quaeſtio eſt: an partus vltra nonum aliquando menſem protrahi poſſit? Quae cum maxime tum agitetur, cum ſe vidua dicit a moriente marito grauidam relictam eſſe, et decimo tandem vel vndecimo menſe, ab eius morte, puerum enititur, ſunt vtique inter recentiores Medicos, qui, vt forte muliercularum potius famam, quam veritatem, tueantur, inter cauſſas, partum tardantes, etiam triſtitiam numerant, ex morte mariti ortam. Et hanc laudabilem in probis caſtisque feminis, in aliis forte talem, quali Epheſia matrona apud Petronium ſibi immortale nomen peperit, equidem negare nolo, de illo tamen eius effectu vehementer dubito. Praeterquam

enim, quod omnis animi affectus potiſſimum abortum facit, grauidae, quae aliis morbis conflictantur, fere ſemper immaturum debilemque partum edunt. Moeſtitia autem, cum totum corpus infirmet, huiusque debilitas indies maior fiat, partus autem eo plus ali debeat, quo propius a nono mense abeſt, videtur vis nutriens potius ante haec tempora prorſus deficere, quam longius durare poſſe. Quod ſi vero triſtitia primis tantum menſibus noceat, paullatimque minuatur, videtur eo certius abortum concitatura eſſe, quo teneriora eo tempore infantuli vaſa ſunt, vel etiam, vt in vnam difformem maſſam omnia concreſcant, effectura. Ad haec, ſi, tardari partum moeſtitia poſſe, ponamus, ad minimum hoc ſequetur, vt admodum debilis ſit, et raro ſuperſtes, quod, quam parum cum experientia conueniat, maxime obſtetrices norunt.

88) *Concupiſcat.*) De cupiditatis, ſpei ſimiliumque affectionum vi in corpus humanum, praeter alios omnes, accurate egit Ill. Richterus in Diſſ. de mirabili ſanatione mulieris Bremenſis.

XXXXV. Τὰ ἀπὸ συγκυρίης, λυπήματα γνώμης, ἢ διὰ τῶν ὀμμάτων, ἢ διὰ τῆς ἀκοῆς, οἷα τὰ σώματα· μύλης μὲν τριφθείσης πρὸς ἑωυτήν, ὀδόντες ἠμώδησαν, παρά τε κοῖλον παριόντι, σκέλεα τρέμει, ὅταν δὲ ἐν τῇσι χερσὶν ὦν δεῖται ἆραι, ἄυται τρέμεσιν. ὄφις ἐξαίφνης ὀφθεὶς χλωρότητα ἐποίησεν. οἱ φόβοι, οἷον αἰσχύνη, λύπη, ἡδονή, ὀργή, τ' ἄλλα τοιαῦτα ἕτως ὑπακέει.

Proinde nec omittenda haec ſunt, [89] quae, dum caſu incidunt, animum percellunt, et anxium ſollicitumque reddunt: ſiue homo aliquid viderit, vel audiendo perceperit, quod grauem mole-

moleſtumque in animo ſenſum excitet. Talia autem a corporis natura conſtitutioneque proueniunt, quam adeo mens ſequitur. Ita enim nonnullis dentes obſtupeſcunt, et quaſi hebetes fiunt, ſi molae inuicem atteruntur. Aliis crura potiſſimum, reliquique artus contremiſcunt, vbi per caua loca adeoque obſcura progrediuntur, aut foueas profundasque caueas tranſeunt. Aliorum manus ſubitus tremor occupat, dum tollere cupiunt, quibus opus habent. Serpens repente viſus, propter periculi metum, aliis pallorem inducit. Ergo ſi quem facile affici eiusmodi rebus nouimus, facile eſt, et ea dignoſcere, quibus, ſi forte in morbo inciderint, corpus animusque commoueatur, et alia praecauere. Nam mens ita corporis ſtatum ſequitur, vt pro obiectorum varietate, vel timorem concipiat, vel pudorem habeat, aut moerorem, aut voluptatem ſentiat, aut iraſcatur, vel aliis affectibus agitetur.

89) *Quae, dum caſu incidunt, animum percellunt.*) Male enim Girardetus verba: τὰ ἀπὸ συγκυρίης a ſequentibus ſeparaſſe videtur, ſiquidem haec, tanquam extus incidentia, animumque per corpus commouentia, antecedentibus non quidem opponit Hippocrates, attamen ita adiungit, vt probe diſtingui mereantur. Neque ſine ratione Hippocrates haec corporis conſtitutioni reſpondere, poſuit Nam prout ſenſuum noſtrorum organa, a ſitis circa nos corporibus variis, plus minus facile commouentur, eorum quoque effectus plus minus facile ad animum tranſeunt, eumque affligunt, et inde iterum in corpus agunt. Idque adeo vel contremiſcit, vel colorem amittit, et pallet, vel quaſi frigore inhorreſcit, aliterue perturbatur. Quorum motuum omnium neque generalis, neque ſpecialis ratio, niſi ex hypotheſi aliqua, reddi poteſt, quae adeo paucis ſatisfaciet. Ex hoc autem intelligitur, de qua re nos etiam ſuperiore aliquo loco diximus, cur Hippocrates Medicos iuſſerit, ad odores, ſermones, figuras, ſimiliaque animum attendere,

quae aegri minus facile, nec ſine animi perturbatione, ferre poſſint. Igitur prudentis Medici eſt, etiam videre, ne aegrum, ſiue lux, ſiue tenebrae, picturae vel imagines eo loco ſuſpenſae, vbi decumbit, lectus ipſe, ſiue durus, ſiue mollis, ſtrepitus, aut ſilentium, et confabulantium ſuſurrus, odores varii, geſtus adſtantium, atque ex his ſiue viri ſiue feminae, offendant. Nam, vbi ſaepius ita, grauiusque animo moto, corpus ſimul afficitur, et alteratur, neque natura, neque Medicus officio ſuo recte fungi, finumque finem obtinere queunt. Maxime autem id ex eo eluceſcit, quod eiusmodi animi commmotiones etiam in vitales functiones ſuam vim exerunt, easque perturbant.

XXXXVI. Ἑκάςῳ δὲ τὸ προσῆκον τὲ σώματος τῇ πρήξει, ἐν τέτοισιν ὑπακέει, ἱδρῶτες, καρδίης παλμὸς, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν δυναμίων.

Attamen et hos denuo [90] corporis affectiones conſequuntur. Cuius ſingulae partes prout ſuas in corpore functiones adminiſtrando, ſingulis animae affectionibus ſubiectae ſunt, et ab iis in agendo pendent, his eius motibus reguntur, atque obediunt. Prout igitur affectus animus eſt, vel corpus ſudore diffluit, vel cor palpitat, et quae ſimiles reliquarum partium facultates, harumque affectiones ſunt.

90) *Corporis affectiones.*) Quamdiu, in quo vnio corporis et animi conſiſtat, ignorabimus, tamdiu fugiet nos ratio, qua animi affectiones tot mirabiles in corpore effectus edunt. Concedam ipſas ſtimulum neruis addere, de qua re multa vtilia Bellinus, atque etiam Santorinus, de ſtructura et motu fibrae, ſcripſerunt, ſed qualis ſtimulus a timore e. g. neruis imprimatur, qualis contra ab ira, quis determinare audebit? praeſertim cum iram neque in omnibus hominibus, neque adeo in eodem homine, omni tempore, idem effectus conſequatur. Sufficit Medico ſingulorum affectuum effecta ſcire, inde maior certitudo in praxi, quam e doctrina de ſtimulis. Sic a terrore epilepſiam ortam in pueris legi-

legimus apud Schenckium Lib. I. Obſ. 214. 216. 217. Binningerum Cent. I. Obſ. I. Breslauienſes Verſ. XIII. pag. 163. Huc etiam pertinere videntur hiſtoriae duarum mulierum, pueros epilepticos in lucem edentium, quod epilepticis perterritae fuerant. Hildan. Cent. III. Obſ. 8. Obliuionem terrorem ſecutam eſſe in viro refert Caelius Aurel. de Tard. Paſſ. Lib. I. Cap. V. et Paullini Cent. IIII. Obſ. 79. febrem in ſe ipſo Beniuenius de abdit. morb. cauſſis. n. 62. malignam febrem Koelichen in Act. Hafn. Vol. I. n. 85. inſaniam Breslauienſes. XXV. p. 35. haemorrhagiam letalem Paullini Cent. II. Obſ. 51. hernias Ruyſch. Obſ. 98. mortem ipſam Aelius Lampridius in Heliogab. p. 109. Hiſt. Aug. Edit. Salmaſ. et Vulcat. Gallic. in Auidio Caſſio ibid. p. 41. Ammian. Marcellin. Lib. XXVIIII. p. 387. Edit. Valeſ. 1636. et in puero Beniuenius. l. c. n. 63. praegreſſa tamen apoplexia Schenck. Lib. I. Obſ. 148. Hinc iniungendum quam maxime nutricibus eſt, ne terriculamentis vtantur, ad flentes pueros ſedandos. Alios effectus terror habere ſolet in mulieribus, vt aphoniam, Io. Rhodius Obſ. p. 70. et Brechtfeld in Act. Hafn. Vol. I. n. 101. abortum, Amat. Luſit. Cent. III. Cur. 22. Schenck. Lib. IIII. Obſ. 130. et recentiores ſcriptores Artis obſtetriciae fere omnes, lochia cohibita, et inde Peripneumoniam Schenck. Lib. VII. Obſ. 39. intempeſtiuum menſium profluuium Salmuth. Cent. III. Obſ. 49. epilepſiam in puella Breslau. XXXVII. pag. 191. in virgine Schenck. Lib. I. Obſ. 215. ſanguinis profluuium ex omnibus corporis locis in moniale Id. Lib. III. Obſ. 56. Terrore tamen et morbos curatos eſſe, exempla teſtantur, vt quartanam in vtroque ſexu, Matth. Gradius Practic. pag. 59. Edit. Iunt. Schenck. Lib. VI. Obſ. 51. 52. Paullini. Cent. IIII. Obſ. 90. febres alias Garmann. Epiſt. p. 309. arthritidem Salmuth. Cent. I. Obſ. 48. aphoniam in Croeſi filio Herodotus Lib. I. etſi quoque timoris effectus fuerit, et alio apud Tulpium. Lib. I. Cap. 41. Timorem autem vel metum etiam grauiſſimi morbi conſequuntur; In viris profluuium geniturae Ariſtot. Probl. Sect. XXVII. n. 11. in feminis, et quidem in grauida, icterus, Binninger Cent. V. Obſ. 37. menſium fluxus intempeſtiuus, cum immani abdominis dolore, aphonia et ſurditate. ibid. Obſ. 96. mors ipſa Rhodius l. c. pag. 29. Sunt tamen et exempla a morbis liberatorum ſolo metu, vt paralytici apud Valleriolam Lib. II. Obſ. 4. podagrici, teſte Lignarido ad Hildanum Epiſt. 47. et Hildano ipſo. Epiſt. 48. Aeque miri effectus irae ſunt. In viris

haemorrhagias inde ortas vidit Hildanus Cent. I. Obſ. 18. et Epiſt. 1. febres Galenus in Comm. ad Epidem. Lib. VI. Hildanus Cent. V. Obſ. 75. cicatricem ruptam, ibid. alui derectionem, Paullini. Cent. III. Obſ 61. apoplexiam, Dubrauius Hiſt. Bohem. Lib. II. in Wencislao rege, epilepſiam Gabelchouerus Cent. IIII. Cur. 59 morbos alios varios et mortem ipſam Platerus Lib. I. Obſ. pag. 50. Hildanus, Epiſt. I. et de Gangr. Cap. XXI. In mulieribus inde oriri ſolet paralyſis. Tulpius Lib. II. Cap. XX. volvulus ibid. Cap. XLI. epilepſia Breslauienſ. XIII. pag. 164. et XXXII. pag. 534. vomitus et alia mala Riedlinus Lin. Med. An. IV. pag. 912. et varii alii morbi in praegnantibus Hildan. Cent. VI. Obſ. 66. in lactantibus pueri vel epileptici perierunt ab ira. Miſc. N. C. Dec. II. An. II. Obſ. 172. vel ſanguinis profluuium e cunctis corporis locis paſſi ſunt. Albinus Diſſ. de atherapeuſia morborum. Praecipue autem ira hepar afficit, et bilem concitat, vnde vel icterus, vel contra diarrhoea bilioſa, calculis, ductus biliferos obſidentibus, exturbatis, et in inteſtina propulſis. Conf. Fickii Diſſ. de irae efficacia et remediis. Alii effectus inſoliti gaudii ſunt, plerique tamen triſtes. In iuuene febrem ardentem inde ortam refert Io. Rhodius l. c. p. 3. et mortem ipſam Galenus de cauſſ. ſympt. Lib. II. Cap. V. nota vero ſunt exempla Sophoclis, prae gaudio extincti Val. Maxim. Lib. VIIII. Cap. XII. Iuuentii Thalnae conſulis ibid. Chilonis Lacaedemonii Plin. Hiſt. Nat. Lib. VII. Cap. LIII. Diagorae Rhodii Gellius Lib. III. Cap. XV. Hoc in viris. Idem feminis accidit, de quibus vide Val. Maxim. l. c. Albrechtum de Effect. Muſices in corp. hum. pag. 59. et Boerhaau. Praelect. Tom. III. pag. 680 ſequ. ibique Hallerum. Moderatum tamen gaudium ſanitatem iuuare, docet Preaux in quaeſt. an omnes animi paſſiones, excepta moderata laetitia, ſanitati noceant? Pariſ. 1731. Summa quoque amoris vis eſt; inſaniae enim, ex ea ortae, frequentia exempla ſunt, conf. Cael. Aurel. l. c. Lib. I. Cap. V. Schenck. Lib. I. Obſ. 268. ſequ. Valleriola Lib. II. Obſ. 7. catalepſis Tulpius Lib I. Cap. XXII. niſi moeror potius cauſſa fuerit; imo mortuam ex amore puellam habet Schenck. l. c. Obſ. 270. Melancholia et mors pudorem quoque et dolorem ſecuta eſt, quod exemplis Diodori et Homeri conſtat, Plin. l. c. et Lib. VIII. Cap. XII. et Paullini vidit. IIII. 91. Denique inter moeſtitiae effectus referri debet ſputum cruentum Sal. Alberti. Orat. paralyſis Schenck. Lib. I. Obſ. 176. et mors ipſa Plutarchus

tarchus in Pompeio. Tom. I. pag. 627. quamuis haec mors irae etiam effectus fuiſſe videatur, atque Bartholin. Epiſt. Cent. II. pag. 678. ſequ. Caeterum de vi animi affectuum in corpus humanum legi merentur, quae collegit Pechlinus Obſ. Med. Lib. III. Meieri Diſſ. de animi, eiusque affectuum, quoad valetudinem, impreſſionibus in corpus. Lugd. Batau. 1696. Stahlii Diſſ. de paſſionibus animi C. H. varie alterantibus. Chr. Io. Langii Diſſ. de animi affectionum vi Medica; et alia de mortuis ex affectibus. Alex. Thompſon Diſſ. Med. VI. Cel. Heiſterus, de perturbat. animi et corporis. Chomel Quaeſt. an ſint ſanitati vtiles animi motus? Pariſ. 1714. Aignan Quaeſt. an ab animi pathematibus functionum laeſio? Ibid. 1721. et Preaux quaeſt. an imaginatio, vt plures praeter naturam effectus gignere, ſic plures praeter naturam affectus ſanare poteſt? Ibid. 1733. imo omnes, qui de imaginationis effectibus in corpus ſcripſerunt. Patet autem ex omnibus exemplis, terrorem humores conturbare, eoque, ſi leuis ſit, aliquando medicinae loco eſſe, ſi vero grauior, ſolidis ſimul vim inferre, inprimis cerebro, idque eo facilius in pueris, quo mollius his cerebrum eſt. Ira fere eadem facit, concitatiorem tamen humorum motum efficit, vaſa ſtimulando et roborando. Quare ſi mediocris eſt, obſtructa ſaepe reſerit, et fluxus concitat, ſi violentior, obſtructiones auget, et cerebrum inprimis ac neruos laedit. Timor contra omnia laxare videtur, inde fluxus humorum intempeſtiui, et ſolatium in morbis ſpaſmodicis praecipue articulorum. Idem effectus laetitiae, quae tamen, cum nimia eſt, adeo relaxat, vt omnis humorum motus, ſiue ad tempus, ſiue ita ſiſtatur, vt etiam mors conſequatur. Per neruos igitur haec, ſiue bona, ſiue mala, corpori accidere, ſatis quidem planum eſt, ſed non aeque expeditum, quomodo nerui vaſa afficiant. Subtiliori neruorum anatome edocti ſcimus, in permultis corporis humani locis, per quosdam quaſi annulos neruorum, arterias transmitti, Cel. Hallerus ad Boerh. Praelect. Vol. IIII. pag. 448. easque ab his varie conſtringi, idem Hallerus exiſtimat in Diſſ. de neruorum in arterias imperio. Fateor multa eſſe, quae me non patiuntur Cel. Viro plane accedere, eaque expoſita dedi in Obſerv. de Neruis, quae proxime in lucem prodibunt.

XXXXVII. Τὰ ἔξωθεν ὠφελέοντα, ἢ βλάπτοντα, ἄλειψις, κατάχυσις, κατάχρισις, κατάπλασις, ἐπίδεσις ἐρίων, καὶ τῶν τοιούτων, καὶ τὰ ἔνδοθεν ὑπακούει τῶν τοιούτων, ὃ μόνον, ὥσπερ τὰ ἔξω τῶν ἔσω προσφερομένων, ἀτὰρ καὶ τάδε ἐν ἐρίοισι κοίτη πινώδεσι, καὶ τὸ παρὰ βασιλεῖ λεγόμενον κύμινον ὀρῶσιν, ὀσφαινομένοισιν. ὅσα κεφαλῆς ἀγωγὰ, ταρακτικὰ, λόγοι, φωνὴ καὶ τὰ τοιαῦτα.

Quae extrinſecus vel conſulto, vel fortuito corpori admouentur, ſiue vtilitatem, ſiue noxam perniciemque homini afferant, plurimum ſane conferunt, ad humorum naturam, conſtitutionemque totius corporis cognoſcendam. Sunt autem in primis perunctio, perfuſio, vel frigidae, vel calidae, ſpirituum, vel linimentorum, aliorumue illitus, cataplaſmatum vſus, et lanarum ſimiliumque rerum deligatio. Haec enim et [91] internas partes ſimul afficiunt. In qua tamen re aliqua varietas eſt, quae animadueꝛſionem deſiderat. [92] Nam internae partes non ita modo ab extrinſecus impoſitis medicamentis afficiuntur, iisque obtemperant, vt externis intus aſſumta auxiliantur, verum etiam vti cubile, aut ſtragula, et veſtes cum lana ſordida paratae, et [93] cuminum, cui a Rege nomen eſt, vim ſuam atque efficaciam exſerunt. Quae dum [94] per viſum atque olfactum agunt, etiam animo non moto, tamen corpus varie alterant, ad quae remediorum genera etiam illa pertinent, quae

quae humores e capite ducunt, ac cerebrum purgant, tum alia, quae corpus per neruos auditus commouent, et ſunt, ſermo vehemens et vox grauis, vel aliter aegrum excitans, [95] et quaecunque id efficere plura alia queunt.

91) *Internas partes.*) A prudentibus Medicis omni aetate magni habitus, etiam ad interna mala, fuit externarum medicinarum vſus, maximi vero a Methodicis et Pneumaticis, quod exemplo Aretaei vel maxime clarum eſt. Videntur quidem plures agendi modi eſſe, quibus extus applicatae medicinae internas partes iuuare queant, poſſunt tamen facile ad hos duos referri. Communiter enim ſubtiliſſimae mobiliſſimaeque particulae medicamentorum, per poros cutis, in ſanguiferos canales receptae, ad internas partes perueniunt, interdum tamen eaedem, ſiue etiam tenuiores ac ſpirituoſae magis particulae non vaſa, ſed neruos penetrant, quodque inprimis notatu dignum eſt, ipſos olfactus vel viſus neruos ſic commouent, vt ab his vis medicinae, per conſenſum cum aliis neruis, ad internas quascunque partes transmittatur. De illo autem modo, cum non de externis (vid. ſupr. not. 18.) verum de intus latentibus morbis agamus, quis illum dubitet, a communi humorum motus in circulum lege pendere, poſtquam vis medicamenti per venas abſorbentes, in corpus receptum ſit? Sed ex hoc multi externorum medicamentorum vſum vel prorſus improbabunt, vel ad minimum nihil referre dicent, locone, intus laboranti, reſpondenti, ſuperimponatur, an alii cuicunque. Ac negandum non eſt, videri haec, ſi rem obiter intueamur, omnem externarum medicinarum vſum dubium efficere. Cum vero ex venenis aeque ac cibis non idem effectus conſequatur, ſi intus ſumantur, ac ſi vulnere potiſſimum, etſi leui facto, cuti applicentur, Boyle de vtil. Phil. nat. pag. 144. Edit. Geneu. et Cel. Hallerus ad Boerhau. Praelect. Tom. I. pag. 454. n. 1. cur non etiam medicamenta fuerint, quae, non niſi cuti inuncta, vel tantum impoſita, corpus ſubire ac vtilitatem praeſtare queant? Ad haec in permultis, praecipue vniuerſalibus, morbis extrema, cutis ſubiectarumque partium, vaſcula laborant, ad quae cum ore ſumtae medicinae vix aliqua vis, extus applicatae contra propemodum omnis peruenit, ſiue laxans, ſiue conſtringens ac roborans. Contra et interni morbi ſunt, vt aphthae,

aphthae, qui oſcula lacteorum claudendo, inutilem intus datorum medicamentorum vſum reddunt, et cogunt quaſi Medicum, vt, quae iuuare debeant, extus imponat. In hoc etiam ratio aliqua poſita eſt, cur, quae externe adhibentur, ſi e. g. in hepate aliquod vitium ſit, debeant dextro hypochondrio et epigaſtricae regioni ſuperimponi. Saepe enim vel calore tantum, vel frigore opus eſt, aut relaxatio vel conſtrictio medelam facere debet, quod, vbi externae ac propinquae partes relaxatae ſint, fieri etiam in aegra debere, veri admodum ſimile eſt. Et quamquam ſe vis omnis medicamenti, per venas diffundendo, ad cor penetrat, tamen obſtructas arterias videtur etiam aperire poſſe, quatenus ſanguinis per venas velocitatem auget. Hanc vero per venas viſcerum quoque augere poſſe abdomini v. g. ſuperhabitas medicinas, non quidem improbabile eſt, praecipue, quia inter propinquarum partium vaſa, vndique numeroſiſſimae anaſtomoſes ſunt. Alter modus, quo externae medicinae in abſconditas partes agunt, minus dubius eſt. Conſtat vero, eandem medicinam neruos eorumque papillas non in omnibus corporis humani locis, eodem modo afficere, diuerſasque neruorum commotiones diuerſos etiam effectus ſequi. His dignoſcendis perpetuam operam dare Medici deberent. Sed neceſſe etiam eſt ſcire, quae mutationes in corpore ab oculi, narium, et linguae auriumque neruis irritatis proueniant, praeterquam quod mens ante afficiatur. Pertinent huc momentaneae refectiones, per narium et linguae neruos factae, quae me fere credere faciunt, neruos, quod in cibis medicamentisque ſubtiliſſimum eſt, quaſi ſorbere, item animi deliquia ab ingrato odore, vomitus a lingua leuiter irritata, propter neruum a vago huc pertinentem, qui fortaſſis aeque ac tertius quinti paris, in papillis finitur. Nares, quocunque modo irritatae, praeter alias partes, cor, diaphragma, ventriculum, et vterum afficiunt. Ad has omnes partes intercoſtalis propagines pertinent, ad quem neruum cum tam raro a quinto pari vnus alterque ramulus accedat, ſemel enim me ipſos clare vidiſſe memini, vt Ill. Albinus et Hallerus id nunquam fieri affirmare non dubitent, alii nexus quinti paris cum intercoſtali quaerendi ſunt, niſi, quod mihi non improbabile eſt, vis quinto neruo illata, per tertium aliquem, ad intercoſtalem transire poteſt. Viſi autem mihi ſunt, quamuis non ſatis clare, aliquot nexus earum intercoſtalis propaginum, quas dixi not. 2. et de arteria maxillari interna pag. 4. cum maxillare

ſupe-

ſuperiore ſub oculis, cum inferiore inter aurem et maxillae inferioris ad tempora protenſam partem. Vterque autem maxillaris, praeſertim ſuperior, per diuerſas vias Ill. Winslow Tom. III. n. 48. 52. 53. et ipſum foramen palatinum anterius, inferior partim per foramen pterygoideum, Winslow. l. c. n. 64. partim per ſpheno-palatinum in narium caua penetrat. De priori agendi modo, conf. Boyle de poroſ. corp. Cap. IIII. Bellinus de ſanguinis miſſione. Io. Crato a Krafftheim Epiſt. 139 Collect. Scholzii, et Kaau de Perſpirat. Hippocrat. Cap. XVIIII.

92) *Nam internae partes.*) Hippocrates adeo probe perſpexit corpus humanum ab extus incidentibus varie affici. Primum dixit de iis, quae animum mouendo, per ſenſus etiam corpus mouent, hinc de iis, quae internas partes immediate afficiunt, vel, vt intus ſumta, externas, hoc eſt, vt cum humoribus mixta, ad externas feruntur, vel alio modo, quem non definit, niſi per exempla, ex quibus patet, intelligere ipſum mutationes in neruis factas, et per hos cum corpore communicatas.

93) *Et cuminum, cui a rege nomen eſt.*) Martianus hunc locum minus recte de eo cumino explicari affirmat, quod alias Aethiopicum vocatur, quodque Dioſcorides ait regium ab Hippocrate appellatum fuiſſe. Mauult autem verba τὸ παρὰ βατιλεῖ λεγόμενον ad ſerpentem regulum dictum referre, ad cuius viſum homines in terrorem coniiciantur, et corpore contremiſcant. Neque tamen hoc facile eſt, cum ipſo textu conciliare, qui ſane adeo obſcurus eſt, et forte mutilus, vt, etſi credam, debere eius hunc ſenſum eſſe, quem reddidi, tamen verba ipſa conſtituere, atque etiam emendare non audeam.

94) *Per viſum.*) Poſſe rem viſam neruum opticum ſic afficere, vt non ſolum in mente idea grati et ingrati excitetur, verum etiam in corpore ſalutares motus oriantur, hanc potiſſimum ob cauſſam dubito, quia neminem noui, qui aliquam nerui optici cum reliquis communicationem viderit, quod tamen ſecundum vulgarem opinionem, requiritur. Sed forte illis, qui a ganglio lenticulari, partim a tertio, partim ab ophthalmico neruo quinti paris formato, Winslow. Tom. III. n. 22. 23. amiciſſimus Le Cat Traité des Sens pag. 299. in tabula adiecta, et Hallerus Tabula de baſi Cranii n. 30. 31. quod tamen interdum deeſt, proficiſcuntur, et opticum ab omni parte, ſerpentis in modum, ſe leuiter contorquendo, comitantur, nexus aliquis eſt cum retina ad

pro-

proceſſus ciliares. Radii autem lucis, qui oculum intrant, etiam vueae neruos, qui ſunt ipſae illae ganglii propagines, mouent. Mouentur quidem potiſſimum a luce nimia, et a tenebris, quid vero obſtat, quo minus et ab aliis afficiantur? Hoc vnum fortaſſis, quod ad aliarum rerum effectus nondum animum attenderimus. Facilius autem haec explicare poſſunt, qui viſum fieri non in retina, verum, vt Mariotte voluit, et nuper nouis argumentis firmare ſtuduit Cel. le Cat. l. c. in choroidea exiſtimant. Per choroideam enim illae propagines in primis diductae reperiuntur. Conf Taylor impartial Inquiry into the Seat of the immediate organ of Sight. De odoribus vero diximus not. 52.

95) *Et quaecunque.*) Per auris neruos, a ſono motos, non modo animum cum corpore, ſed hoc quoque ſolum affici poſſe, etſi experti ſcimus, atque effectus Muſices in animantibus probat, tamen per quos neruos, ab auditorio in corpus, vis muſices transmittatur, adhuc ignoramus. Quis enim vnquam mollis auditorii nerui communicationem cum vllo alio vidit? Niſi quis prouocare ad Simoncelli et Miſtichelli ſomnia velit. Sonum vero proprie mollem hunc nervum ſic afficere, vt auditus fiat, et credimus omnes, et admodum probabile eſt. Aer tamen, a corpore ſonoro motus, vt vim ſuam poſſit, ſaltem accurate, ad aurem intimam transmittere, membranam tympani debet vna cum annexis officulis, commouere. Inter quas partes cum chorda tympani ita protenſa ſit, vt ſimul vibrari non nequeat, prope mihi videtur a vero abeſſe, corpus a ſono etiam per chordam tympani et duram adeo nerui auditorii partem, vel quintum par, aut forte vtrumque alterari poſſe. Praeterea non dubito Albrechti ſententiae accedere, qui neruos etiam in cute a ſonis affici poſſe exiſtimauit, de Muſices in corp. animal. effect. §. 286. ſeqq. et Boerhaauio, qui in Prael. T. IIII. pag. 414 docet, tremores aeris totam oſſeam capitis machinam tremefacere poſſe. Vid. ib. Illuſt. Hallerus. Tamen vtraque haec mutatio tardius fit ea, quae ab animi commotione procedit: quae per muſicen facta, tam miros in corpore humano effectus edit, vt, qui a reliquis ſenſibus proficiſcuntur, nullo modo cum his comparari queant. Legi meretur de hoc argumento ante memoratus liber Albrechti. Morborum tamen, Muſica vel curatorum vel productorum aliquot exempla addamus, recentiorumque obſeruationes. De tarantulae morſu notiſſima res eſt, et contra incredulos a permultis viris doctis firmata. Conf. Matthiolus in Dioſcoridem

ride Lib. II. Cap. LVII. Herm. Grube de ictu Tarantulae et vi muſices in eius curatione Coniect. Phyſic. Medic. Frf. 1697. 8. Ge. Bagliui de Anat. Tarantulae eiuſque cura, et D. Scarfo Lettere Fiſicali V. pag. 21. ſeqq. Venet. 1740. 4. A ſcorpione laeſos, pariter muſica curatos, iam olim Galenus vidit apud Alexandrum Trallian. Lib. VIIII. Cap. IIII. Quidni et eos, quos vipera momordit? cuius rei memoriam ex Theophraſto ſeruauit Gellius Noct. Attic. Lib. IIII. C. XIII. Imo ex Democrito apud Gellium l. c. probabile eſt, muſicam ſaluti fuiſſe iis, quos forte maniacus aliquis dentibus petierat. Ad Phreneſin curandam omnis fere antiquitas muſicen commendauit, inprimis tamen Aſclepiades, Aretaeus, et Caelius Aurelianus; neque Celſus eam neglexit Lib. III. Cap. XVIII. Carmina etiam ſanguinem ſiſtere in vulneratis, Vlyſſes in ſe ipſe expertus eſt, teſte Homero Odyſſ. Lib. XVIIII. v. 475. Luxatis vtilem eſſe Plinius refert ex Catone, et Podagricis ex Varrone Hiſt Nat. Lib. XXVIII. Cap. II. Tibiis quoque iſchiadicum malum curaſſe veteres, inprimis ex Theophraſto de Enthuſiaſmo refert Athenaeus Deipnos. Lib. XIIII. pag. mihi 624. vbi conf. Caſaubonus, et Martianus Capella pag. 314. Edit. Grot. Adeo et peſtem, Lacedaemonios occidentem, muſica fugauit Thales Cretenſis, Plutarchus de Muſica Tom. II. pag. 1146. et Martianus Capella, l. c. Et Graeci eadem medicina vſi ſunt, cum Apollo ipſis, Troiam obſidentibus, peſtem immiſerat. Homerus Iliad. Lib. I. Scio quidem, permultos haec exempla fere omnia, partim ad cultum diuinum, quo Deus placari debebat, partim ad magicas artes, referre. Sed noui etiam, in his morbis omnibus vel neruos pati, vel ad eos quoque mitigandos plurimum valere; eosque cum aliud carminis genus quaſi laxare, aliud tendere poſſe, nullo modo prorſus negari queat, quidni et veteres, credamus, muſica, tanquam medicina, in iis morbis vſos fuiſſe? Per neruos enim tenſos aegro vitalis vis integra fere redditur, quae vel maxime hoſtiles morborum impetus frangit. Quare ſacerdotes potius credo, ſuae vtilitatis gratia, muſicam, tanquam rem ſacram, ad eiusmodi morbos curandos adhibuiſſe, et qui forte alii tales morbos muſica curabant, magos nominatos fuiſſe ab ignara plebe, vt qui rem facerent, quae non, niſi in Deorum poteſtate, eſſet. Ad haec noſtris temporibus febris cum delirio, muſicae ceſſit, in aegro muſico et ſaltandi artis magiſtro. Hiſt. Acad. R. Scient. 1707. pag. 7. et 1708. pag. 22. Edit. Paris. atque in alio vomitum, in alio lacrymas muſica

excitatas vidit Paullini Cent. IIII. Obſ. 71. et Cent. I. Obſeru. 58. Accedit denique exemplum morbi peculiaris, cum carbunculis coniuncti, apud Borellum, Cent. II. Obſ. 12. et hominis, qui, audita lamentabili muſica, ſenſus omnes perdidit, memorante Auguſtino de Ciuit. Dei Lib. XIIII. Cap. XXIIII. et equitis, qui citharae ſono audito, continere vrinam non potuit Weinrich de monſtro. pag. 139. Merentur autem de muſices vi in corpus humanum, praeter iam allegata, legi, quae habet Brendelius Diſſ. de curat. morbor. per carmina et cantus. Mich. Ernſt. Ettmüller de effect. muſic. in corp. hum. Col de Villars Quaeſt. an Melancholicis muſica? Paris. 1737. Pipping Diſſ. de Saulo per muſicam curato. de Franckenau Diſſ. Medic. de Muſica, quae eſt in Setyris pag. 464. Pechlini Obſ. Lib. III. 29. Ronſſei Epiſt. Medic. XV. pag. mihi 55. ſeqq. Baco de Verulamio Hiſt. Natur. Cent. II. pag. 781. ſeqq. Opp. Frf. 1665. la Seine Homeri Nepenthes Part. III. et Alex. Thomſon Diſſ. VI. pag. 136. ſeqq.

XXXXVIII. Μαζοὶ, γονὴ, ὑσέρη, σημήϊα τάτε ἐν τῇσι ἡλικίῃσι, καὶ ἐν τοῖσι πνιγμοῖσι, καὶ βηξὶ. Τὰ πρὸς ὄρχιν.

Praeter haec etiam partium quarundam conſenſus attentione dignus eſt, [96] quales ſunt mammae, genitura, atque vterus. Quae in ſequiori potiſſimum ſexu, mutationum aetatis, ſuffocationum, atque tuſſis ſigna et indicia ſunt: Earundemque mutationum in maſculis [97] teſtes potiſſimum, eorumque affectiones, aliquas notas oſtendunt.

96) *Quales ſunt mammae.*) Horum etiam verborum ordinem aliter Martianus conſtituit. Nam ſiquidem eo tempore, quo in mammis, vtero, aliisque ad generationem facientibus partibus, mutationes contingunt, vox etiam alterari ſolet, proxime antecedentia verba: λόγοι, φωνὴ, ad haec pertinere opinatus eſt. Quod ſi eſſet, quisque concedere deberet, ea verba vix ſuo loco poſita eſſe. Poteſt autem

autem vterque locus, prout nunc quidem verba iacent, satis facile intelligi, neque necesse est, vt eorum ordinem ita, vtMartianus volebat, turbemus. Quoniam vero illa tria: μαζοὶ, γονὴ, ὑστέρη, quae omnem, circa mammas, geniturae seu liquoris seminalis prouentum, et vterum, atque ad hunc pertinentes partes, factam mutationem indicant, tantum ad muliebrem sexum referenda esse videntur, forte non incongruum erit, illa verba: τὰ πρὸς ὄρχιν non ad tusses tantum referre, sed potius ita interpretari: testes, et in his factas mutationes, in maribus eadem ratione, ac illas partes in mulieribus, aetatis, aliarumque affectionum signa praebere. Namque interdum euenit, vt testiculi, qui in infantibus in inguinibus latent, circa pubertatis annos demum, quasi erumpant. Debent autem mutationes harum partium vtriusque sexus non vna de caussa considerari. Quantum enim mutationes e. g. in mammis factae, ad graviditatem cognoscendam valeant, artis obstetriciae periti sciunt. Et quem fugit, in venereis, gonorrhoea cohibita, vel testiculum, vel inguinales glandulas intumescere? Ad quae, similiaque, vt Hippocratem respexisse probabile est, sic, cum in iisdem partibus, diuersis aetatibus, mutationes fiant, cumque ab iis et suffocationes et tusses, malaque pectoris alia proficiscantur, quae in variis morbis incidere solent, medentes inquirere oportet, an illa a morbis ipsis, an a partium illarum mutationibus, proueniant?

97) *Testes potissimum.*) Inter ἀδιανόητα fere pertinet ratio nexus testium cum pectore, qui ipse certissimus est. Quanta mutatio in aspera arteria, ac vocis humanae instrumentis, quando seminalis liquor incipit per gyros vasorum in teste agi? quanta contra exsectis testibus? Hic neruorum consensus nullus est. An forte communicatio quaedam inter humores glandularum, thyreoideae, arytenoidearum, epiglottidis cet. cum illo testiculi? Certe non improbabile est, quod vel copiam aut defectum humorum vocem mutare, notissimum est. Item, si testiculus laeditur, respiratio cohibetur, probabiliter per neruos. Vnus enim ex iis, qui ad testiculum pertinent, a plexu renali demittitur, cumque ganglio semilunari adeo communicat. Winslow. T. III. n. 410. Quod cum potissimum a latere dextro fiat, vbi insignior aliquis ramus, vel plures minores ab illo ganglio ad diaphragma pertingunt, ibidemque et cum ramis phrenici, quibus occurrunt, ganglion faciunt, nemini, quod sciam, dictum, et cum propaginibus intercostalis, venam cauam

inferiorem amplectendo comitantibus, communicant, Lancisi de Corde Tab. VI. Hunault Hist. Acad. R. Sc. 1734. n. 4. quomodo testiculo laeso, respiratio cohiberi queat, forte non difficile est, animo comprehendere. Neque raro hodie est, hominem videre, qui, vbi cum venere omnia sua bona, quae siue in aere, siue in corpore habebat, decoxit, tussi continua vexatur, priapo similis, quem fateri oportet;

Defecit latus et periculosam
Cum tussi miser exspuo saliuam.

Scilicet anhelant, et panda latera habent, pruriginosi iuuenes, qui dulces tabellas imitati, in omnes modos transeunt. Neque hoc mirum est; ad vibrandas enim nates, costas et sternum figi oportet, quibus ab altera parte musculi, coxarum ossa mouentes, inhaerent. Hinc magna vis laterum ad venerem, hinc missio danda, quibus angustum pectus, vel spina contorta, vel alia de caussa breuis anima est. Deficit igitur latus, quando costae et sternum commode figi, vel teneri fixae, non possunt.

XXXXVIIII. Ὥσπερ τοῖσι δένδροισιν ἡ γῆ, ἔτω τοῖσι ζώοισιν ἡ γαστὴρ· καὶ τρέφει, καὶ θερμαίνει, καὶ ψύχει· ψύχει μὲν κενωμένη, θερμαίνει δὲ πληρωμένη· ὥσπερ γῆ κοπερευομένη χειμῶνος θερμὴ, ἔτω καὶ ἡ κοιλίη.

Quod autem ciborum confectionem, distributionemque attinet, siquidem illae maxime in ventre fiunt, hunc sane [98] comparare cum terra licet. Nam quod haec arboribus, hoc in animantibus, venter toti corpori praestat. Vtrumque enim sua alit, humoremque praeparatum terra radicibus, venter venis transmittit, simulque sub alimenti distributione, calefacit, et alio tempore refrigerat. Refrigerat autem venter, quum vacuatus est, quod tum torpet, et otio-

sus

ſus eſt, ſed calefacit, quando repletus eſt. [99] Hyeme autem ipſa aluus, pariter atque terra, ſupra iniecto ſtercore, calefit, quoniam tunc difficilius diſſipatur, quod intus eſt, ideoque calorem [100] retinet, ac ſeruat.

98) *Comparare cum terra licet.*) Ex hac eleganti ventris ac terrae, animalium et arborum, comparatione, iam priſcis temporibus illa venae portae cum arbore comparatio orta eſt, quod Galenus affirmat de Ven. et Arter. Diſſect. Cap. I. vide ſis eundem Lib. VI. de Hippocr. et Platonis decretis Cap. III. Eius enim radices, per meſenterium diſperſae, ad inteſtina pertinent, et inde nutritium ſuccum alimentumque ſugunt, quod ad ipſum truncum, eiusque ramos, per hepar diductos, deferant. Qua comparatione et nos adhuc vtimur, et porro iure meritoque eam adhibere poſſumus, quoniam noſtra aetate extra omne fere dubium poſitum eſt, etiam per meſaraicas venas, alimenti aliquem modum in hepar inuehi, et ſanguini admiſceri. Conf. Cl. Brendelius de chyli ad ſanguinem commeatu per venas meſaraicas non improbabili. Caeterum quod Hippocrates ait, ventrem, dum repletus ſit, calefacere corpora, ſed vacuum frigefacere, non ita accipiendum eſt, ac ſi vix repletus calefaceret, contra vix vacuus factus, frigus per artus diffunderet. Statim enim, ac venter repletus eſt, aliquis horror corpus occupat, ſed paullo poſt omnia incaleſcunt, ſic, vt etiam in iis, quibus corporis corruptus habitus eſt, et qui hectici vocantur, lenis febrilis calor accendatur. Deinde exiſtimandum non eſt, hunc calorem corpori cum nouo chylo affundi; ſed dum hic potius in ſanguinem alibilemque ſuccum mutari debet, neceſſe eſt, vt partium quarumcunque motus ad hunc finem et fortior et celerior fiat, quo corpus potiſſimum, dum frictio fluidorum ad ſolida augetur, incaleſcit. Martine de Calore animalium pag. 148. ſeqq. Atque ex hoc debet clarum eſſe, quousque illa ventris, calefaciendi et refrigerandi corpora, vis valeat.

99) *Hyeme autem.*) Hyeme interna plus calere, quam externa, aeſtate contra, certiſſimum eſt, calorem tamen internum hyeme, quam aeſtate maiorem eſſe, non probabile eſt. Maior tamen fieri poteſt exercitatione corporis. Etſi enim aeſtate fluida celerius mouentur, exigua tamen

vaſorum vis eſt, qua fluidis reſiſtunt, quia calor externus vaſa debilitat. Martine loc. cit. pag. 249. Hyeme contra calor a mutua vaſorum humorumque actione pendet, quae, quia vaſa tum robuſta ſunt, corporis exercitatione non parum augetur. Accedit poros in cute frigore conſtringi, vt calor, motu excitatus, non facile diſſipari poſſit, niſi ventus accedat. Quod adeo frigus corpori, id ſtercora terrae praeſtant.

100) *Retinet.*) Vulgo inter pinguedinis, quae ſub cute, ac illius, quae in omento, colligitur, vtilitates numeratur, calefacere corpora, vel contra frigus ad minimum tueri. Sed quo modo adeps hanc corpori vtilitatem praeſtet, nemo auſus eſt dicere. Quaecunque corpori veſtimenta adhibemus, partim frigus ventosque a poris, qui in cute ſunt, et per quos agunt, arcendo, iuuant, partim impediendo, quo minus internus corporis calor e corpore quaſi effluat. Is enim a perenni ſanguinis per vaſa motu excitatur. Quae alia cauſſa eſt, ob quam fera animalia in niue contra frigus praeſidium inueniunt? Et niue obruti, modo non aquoſa diffluerent, aeque multum incaleſceremus, quam pretioſiſſima pelle obuoluti. Itaque ſi omentum, atque pinguedo, quae ſub cute eſt, hanc ipſam tegeret, nemo de illa calefaciendi virtute dubitaret. Iam vero, cum pinguedo potius ſolidorum ad fluida frictionem debilitet, neque vim ſanguinis motus patiatur libere ad cutem peruenire, intelligitur, quae cauſſa ſit, cur pingues vehementius, quam alii, a frigore afficiantur.

L. Δένδρεα φλοιὸν, λεπτὸν, ξηρὸν ἔχει, ἔσωθεν δὲ ξηρόσαρκα, ὑγιηρὰ, ἄσηπτα, χρόνια, καὶ ζώων, οἷον χελώνας, καὶ ὅτι τοιοῦτον.

Atque [101] vt arbores, quae cortice tectae ſunt tenui, ſed ſicco, intus ſubſtantiam, quaſi carnem ſiccam, aridam, nec fungoſam, ſanam, robuſtam, putredinis et corruptionis expertem, diuque duraturam habent, ſic animalium quoque

que nonnulla, veluti teſtudines, et his ſimili natura exornata, arborum modo, cortice obducuntur, intus autem pari ſubſtantia gaudent.

101) *Vt arbores cortice tectae ſunt.*) Maluimus hic Martianum ſequi, quam haec, cum Girardeto, a ſequentibus auellere, quia clarum atque euidens eſt, aliam hic comparationem arborum animaliumque inter ſe, quod ad corticem, quo vtraque tecta ſunt, et naturam carnis, inſtitui. Et licet plures teſtudinum ſpecies ſunt, etiam carne aliquantum inter ſe diuerſae, atque Hippocrates generatim tantum de teſtudinibus dixit, animalis tamen hiſtoriae ſcriptores omnes teſtantur, cunctis fere teſtudinum ſpeciebus duram et concoctu difficilem carnem eſſe, neque igitur ad eſum aptam. Pluribusque eiusmodi animalibus, cruſta opertis, ſimilem, aut concoctu minimum difficiliorem, carnem eſſe, experientia comprobatum eſt, et poteſt vel illo limacum exemplo, quibus veſcimur, illuſtrari.

Ἡλικίησιν, ὥρῃσιν, ἐνιαυτοῖσιν ὅμοια τὰ ζῶντα ἐ τρίβεται χρωμένοισι μετρίως βελτίω. LI.

102 Ipſa vero animantia, ſiquidem pro diuerſa aetate, cum annis, eorumque temporibus aliquam conuenientiam habent, ab his, quibus ſimilia ſunt, eorumque tempeſtatibus, nihil detrimenti capiunt, verum ſe ex illis melius habent, ſi ipſis recte conuenienterque vtuntur.

102) *Ipſa vero animantia.*) Duretus huic loco nullam explicationem adiecit, neque etiam Foeſius aut Mercurialis. An quod per ſe ſatis clara haec verba exiſtimarunt, an propter aliam cauſſam, non definio. Saltem non potui ex eorum latina verſione intelligere, qualis vere his verbis ſenſus eſſe debeat. Neque tantum mihi placuit Martiani interpretatio, ſcilicet animalia, quod ad aetates, anni tempeſtates, ipſosque annos, plantis et arboribus ſimiles eſſe, vt non maluerim haec verba ſic, vt in paraphraſi factum eſt, interpretari. Etenim id nemini fere ignotum eſſe poteſt, homi-

nes, pro varia aetate, ſe, vel vere, vel aeſtate, vel alio anni tempore, ipſisque etiam annis, eorumque varia conſtitutione, optime habere, iisque adeo ſimiles eſſe, neque adeo iis alterari, vel damno affici, ſi recte vtantur. Caeterum fateor, me dubitare, graecum textum ſine omni menda eſſe.

LII. Ὥσπερ ὑδρίον νέον διαπηδᾷ, παλαιόμενον σέγει, ἕτω καὶ ἡ γαστὴρ διίει τὴν τροφὴν, καὶ ὑποσάθμην ἴσχει, ὥσπερ ἀγγεῖον.

[103] Atque vt parua hydria, ſeu aqualis vrna recens facta, hinc inde hiat, et aquam per poros transmittit, ſed inueterata, et longiore vſu quodammodo obfirmata, eandem continet, atque ſeruat, ſic etiam venter, maxime in iunioribus, alimentum transmittit, ſed cibi recrementa, tanquam vas, continet, ac ſuo tempore excernit.

103) *Atque vt parua hydria.*) Euidens eſt, Hippocratem comparaſſe ventrem cum vrna aquali, vt, quomodo is liquidam aſſumtorum partem, et maxime tenuem, per poros inteſtinorum ad vaſa transmittat, et craſſiorem retineat, clare ob oculos poneret. Sed mihi quidem, vel deeſſe aliqua, viſum eſt, ob quae minus accurata et perfecta comparatio ſit, vel alium vocabulorum νέον et παλαιόμενον ſenſum eſſe debere, quam qui interpretum verſione redditus eſt. Hoc enim ſenſu neutiquam ventri reſpondent, vt tamen vi comparationis deberent, quippe qui in omni aetate, niſi vbi morbo affectus eſt, nutrimentum transmittit, ſed faeces retinet. Poteſt tamen et hoc forte, vel per laudatam illam Hippocratis ſimplicitatem excuſari, vel aliter exponi. Quid enim, ſi dicamus, Hippocrati iam notum fuiſſe, quo propius quis a ſenio abſit, eo pauciora ipſum vaſa habere? eoque minorem, vel alimenti vim ex inteſtinis ad ſanguinem, vel exhalantis humoris e corpore propelli? An non iuuenile corpus, aut potius puerile rarum, fungoſum, ſic vt recens hydria, vndique humores transmittit, ſenile vero obfirmatum, ſiccum, calloſum inutiles ſuecos retinet? Atque

que haec videntur cum mente Hippocratis quam optime conuenire. Neque vero vllo modo mihi probabile eſt, quod Cl. Bohlius Diſſ. de via lactea corp. hum. pag. 19. n. c. refert, Liberkühnium obſeruaſſe, vaſcula in corpore cum annis increſcere potius, quam perire. Ad minimum in iunioribus facilius eſt, ſubtiliſſima vaſa apta materia replere. Cum hydria vero Aretaeus etiam venam rarefactam comparauit, cum ait Lib. II. Cap. II. de Curat. Acut. pag. 97. διαῤῥέει γὰρ ὡς ὑδρίον νέον ἐὸν τῇσι ἀρκιῶσεσι, vbi Petitus noſtrum hunc locum adducit, quem per leuem errorem in libro de internis affectionibus extare ait.

Οἱ τρόποι τῶν νόσων· τὰ μὲν συγγενικά LIII.
ἐσιν εἰδέναι πυθόμενον, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς χώρης, (οἰκέονται γὰρ διὰ πλειόνων) καὶ πολλοὶ ἴσασι. τὰ δὲ ἐκ τοῦ σώματος καὶ τῶν διαιτημάτων, καὶ καταςάσιος τῆς νόσου, ἢ ἀπὸ ὡρέων.

Hactenus de cauſſis morborum dictum eſt. Nunc ad ipſas valetudines transeundum eſt, quarum qui modi, quaeue affectiones ſint, vtique ex his debet patere. Sunt enim alii congeneres morbi, ac vel mores ſequuntur, vel temperamentum, vel cuiusque corporis conſtitutionem, eosque cognoſcere percontando poſſumus. Alii a coeli, quo quisque degit, natura proueniunt. [104] Qui ſiquidem pluribus vel eodem tempore ingruunt, a multis etiam non difficulter cognoſcuntur. Reliqui vel ex peculiari cuiusque [105] corporis habitu et natura originem trahunt, [106] vel vitae genus, et inſtituta, rationemque victus ſequuntur, vel [107] a morbi ipſius indole, conſtitutioneque pendent, vel denique temporibus anni fiunt.

104) *Qui*

104) *Qui ſiquidem.*) Foeſius totum locum ita interpunxit, et conuertit, vt ſatis obſcurus eſſet. Puto autem plana iam omnia debere eſſe, poſtquam ſic, vt hic factum eſt, verba: καὶ τὰ ἀπὸ τῆς χώρης ab antecedentibus ſeparata, ad ſequentia retuli. Eſt autem peculiaris conſtructio verborum, διακέονται - - πλαόνων, quae errori videtur occaſionem dediſſe. Quapropter etiam malui ea verubus includere, ne tirones ad haec verba haererent.

105) *Corporis habitu.*) Conf. Ill. Fr. Hoffmanni Diſſ. de corporum diſpoſitione ad morbos; item de temperamento, fundamento morum et morborum in gentibus, et Stahlii Diſſ. de infrequentia morborum perſonali.

106) *Vel vitae genus.*) Τὰ διαιτήματα ſunt ſex res non naturales; quare cum inter haec etiam, quae excernuntur ac retinentur, referamus, ſi quis e. g. dum ſanus erat, multum ſudabat, accidet, vt, vbi in morbum inciderit, a quo alias ſudor abeſt, tamen ſudet, quod adeo affectionem morbi ſingularem facit, pendentem ab illo naturae quaſi inſtituto ſudandi.

107) *A morbi.*) Duretum, ex verſione adiecta patet, non καταστάσιος τῆς νόσου legiſſe, qualem vero lectionem ſecutus ſit, difficile dictu eſt. Foeſius τοῦ ὅλου repoſuit, quod aera ſignificat, aer tamen videtur ad διαιτήματα pertinere. Conieci aliquando legendum fortaſſe: τῆς νήσου, quod Hippocrates voluerit patriae morbos indicare, quae inſula Cos eſt. Nunc autem mihi vix aliqua dubitatio ſupereſt, mentem Hippocratis hanc eſſe: Morbos etiam natura ſua differre, naturam vero morborum in eo conſiſtere, quod alii benigni, alii maligni cetr. ſint. Ad minimum non video, quid huic ſententiae magnopere repugnet, niſi fortaſſis hoc, quod vocis καταστάσις ſignificatus in aliis locis, cum huius libelli, tum aliorum Hippocratis ſcriptorum, multo laxior eſt.

LIIII. Αἱ δὲ χῶραι πρὸς τὰς ὥρας κακῶς διακείμεναι, τοιαῦτα τίκτουσι νοσήματα, ὁκοίη ἂν χώρη ὁμοίας ἔωσιν· οἷον ἀνώμαλον θάλπος, ἢ ψῦχος, τῆς αὐτῆς ἡμέρης, ὅταν τοιαῦτα ποιέῃ

ποιέῃ φθινοπωρινὰ ἐν τῇ χώρῃ τὰ νοσήματα. καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ὥρῃσιν κατὰ λόγον.

Vt autem haec ſingula diuerſas affectiones pariunt, ſic multo magis, ſi duo vel plura ex his concurrunt. Itaque ſi regiones quaedam ita ſitae ſunt, vt a certis anni temporibus plus, quam a reliquis patiantur, tales morbos cient ac generabunt, quales ſolent ab illis anni temporibus, horumque tempeſtatibus prouenire. Idque eo magis, quo maior regionis cum tempeſtate conuenientia fuerit. [108] Quocirca ſi aliquo die inaequalis aut calor aut frigus viget, qualis in autumno tempeſtas eſſe ſolet, ſtatim in illa male ſita regione morbi autumnales oriuntur. Eodemque modo in aliis [109] tempeſtatibus, quae ab anni temporibus pendent, modo coelum reſpondeat, et alii reſpondentes morbi fient.

108) *Quocirca.*) Foeſius verba: ὅταν τοιαῦτα cum ſequentibus connexit, ſed in verſione omiſit. Hippocrates id, quod de regionibus poſuit, exemplo voluit illuſtrare. Igitur dixit: ὅιον ἀνώμαλον θάλπος ἢ ψύχος. Nam ὅταν τοιαῦτα τῆς αὐτῆς ἡμέρης, ποιέῃ etc. Omnis difficultas videtur ab hoc prouenire, quod verba τῆς αὐτῆς ἡμέρης non poſtpoſuit, quod tamen neceſſarium non erat, vt etiam nihil mutaui. Expoſitionem noſtram confirmare videtur Aph. 4. Lib. III.

109) *Tempeſtatibus.*) Per ὥρῃσιν Hippocrates hoc loco non tempora anni, ſed tempeſtates intelligit, plane vt multis aliis in locis. Vt enim frigoris et caloris viciſſitudo, quaſi autumni propria, autumnales morbos, ſic, ſi alia tempeſtas eſſet, vt vrens calor, qualis aeſtate eſſe ſolet, aeſtiui morbi naſcerentur.

Τὰ μὲν ἀπὸ ὀδμέων βωρβορωδέων, ἢ ἑλωδέων. Τὰ δὲ ἀπὸ ὑδάτων, λιθιῶντα, σπληνώδεα. LV.

νώδεα. Τὰ δὲ ἀπὸ πνευμάτων χρηςῶν τε καὶ κακῶν ἄρχονται.

Sunt autem et alia valetudinum genera, [110] quae ab halitibus vaporibusque proueniunt, quos loca coenoſa, atque paluſtria diffundunt. [111] Alia aquae maxime paludoſae gignunt, ex quibus potiſſimum calculoſi morbi ſunt, ſiue in renibus et veſica, ſiue in aliis corporis locis lapides generentur; deinde illae affectiones, quibus nomen a ſplene eſt, ſiue vere in liene ſedem habeant, ſiue in propinquis, contiguisque tantum partibus conſiſtant. Alia mala etiam a bonis, vtilibusque ventis, tum maxime a noxiis, oriuntur, ſiquidem pro corporum diuerſitate, in quae irruunt, etiam boni venti non idem effectus eſt.

110) *Quae ab halitibus.*) Inter grauiſſimos Herculis labores etiam Hydrae lerneae occiſio fuit. De hac perelegans eſt, variorum doctorum coniectura, qui poetas dicunt per hydram morbos indicaſſe, qui frequentiſſimi ex lernae paludis effluuiis naſcebantur, totamque regionem vaſtabant, quam ſalubrem et habitabilem Hercules fecerit, paludem exſiccando. Quid, quaeſo, dici potuerit, quod magis ad rem eſſet? An poſſit vtilius conſilium principibus dari, quam vt iuberent, omnia paludoſa loca, praecipue vrbibus propinqua, exſiccare? quorum effluuia, ſi non per ſe, tamen aliis cauſſis iuncta, morbos peſtiferos creare poſſunt. Adeo paludoſa loca exſiccando princeps terram fertilem efficeret, et ſubiectos ſanos, quorum antea plerosque perdebat, ex reliquis ſeruatis, quod valetudinarii erant, vſum fere nullum habebat. Conf. Lanciſi de noxiis paludum effluuiis.

111) *Alia aquae.*) Etſi Hippocrates, hoc potiſſimum loco breuitati ſtudens, ſimpliciter ὑδάτων poſuerit, malui tamen in paraphraſi paludoſae addere. Namque negari non poteſt, omnem liberalius potam aquam, maxime quidem renes, ad quos inprimis prouoluitur, ſed non minus etiam lienem,

lienem, ob laxam huius viſceris fabricam, debiles et ita infirmos efficere, vt in vtroque viſcere, lentior humorum motus fiat, ex quo in renibus calculus, in liene facilius obſtructio fieri poteſt. Et Hippocrates forte etiam ad hanc cauſſam reſpexerit. Neque tamen nos male, aut ſine ratione paludoſae addiderimus, quod eiusmodi aquae, minus motae, in corpore quoque lentius progrediuntur, atque ad putredinem procliues, potiſſimum aptae ſunt, cum ad calculum generandum, tum etiam ad tumorem in ſplene producendum. Cui rei facilius omnes fidem adhibebunt, quo certius experimentis conſtat, nihil magis ad calculum generandum facere, quam quietem et putredinis initium, lienemque etiam vel tum facilius intumeſcere, cum et in ipſo, et in propinquis partibus, humores admodum lente moueantur. Sed huic ſententiae de paludoſis et ſtatariis aquis maximum pondus accedit, et toti huic loco lux affundi poteſt Hippocratis Libro de Aere, locis, et aquis, qui quam maxime conſulendus eſt. Et apud Aretaeum luculentus etiam de hac re locus eſt, de cauſſis et ſignis Diut. Morb. Lib. I. Cap. XIIII. pag. 44. vbi ait: χωρία ἑλκώδεα, ὕδατα πλατέα, ἁλμυρὰ βρομώδεα, quo loco Petitus quidem recte pro ἑλκώδεα, ἑλώδεα reponit, quod vel ex hoc noſtro loco clarum eſt, ſed Cl. Wiggan praeter cauſſam, vocem πλατέα in παχέα mutaſſe videtur, quod hunc locum Aretaei cum illo Hippocratis, quem Cl. Wiggan adduxit, ſerio contendenti facile conſtabit. Et πλατέα ὕδατα, potiſſimum aeſtate, breui παχέα fiunt. Conf. Ill. Platneri elegantiſſima Commentatio, de aqua fontana ſalubriore caeteris. Lipſ. 1738.

Ὧρης δὲ οἷα ἔσονται νέσοι, καὶ κατασά- LVI.
σιες ἐκ τῶνδε. Ἢν αἱ ὧραι ὡραίως, εὐτάκτως, εὐκρινέας νόσες ποιέεσιν· αἱ δὲ ἐπιχώριοι τῇσιν ὥρῃσι νέσοι, δηλέσι τὲς τρόπες.

[112] Plurimum autem vt ipſi morbi, ſic horum quoque conſtitutiones ac modi, a temporibus anni pendent, vt ex his adeo morbos diiudicare integrum ſit. Etenim ſi temporum mutationes tempeſtiue ac placide fiunt, et altera alteram ordine

dine excipit, quascunque illae valetudines creauerint, omnes facillime iudicantur, et cum aegri ſalute finiuntur. Similiterque [113] regionibus familiares morbi, prout hac vel illa tempeſtate, a qua regiones varie mutantur, infeſtant homines, facile ſuas affectiones produnt.

112) *Plurimum autem.*) Quamuis Criticorum plures vocabulum ὅμιον, ſimilis, interpretari ſoleant, tamen cum minus tuta eorum cauſſa ſit, et in ſimilibus vocabulis litera μ frequenter in Codd. omiſſa deprehendatur, malim hic legere: ὥρης vel ὥρῃσι δὲ ὁμοίας ἐούσας νέσοι. Poteſt tamen et ὅμοια legi. Vid. not. 78.

113) *Regionibus.*) Ἐπιχώριοι νέσοι illi ſunt, de quibus Hippocrates paullo ante dixit: αἱ δὲ χώραι πρὸς τὰς ὥρας etc.

LVII. Ὅτι δ' ἂν ἐξαλλάξῃ ἡ ὥρη, ὅμοια ἢ ἀνόμοια ἔσαι τὰ νοσήματα, οἷα ἐν τῇ ὥρῃ ταύτῃ γίνεται, ἢν δ' ὁμοίως ἄγῃ, τοιοτότροπα καὶ ἐπὶ τοῖσι εἰλκυσμένα.

Vbi vero naturalis temporum anni inter ſe ordo, non tam mutatus, quam potius plane turbatus, maximeque varia, inconſtansque tempeſtas fuerit, quicunque tum morbi oboriantur, vel conſentient naturali eorum temporum conſtitutioni, vel plane diſſimiles erunt. Quoscunque autem morbos etiam mutata tempora pepererint, modo conſtent ſibi, ordineque aequali procedant, [114] ſimiles conuerſiones habebunt, vel aliquantum ad minimum eorum inclinationem ſequentur.

114) *Ipſis propemodum.*) Deleui τὸ ἤ vt abundans, et natum ſine dubio ex antecedente ἄγῃ, niſi quis vel pro voce, καὶ, ἤ reponere velit, vel τὸ καὶ, aut, interpretari. Sed neutrum placet.

Οἷον

Οἷον ἴκτερον φθινοπωρινὸν. ψύχεα γὰρ ἐκ θαλπέων, καὶ θάλπος ἐκ ψύχεος, καὶ ἢν τὸ θερινὸν χολῶδες γένηται, καὶ αὐξηθὲν ἐγκαταλειφθῇ, καὶ ὑπόσπληνοι. LVIII.

Eiusque rei teſtimonium icterus praebet, qui vtplurimum in autumnum incidit, in quo maxime frigoris calorisque mutua viciſſitudo eſt. Quod ſi etiam tempus aeſtiuum valde calidum fuerit, quod ſane eſt ad bilem generandam inprimis aptum, eaque, copia aucta, ſubito frigore cohibita, et quaſi ad interiora magis recepta fuerit, etiam [115] ad ſplenem vis morbi ſe conferet, eundemque ad varias affectiones diſponet.

115) *Ad ſplenem vis morbi ſe conferet.*) Tres partes ſunt, per quas lien et iecur inter ſe connectuntur, arteria, vena, nerui. Quae, vt efficiunt, vt integra viſcera ſe mutuo, praecipueque hepar ſplen iuuet, ſic etiam male affecta inter ſe conſpirare faciunt. Nam ſi quacunque de cauſſa, liberior ſanguini aditus per hepaticam arteriam, ad hoc viſcus praecluſus eſt, lien in tumorem attolli debet. Neque alius effectus conſequitur, ſi mali ſedes ad venam eſt. Vena vero, quae ſanguinem ad hepar defert, cum vena portae ſit, cumque in hanc proxime ad hepar, venoſus lienis cruor confluat, hic vtique lentius agi per hepar non poteſt, quin lien, mollis laxiſſimaeque ſubſtantiae viſcus, a ſanguine retento intumeſcat. Contra per arteriam, etſi effectus idem, tamen non eadem cauſſae ratio eſt. Fluit autem ſanguis ad hepar et lienem ex eodem fonte, quod ſplenica hepaticaque arteria coeliacae rami ſunt; quae cum ſanguinem aequali vi ad vtrumque viſcus propellat, debet tamen ea in ſplenica tantum creſcere, quantum, ob quamcunque anguſtiam, in hepatica, imminuta eſt. Lienem autem oportet ſanguinis influxu aucto, aeque ac effluxu impedito, intumeſcere. Et ſane mirum eſt, poſſe vel hepar vel lienem in tam monſtroſam molem, quam aliquando poſt mortem deprehendimus, abire, praeterquam quod malum etiam ad alterum viſcus tran-

tranſeat, et vtrumque adeo morbo teneatur. Quare etiam hoc loco Hippocrates tantum ὑπόσπληνοι poſuiſſe videtur, vt lienem ſaltem diſponi ad grauiorem morbum, et paululum tumere, ſignificaret.

LVIIII. Ὅταν ἓν καὶ ὁ ἦρ ἔτως ἀγάγῃ, καὶ ἤρος γίνονται ἴκτεροι· ἐγγυτάτω γὰρ ἄυτη ἡ κίνησις τῇ ὥρῃ κατὰ τᾶτο τὸ εἶδος ἐσίν.

Quando igitur [116] et ver ita procedit, vt ex frigore in calorem repentinae mutationes fiant, vere etiam homines ſolent regio morbo infeſtari. [117] Nam haec temporum anni mutatio, quantum ad frigoris et caloris viciſſitudinem attinet, facit, vt ver et aeſtas autumno fere ſimiles fiant.

116) *Et ver.*) Repoſui ἦρ pro ἀὴρ, auctoritate Galeni, Cornarii et Foeſii, etſi alii Codices ἠὴρ aut etiam ἐὴρ habeant, niſi forte horum alterutrum Dialecti ſit.

117) *Nam haec.*) Reliqui interpretes parum videntur de exprimendo ſenſu horum verborum ſolliciti fuiſſe; ὥραν puto hoc loco non quamcunque tempeſtatem vel anni tempus eſſe, ſed autumnum, quem Hippocrates dixit icterum producere.

LX. Ὅταν δὲ θέρος γένηται ἦρι ὅμοιον, ἱδρῶτας ἐν τοῖσιν πυρετοῖσιν, καὶ ἕυτροποι, καὶ ἀ κατόξεες, ἀδὲ καταξηροι γλώσσῃσιν.

[118] Sed vbi verno magis ſimile tempus aeſtiuum eſt, plurimumque adeo a calore ſuo remittit, mitiores febres ſunt, earumque vis ſudoribus copioſis infringitur. Quicunque autem tum morbi incidunt, ſunt benigni admodum, et ad aegri ſalutem tendunt, eumque neque celeriter nimis

nimis opprimunt, neque aeſtu, immoderatoque calore corpus exſiccant, aridasue linguas efficiunt.

118) *Sed vbi.*) Haec verba, vt plura alia, ex Aphoriſmis deſcripta, in quorum VI. Lib. III. leguntur. Huic Aphoriſmo Celſus in Lib. II. Cap. I. ſuae Medicinae locum dedit, et ita latine conuertit: Vbi vero calor, a primo vere orſus, aeſtatem quoque ſimilem exhibet, neceſſe eſt, multum ſudorem in febribus ſubſequi. Quorum verborum is eſſe ſenſus, primo quidem intuitu, videtur: ſi calida tempeſtas primo ſtatim vere incipiat, et talis per aeſtatem duret, ſudorem multum in febribus ſubſequi. Qui autem propius ea verba intuiti fuerint, ita interpretanda eſſe videbunt: ſi idem caloris gradus etiam aeſtate ſit, qui primo vere fuerit, oportere, vt in febribus multi ſudores ſubſequantur. Idque cum re ipſa plane conuenit; quo enim maior in febribus aeſtus eſt, eo ſiccior cutis deprehenditur; eaque expoſitio alio loco ex Hippocrate confirmatur. Nam in Epidem. Lib. II. Sect. I. pag. 994. inquit: ἐν καύμασιν ἀνυδρίης (vel ἀνυδρίοις) ὁι πυρετοὶ ἀνιδρῶτες τὰ πλεῖστα. ἐν τετέοισιν δὲ ἦν ἐπιψεκάσι, ἱδρωτικώτεροι γίνονται κατ' ἀρχάς.

Ὅταν δὲ χειμέριον γένηται ἦρ καὶ ὀπισθοχειμὼν, χειμερινὴ καὶ αἱ νέσοι, καὶ βηχώδεες, καὶ περιπνευμονικαὶ, ἢ κυναγχικαὶ. LXI.

Si verno tempore hyemalis tempeſtas, ipſumque ver, quaſi nouiſſima hyemis pars eſt, etiam hyemalem tempeſtatem, quae tunc valetudines ingruunt, ſequuntur, ex quo genere ſunt omnes cum tuſſi coniunctae, quaeque pulmonibus inſident, vel in partibus propinquis conſiſtunt, vnde peripneumonicae vocantur. Oriuntur autem et ea valetudinum genera, quae fauces, viasque ſpiritales occupant, et inflammatione tenent, eaque anginoſa nominantur.

LXII. Καὶ φθινοπώρε, ἢν μὴ ἐν ὥρῃ καὶ ἐξαίφνης χειμάσῃ, μὴ συνεχῶς τοιαύτας νόσες ποιέει, διὰ τὸ μὴ ἐν ὥρῃ ἦρχθαι, ἀλλὰ ἀνώμαλα γίνεσθαι.

Similiterque [119] autumnus, ſi non debito tempore atque ordine, ſubitoque et derepente in hyemem abit, non ſtatim huic tempeſtati conuenientes morbos parit, ſiquidem non in tempore, quo ex ordine naturae debebat, incepit, ſed ſuum adeo ordinem transgreſſus eſt.

119) *Autumnus.*) Foeſius mauult φθινόπωρον; ſed nihil mutandum. φθινοπώρε ita poſitum eſt, vt frequenter ſolet νυκτὸς.

LXIII. Διόπερ καὶ αἱ ὧραι ἄκριτοι καὶ ἀκατάστατοι γίνονται, ὥσπερ καὶ αἱ νῆσοι, ἐὰν προεκρηγνύωνται, ἢ προεκκρίνωνται, ἢ ἐγκαταλείπωνται. Φιλυπόστροφοι γὰρ καὶ αἱ ὧραι γίνονται, ὥσπερ αἱ ἔτω νοσοποιέσαι.

Adeo inter tempora et ipſos morbos, propter vtriusque mutationes, magna ſimilitudo intercedit. Etenim illa, propter tales mutationes, [120] iudicatione, ad minimum ſalutari, deſtituuntur, atque a naturali ſua conſtitutione plane deſciſcunt, nihilque ex ordine et lege naturae proferunt. Idque non minus in morbis incidit, ſiquidem vel ante tempus erumpunt, vel iudicationem anticipant, vel propter intempeſtiuam immaturamque crudae materiae excretionem, haec magnam partem intus relinquitur. [121] Et ita male finitus mor-

morbus vt plerumque reuertitur, ſic, quae valetudinum genera inconſtans tempeſtas peperit, et praeter rationem quoque finita ſunt, ea per eandem etiam tempeſtatem redire ſolent.

120) *Iudicatione.*) Cur inconſtantia anni tempora dubiam Criſin faciant, expoſitum eſt ab Ill. Hoffmanno in Diſſ. de criſium natura. §. 19. Caeterum huc pertinere videntur, quod nempe anni tempora et tempeſtates in vniuerſum attinet, Quaeſtiones Winslowii, an iuxta varias anni tempeſtates varie regenda C. H. ſanitas? et Caſamaioris an a temporum varietate morbi varii?

121) *Et ita.*) Huius loci verſio, etſi ſine dubio vera ſit, tamen Graeco textui minus reſpondere videtur, quem adeo ſic emendare velim: ὥσπερ αἱ νᾶσοι ἔτω ποιέασι. Potuit facile transpoſitio fieri vocabulorum νᾶσοι et ἔτω, propter aliqualem ſimilitudinem, quam inter ſe habent.

Προσλογισέον ἓν, ὁκοίως ἂν ἔχοντα τὰ σώ- LXIIII.
ματα, αἱ ὧραι παραλαμβάνωσι.

Quare cum tantam tempeſtates vim habeant in morbis pariendis, vel iterum excitandis, in id maxime medentes incumbere neceſſe eſt, vt illum corporum tempeſtatumque conſenſum intelligant, et an integrum corpus fuerit, necne, quod aliqua tempeſtas excepit, quae aegrum fecit. Nam hoc quidem naturam morbi permultum mutat.

Νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρι- LXV.
κοὶ, νωθροὶ, διαλυτικοὶ, ὅταν ἔτος δυναξέυῃ, τοιστότροπα ἐν τῇσι νέσοισι πάχεσιν, ἕλκεα μαδαρὰ, μάλιξα ϛόμα, αἰδοῖον καὶ τ' ἄλλα.

122 Sed magna etiam ventorum in corpus humanum vis eſt. Auſtri, ob humidam nebulo-

ſamque tempeſtatem, quam afferunt, aures hebetant, oculis caliginem affundunt, et reliquos ſenſus tardant, capitis dolorem mouent, totum corpus efficiunt hebes, lentum, languidum, eiusdemque robur naturale exſoluunt. [123] Isque ventus quum diu flans vim ſuam ac potentiam exeruerit, in morbis, qui tunc inciderint, ſpiſſo glutinoſoque humore [124] madentia vlcera, ſimiliaque ſymptomata fient. Occupabunt autem ea potiſſimum os, pudenda, aliasque ſimili humore perfuſas partes.

122) *Auſtri ob humidum.*) Hunc locum et Aphor. XVII. Lib. III. ſimul comprehendit Celſus Cap. I. Lib. II. atque de omnium ventorum, maxime tamen Auſtri, vi in corpora animalium conf. Ren. Moreau ad Scholam Salernit. Cap. I. Memb. IIII. pag. 34. ſeqq. et Ill. Hofmanni Diſſ. de potentia ventorum in corpus humanum, et Obſeru. Barometr. Meteorolog. Cap. VI. Halae 1701. Vid. etiam Wedelii Patris Propemt. de ſtatu aeris auſtrino. Ienae 1686..

123) *Isque ventus.*) Foeſio auctore ἔτος reſcripſi et ad νότοι retuli.

124) *Madentia vlcera.*) Cum auſtrina tempeſtas humidum aerem animantium corporibus inferat, ea duplici ratione deſtruit. Nam propter debilem aeris elaterem, ſeroſi praecipue humoris per vaſa progreſſum tardat, ac lentum efficit, ſed humidi abundantia iuſtam debitamque humorum miſcelam impedit, ſic, vt ipſi vtraque ratione ad putredinem diſponantur. Ex qua, neceſſe eſt, talia hinc inde vlcera prouenire, quae continuo madent, et glutinoſum humorem fundunt, ac pilorum defluuium faciunt, ſiue etiam ad cancroſorum, quae vocant, indolem accedunt. Ad cuius generis vlcera generanda, nec omnis humor, nec cuncta corporis loca aeque idonea ſunt. Eſt autem accuratiſſima Hippocratis obſeruatio, de ore pudendisque, tanquam partibus, ad eiusmodi vlcera gignenda, maxime aptis. Solet enim earum fabrica admodum laxa, et tenerae ſpongiae ſimilis inueniri. Deinde etiam permultis glandulis inſtructae ſunt, quae continuo glutinoſum aliquem humorem conficiunt, qui, quod retentus fuit, aliquanto viſcidior factus, partes illinendo lubricas facit. Talis autem liquor, et in natu-

naturalibus maſculorum, praecipue circa glandis coronam, ſed multo magis circa muliebria, potiſſimum in vaginae oſtio, conſpicitur. Eaque cauſſa eſt, cur feminae ſaepius, quam mares, praeter veneream cauſſam, ex ſolo fluore albo, eiusmodi vlceribus laborent, et ab iis difficillime liberentur. Ad quam cauſſam tamen et haec accedit, quod laſciuae ac prurientes puellae, vel digitis, vel arte paratis faſcinis, continuo ſibi foſſas inguinis fatigant, et vlcera refricant. Quae autem, non vnius generis vlcera, potiſſimum in infantibus, frequentiſſime circa os generantur, ſui prouentus cauſſam in laxo humidoque habitu corporis infantum habent, quo fit, vt horum plures, vsque ad pubertatis annos, cum hoc morbo conflictentur.

Ἢν δὲ βόρειον, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληρότεραι, δυσερίαι, φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, σηθέων, ὁκόταν ἔτος δυναξέυῃ, τοιαῦτα προσδέχεσθαι μᾶλλον τὰ νοσήματα. LXVI.

125 Quum vero aquilo a ſeptentrione frigus aduehit, et corpora primum humida facta, mox iterum denſat, et rigida reddit, tum tuſſes fiunt, vel ſiccae, ſcilicet ſi vehemens frigus eſt, vel humidae, ſi tempeſtas ſimilis. Hinc etiam fauces inflammantur, et ceruix rigeſcit, venter adſtringitur, vrina difficulter et cum dolore mittitur, homines frequenter horrore corripiuntur, et corpora intremunt, et lateris pectorisque dolore diſcruciantur. Et tales maxime morbos expectari oportet, quandocunque aquilones praeualuerint.

125) *Quum vero aquilo.*) Hunc locum Celſus ſic expreſſit, Lib. II. Cap. I. Aquilo tuſſim mouet, fauces exaſperat, ventrem adſtringit, vrinam ſupprimit, horrorem excitat, item dolorem lateris et pectoris. Niſi Celſi auctoritas obſtaret, poſſet forte φρικώδεες coniungi cum ὀδύναι. Hic iterum ſcribendum videtur ἔτος, vt feci.

LXVII. Ἢν μᾶλλον πλεονάζῃ, ἀυχμοῖσιν οἱ πυρετοὶ ἔπονται, καὶ ὄμβροισιν, ἐξ ὁποίων ἂν οἱ πλεονασμοὶ μεταπέσωσι, καὶ ὅκως ἂν ἔχοντα τὰ σώματα παραλάβωσιν ἐκ τῆς ἑτέρης ὥρης. Καὶ ὁκοίῳ τίνος ἓν χυμῷ δυνασεύοντος ἐν τῷ σώματι.

[126] Quodſi vero hae tempeſtates ſolito diutius ſaeuierint, febres orientur; nimirum ardentes, ſi ſqualida tempeſtas praeceſſit, et corpora exſiccata ſunt, putridae autem corruptique humoris indicium facientes, ſi ventus imbres aduexit, et humida tempeſtas fuit. Atque ad haec plurimum etiam confert corporum conſtitutio. [127] Quae quomodo ex alio priore tempore affecta, quaſi excepta ab illis tempeſtatibus fuerint, [128] et cuius generis humor tum inter reliquos in corpore praeualuerit, ac redundauerit, quam diligentiſſime eſt cognoſcendum.

126) *Quodſi autem hae tempeſtates.*) Foeſius in annotationibus ad hunc locum nonnullos Codices citat, qui haec prima verba· ἢν μᾶλλον πλεονάζῃ cum antecedentibus coniuncta exhibeant. Et quamuis id videtur minus recte fieri, tamen, ſi cum ſequentibus connectantur, non ſtatim elucet, quomodo ipſa interpretanda ſint; neque etiam ex Foeſii et Dureti verſione id cognoſcere licet. Martianus vero propius ad veritatem accedit, qui haec verba ita vertit: Si temporis alteratio nimis excedat naturae conditionem. Cumque Hippocrates paullo poſt dicat, ἄταρ ἀνυδρίαι νότιαι, βόρεαι, perſpicuum eſt, de his binis ventorum generibus ſermonem eſſe, et Hippocratem innuere voluiſſe, vtrumque ventum, ſiue ſiccam, ſiue humidam tempeſtatem aduexerint, febres tamen diuerſas generare, modo diutius perſtiterint, et conſuetum quaſi temporis ſpatium exceſſerint. Adeo

verba:

verba: μᾶλλον πλεονάζῃ antecedentibus ἕτος δυναστεύῃ quodammodo oppoſita eſſe videntur.

127) *Quae quomodo.*) Verba: καὶ ὅκως - - ἑτέρης ὥρης videntur abundare. Paullo ante §. 64. ſcriptum erat: ὁκοίως ἂν ἔχοντα τὰ σώματα αἱ ὧραι παραλαμβάνωσιν, et hic ſequitur καὶ ὁκοίη etc. quid ſi ergo dicamus, librarios errorem commiſiſſe, propter ſimilitudinem principii paragraphorum? An potius verba: καὶ ὅκως ἄν etc. in margine adſcripta, ab aliquo in textum recepta ſunt?

128) *Et cuius.*) Cum Mercuriali exiſtimamus haec verba: καὶ ὁκοίη τινος ἓν χυμῷ δυναστεύοντος ἐν τῷ σώματι, debere ad illam ſententiam referri, quae not. 126. expoſita fuit, aliterque adeo interpungenda eſſe, quam Girardetus fecit. Debet enim, ex Hippocratis mente, etiam corporis diſpoſitio, quatenus ab humoribus et tempeſtate praegreſſa pendet, concurrere, vt poſſit vel ardens vel putrida febris, ſub illis ventis, generari.

Α'ταὰρ ἀνυδρίαι νότιαι, βόρειαι διαφέρει γὰρ καὶ τ' ἄλλα ἔτω, μέγα γὰρ καὶ τῦτο· ἄλλος γὰρ ἐν ἄλλῃ ὥρῃ καὶ χώρῃ μέγας, οἷον τὸ θέρος χολοποιὸν, ἦρ ἔναιμον, τ' ἄλλα ὡς ἕκαστα. LXVIII.

Siccas vero tempeſtates cognouimus aeque auſtros conſequi atque aquilones. Eademque ratione [129] et aliae tempeſtates variant, quod ſane magnum et animi attentione dignum eſt. Nam inter corporis ſuccos, quorum quatuor numeramus, quisque alio anni tempore aliaque regione [130] exſuperat. Aeſtas igitur, propter calorem, maxime bilem gignit, ver ſanguinem rubrum in corpore producit, cuius plenitudine venae turgent, aliaque anni tempora, ſuo quodque modo, atque natura, alium in corpore humorem gignunt.

129) *Et aliae.*) Τὸ γὰρ male hic, enim, vertitur. Clariſſimum eſt idem hic valere, quod autem.

130) *Exſuperat.*) Cum vocabulum μέγας de humoribus dicatur, videtur optime verti poſſe per turgens, principatum tenens.

LXVIIII. Αἱ μεταβολαὶ μάλιϛα τίκτϭσι νϭσήματα, καὶ αἱ μέγιϛαι μάλιϛα, καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ, καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισι· τὰ δὲ ἐκ προσαγωγῆς γίνεται· αἱ ὧραι ἧσσον ἀσφαλέϛαται, ὥσπερ καὶ δίαιται, καὶ λύχος, καὶ θάλπος μάλιϛα ἐκ προσαγωγῆς, καὶ ἡλικίαι ἕτω μεταβαλλόμεναι.

Quarum omnium rerum mutationes vt aliquid ad corporum ſanitatem, ſic plurimum ad creandas valetudines conferunt; quo maiores autem ſubitaeque magis viciſſitudines ſunt, eo grauiores morbi ex ipſis orti procedunt. Eaeque mutationes cum in aliis quibuscunque rebus magnae ſunt, tum praecipue in anni temporibus, quae prae reliquis animaduerſionem deſiderant. Quae autem rerum mutationes paullatim fiunt, nihil mali afferunt, neque adeo metuendae ſunt. Itaque de ſimili anni temporum viciſſitudine, et victus rationis, maximeque frigoris, et caloris atque aetatum ſenſim placideque factis mutationibus, medentes ſecuri ſunt, easque corpori praeſidio fere eſſe ſciunt.

LXX. Φύσιες δὲ ὡς πρὸς τὰς ὥρας, αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα, εὖ καὶ κακῶς πεφύ-

πεφύκασιν· αἱ δὲ πρὸς χώρας, καὶ ἡλικίας, καὶ διαίτας, καὶ τὰς ἄλλας κατασάσιας τῶν νέσων, ἄλλαι πρὸς ἄλλας, ευ καὶ κακῶς πεφύκασι· καὶ ἡλικίαι πρὸς ὥρας, καὶ χώρας, καὶ διαίτας, καὶ πρὸς κατασάσιας νέσων· καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσι δίαιται, καὶ σιτία, καὶ ποτὰ, οἷα ὅτι ὁ μὲν χειμὼν ἀργὸς ἔργων, καὶ πέπονα τὰ εἰσιόντα καὶ ἁπλᾶ. μέγα γὰρ καὶ τῦτο. αἱ ὁπῶραι δὲ ἐργάσιμοι, ἡλιώσιες, τὰ πινόμενα πυκνὰ, ἀκατάσατα σιτία, οἶνοι, ἀκρόδρυα.

Sunt tamen et in harum rerum mutationibus perferendis aliquae varietates. Nam [131] ex diuerſiſſimis hominum naturis, aliae aeſtatis, aliae hyemis iniurias facile ferunt, ac bene ſe habent, aut iis male afficiuntur. Idque non minus de reliquis rebus ſic obſeruatum eſt. Nam hominum naturae etiam ad regiones, et aetates, et diaetas, ſeu victus rationes [132] atque morborum alias conſtitutiones differunt, aliaeque ab aliis bene maleue affici conſueuerunt. Neque alia aetatum ratio eſt, quae etiam ita ſe habent ad anni tempora, et coelum, et victus genus, et morbi formas, et conſtitutiones alias, vt non cunctae illas res omnes aeque bene ferant. Porro in ſingulis anni temporibus quale viuendi genus conueniat, quemque adeo cibum, potumque ſumere homines oporteat, accurate ſpectandum eſt. Quaecunque igitur hyeme aſſumuntur, vbi cor-

pora frigus tenet, et omnia torpent, atque ignaua ſunt, maxime ſimplicia eſſe debent, et cocta. Eſt enim et in hoc magnum ad ſanitatem momentum poſitum. [133] In praecipiti vero aeſtatis parte, homines operi et laboribus, potiſſimum ruri et in agris, vacant, et corpora ſole aduſta exſiccantur. Igitur potus tum frequens ſit, et cibi varii, ac praeter ordinem ſumantur, vinum bibatur, et pomis fructibusque arboreis homines veſci debent.

131) *Ex hominum.*) Verba: *Φύσιες δὲ ὡς πρὸς τὰς ὥρας*, proprie ita vertenda ſunt: quomodo ſe naturae corporum ad tempeſtates habeant.

132) *Atque morborum.*) Dubium eſt, quid ſibi velit hoc loco vox *ἄλλας*, ſi interpretanda haec verba ſint, prout hic interpuncta ſunt. Atque probabile eſſe videtur ex Aphor. III. Lib. III. accedente inprimis Foeſii auctoritate, verba: *τῶν νόσων* ita ab antecedentibus ſeiungenda eſſe, vt, cum ſequentibus coniuncta, illi aphoriſmo reſpondeant. Sed neque neceſſe eſſe puto pro *κατασάσιας*, *μετασάσιας* reponere, neque, ſi etiam ponatur, legendum eſſe: *τῶν νόσων ἄλλαι* cetr. Vox *ἄλλας* commode ad *ὥρας* referri poſſe exiſtimo. Verba vero, *καὶ τὰς ἄλλας κατασάσιας τῶν νόσων* verto: et reliquas morborum conditiones, nempe a quibus diuerſa morborum genera naſcuntur. Quis enim neſcit, eſſe alios morbos aetatum, alios regionum etc.? Praeterea et ſequentia verba indicant, vocem *κατασάσιας* ab illâ *νόσων* non ſeparari debere.

133) *In praecipiti vero aeſtatis parte.*) Neque Girardeto, qui haec verba et antecedentia disiungit, neque etiam Mercuriali adſtipulari poſſum, qui verbum: *ὀπῶραι*, nouiſſimam aeſtatem interpretatur, *ἡλίωσιες* autem eam mediam indicare, et haec ideo ſeparanda exiſtimat? Puto autem totum hunc locum, vsque ad verba: *οἶνοι, ἀκρόδρυα*, ad antecedentia pertinere. Nam ea aeſtatis parte, quae *ὀπῶρα* dicitur, homines inprimis ſole peruruntur, tum etiam arborei fructus potiſſimum eo tempore proueniunt.

Ὥσπερ

Ὥσπερ δὲ ἐκ τῶν ὡρέων τὰς νόσους ἐσὶ τεκ- LXXI.
μήρασθαι, ἐσί ποτε καὶ ἐκ τῶν νόσων ὕδατα, καὶ ἀνέμους, καὶ ἀνυδρίας προγινώσκειν. οἷον βόρεια, νότια, ἐσὶ γὰρ ἓυ μαθόντι καὶ ὀρθῶς ὅθεν σκεπτέα· οἷον καὶ λέπρας τίνες, καὶ περὶ τὰ ἄρθρα πόνοι, ὕδατα ὅταν μέλλει, κνησμώδεές εἰσι καὶ ἄλλα τοιαῦτα. καὶ τῶν ὑσμάτων οἷα ἢ διὰ τρίτης, ἢ ἑκάσης, ἢ διὰ περιόδων ἄλλων· καὶ τὰ συνεχέα, καὶ ἀνέμων, οἱ μὲν πολυήμεροι πνέουσιν, καὶ ἀντιπνέουσιν ἀλλήλοισιν· ἄλλοι δὲ διὰ βραχυτέρων; οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ κατὰ περίοδον. ταῦτα ἔχει τῆσι κατασάσεσιν ὁμοιότητας.

[134] Quemadmodum vero ex anni temporibus ac tempeſtatibus plura morborum genera, potiſſimum, quae in haec tempora incidunt, coniectura aſſequi licet, ſic contra [135] ex valetudinibus etiam aquae ſeu pluuiae, et venti futuri, atque ſiccitates praenoſci poſſunt: Quod facile eſt aquilonalium et auſtrinarum tempeſtatum exemplo comprobare. Atque omnem hanc rem is haud difficulter intelliget, qui, ad quae ſit in eius rei cognitione reſpiciendum, bene rectеque nouerit. Sed inter hos morbos, in quibus tempeſtatis futurae ſigna ſunt, aliquae leprae ſpecies numerantur, et arthritici dolores, qui prurire, exacerbarique ſolent, vbi pluuiae futurae ſunt.

Eſt-

Eſtque aliorum morborum ſimilis ratio. [136] Et plane etiam cognoſci hoc poteſt, nimirum cuiusmodi pluuiae futurae ſint: aliae enim tertio die, vel ſingulis reuertuntur, vel alios circuitus habent, aut continenter de coelo delabuntur. Ex ventis alii quoque per plures dies flant, atque inter ſe contrario motu pugnant: alii citius deſinunt, ſed reuertuntur, quoniam et venti ſuos circuitus habent. Igitur inter tempeſtatum varietates, et valetudinum conſtitutiones, propter vim, quam illae in corpore habent, ſimilitudo quaedam atque conſenſus intercedit.

134) *Quemadmodum vero.*) Haec etiam verba Girardetus male a ſequentibus ſeparauit, quod probatione vix eget. Videtur autem, partim Dureti verſione, partim quod ἔτω deeſt, quamuis hoc frequentiſſimum ſit, in illum errorem inductus eſſe.

135) *Ex valetudinibus.*) Non ſatis laudari poteſt Hippocratis diligentia, qui etiam mutuas quaſi morborum tempeſtatumque ex vtrisque praedictiones, mente aſſecutus eſt. Magnam vim aeris in corpora animata eſſe, neminem fugit, neque minus patet, vt a puro aere bene, ſic a peregrinis noxiisque particulis inquinato, male ſe corpora habere. Quae vero in aere mutationes fiunt, earum aliae ſubitae, aliae lentae ſunt, ſed diutius perſtant. Ex his praecipue lentae ex corporum affectionibus praedici poſſunt. Quarum cum non omnes ex aere oriantur, ſed aliquae tantum, etiam non ex omni morbo praenoſci poteſt, qualis in aere proxime futura mutatio ſit. Ex eius autem generis morbis, qui indicium futurae tempeſtatis praebent, ſunt vulnera quaedam maiora, olim nobilioribus partibus inflicta, ſed conſolidata, (conf. Binningeri Obſ. Cent. IIII. Obſ. 80.) vlcera antiqua, certae etiam capitis dolorum ſpecies, oculorum et articulorum affectiones, aliaeque plures, quae omnes in membraneis, tendineis, adeoque tenſis atque elaſticis partibus ſunt, et a lento ſeroſorum humorum motu proueniunt. Eiusmodi autem partibus vulneratis etiam puriſſimi aeris liberiorem acceſſum nocere, medentes ſciunt. Conf. Wegeri Diſſ. de nonnullorum hominum Ephemeridibus. Regiom. 1721.

136) *Et plane.*) An praeſtauerit fortaſſis haec ſeparare ab antecedentibus, et tanquam abſolute poſita conſiderare? Nihil

Nihil audeo determinare. Sed puto etiam parum referre, an ſeorſim poſita eſſe exiſtimentur, an iuncta cum praecedentibus.

Ἐπὶ βραχύτερον δὲ τὰ τοιαῦτα. Ἢν μὲν ἐπὶ πλέον τὸ ἔτος τοιῶτο ἔῃ, οἵην κατάσασιν ἐποίησεν, ἐπὶ πλεῖον καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα. καὶ ἢν μᾶλλον ἰσχυρότερα, καὶ μέγιστα νοσήματα ἔτως ἐγένετο, καὶ κοινότατα, καὶ ἐπὶ πλεῖστον χρόνον. LXXII.

Tamen pluuiae, ventorumque efficaciae breuior plerumque terminus eſt. Si autem annus maximam partem eum ſtatum tempeſtatemque continenter obtineat, qualem, quum ingreſſus eſt, habuit, par etiam morborum, qui tum incident, indoles et natura erit. Et quo maior illius tempeſtatis vis eſt, quoque ipſa conſtantior, eo maiores, vehementioresque morbi fiunt, eoque plures ipſi homines inuadunt, longiſſimumque temporis ſpatium perdurant.

Ἐκ τῶν πρώτων ὑδάτων, ὅταν ἐξ ἀνυδρίης πολλῆς μέλλῃ ὕδωρ ἔσεσθαι, ἐσὶ περὶ ὑδρώπων προειπεῖν· καὶ ὁκόταν τ' ἄλλα σμικρὰ σημήϊα Φανῇ ἐν νηνεμίῃ, ἐν μεταβολῇ. συνακτέον ἓν, ὅσα μὲν ἐφ' οἵοισιν ὕδασιν ἢ ἀνέμοισιν αἱ νῆσοι ἐπισημαίνεσι, καὶ ἀκεσέον, εἴ τις οἶδεν, ὅτι τοιήτε χειμῶνος προγενομένε, τοῖον ἦρ ἦ θέρος ἔσαι. LXXIII.

Poſt

Poſt ſiccam tempeſtatem, quae mortalium corpora diutino calore exhauſit, et quaſi excoxit, ſi aliquando pluuia futura eſt, [137] vel ex prima aqua, quae coelo decidit, de eo valetudinis genere aliquid praeſagire licet, quod hydropem appellant: quoniam magno aeſtu [138] exſiccata corpora humorem capere ac retinere nequeunt, quo adeo repente perfunduntur. Idque etiam ex quacunque ſubita, etſi leui aeris mutatione, praenoſci poteſt, maximeque ex ventorum ceſſatione, ſi poſt graues longasque tempeſtates, ſubito conquieſcunt ac ſilent, et quacunque alia eorum mutatione. Qualia igitur morborum genera vel aquis vel ventis ſui ſignificationem faciant, ſcilicet, vt inde futurae valetudines certo praenoſci poſſint, id ſane eſt ex eiusmodi, etiam exiguis prima ſpecie, ſignis colligendum. Proinde et audiendi ſunt, qui longa fortaſſis obſeruatione hoc didicerunt, vt valeant ex hyemis praegreſſae conſtitutione perſpicere et indicare, quale vel ver, vel qualis ſit etiam aeſtas eiusmodi hyemem conſequutura.

137) *Vel ex prima.*) Illuſtrat hunc locum alius, qui eſt in Libro de internis affectionibus pag. 544. Ὁ δὲ ὕδρος ἀπὸ τῶν δὲ γίνεται. ὁκόταν θέρεος ὥρη διψήσας, ὕδωρ πολὺ πίῃς, ἐπεί περ ἐκ τοῦδε γίνεσθαι φιλέει, μάλιστα cetr.

138) *Exſiccata corpora.*) Vt vaſa frigore condenſari, ſic contra laxari calore, praecipue externo, ſolent. Cuius rei, cum plures fortaſſis rationes ſint, haec tamen certiſſima eſt, quod humores, magna vi dilatati et quodammodo aeſtuantes, vaſis vim inferunt, eorumque virtutem debilitant. A pluuia vero corpus duplici modo afficitur; nam et tranſpiratio, quae per cutem ac pulmones fit, ſubito cohibetur, et corpus, quod aeſtu praegreſſo rarum factum eſt, tanquam ſpongia, humores ex aere bibit, vt etiam molles laxioresque partes, praecipue in feminarum corporibus, iutumeſcant? Huic humorum vi continendae vaſa, inprimis lymphatica, minus apta ſunt, cumque externa tranſpiratio minus libere ſuccedat,

dat, ex naturae quaſi aliqua lege, interna ſic augetur, vt peritonaeum, pleura, ſimilesque membranae quaſi ſudore diffluant, qui cum non omnis reſorberi a venis poſſit, breui hydropem generat. Haec autem plane iis reſpondent, quae grauiorem haemorrhagiam vel diarrhoeam, aliamque euacuationem paſſis accidunt, vbi nimio refectionis ſtudio corpus ſubito repleuerunt. Nam hi omnes fere ſemper hydropici fiunt. Idque eo certius, ſi calidum inprimis potum vaſis infuderunt, quem et aliae noxae conſequuntur. Vid. Hales Haemaſtatiks pag. 116. ſeqq.

Τὰ χρώματα ἐχ ὁμοίια ἐν τῇσιν ὥρῃσιν, ἐδὲ ἐν βορείοισι καὶ νοτίοισιν, ἐδ' ἐν τῇσιν ἡλικίῃσιν, αὐτὸς πρὸς ἑωυτὸν, ἐδ' ἄλλος ἄλλῳ ἐδὲν. σκεπτέον δὲ ἐξ ὧν ἴσμεν καὶ παρεόντων καὶ ἀτρεμεόντων, περὶ χροιῶν, καὶ ὅτι αἱ ἡλικίαι τῇσιν ὥρῃσιν ἐμφερέες εἰσὶ καὶ χροιῇ, καὶ τρόπῳ. LXXIIII.

139 Permultum etiam ad cognoſcendos iudicandosque morbos facit, coloris corporum varietates cognouiſſe: ſiquidem in eo totius habitus, et exſuperantis in corpore humoris teſtimonium eſt. Is autem vel in eodem corpore adeo varius eſt, vt vel anni temporibus, aquilonibus atque auſtris, ſed maxime ſingulis aetatibus magnas mutationes ſubeat, nec ſibi conſtet. Eaque colorum diuerſitas tum quidem maior eſt, et clarius obſeruatur, vbi aliquot inter ſe corpora conferuntur, quorum ſibi nec bina reſpondent. Ita vero colores corporum, eorumque varietates conſiderandae ſunt, vt in morbis praecipue intelligamus, an iidem ac naturales colores, quorum notitiam habeamus, adeoque minus

nus mutati ſint, et vtrum aetates anni temporibus, tum etiam colori, et valetudinis indoli reſpondeant, ac pares ſint.

139) *Permultum.*) Quomodo ex hominum colore coeli ſalubritas cognoſci poſſit, exponit Lanciſi de natiu. coeli Romani qualitat. Cap. XV.

LXXV. Οἱ αἱμορῥοίδας ἔχοντες ἅτε πλευρίτιδι, ἅτε περιπνευμονίῃ, ἅτε φαγεδαίνῃ, ἅτε δοθιήσιν, ἅτε θερμίνθοισιν ἁλίσκονται, ἴσως δὲ ἐδὲ λέπρῃσιν, ἴσως δὲ ἐδὲ ἀλφοῖσιν.

140 Quibus ora venarum, quae circa anum ſunt, ſanguinem fundunt, eaque profuſio rite procedit, hos neque pleurae, neque pulmonum inflammatione periclitari ſciendum eſt, neque vlcera exedentia habere, quae vulgo phagaedenica appellant, neque furunculis, neque puſtulis nigris laborare. Forte etiam leproſi non fiunt, neque vitiliginibus exercentur, quibus ſanguinis profluuium per ea loca eſt.

140) *Quibus ora venarum.*) Videntur ſane in his verbis ſuae ſententiae praeſidium inuenire poſſe, qui hodie omni ſtudio id agunt, vt venis, quae circa anum ſunt, ſolutis, maſculos etiam quaſi menſtruatos efficiant. Et ſolet fere inter decora, maxime honoratiorum, numerari, anum, ſanguine conſpurcatum, habere. Neque adeo id mirum eſſe poteſt propterea, quoniam hac aetate medentium plures magis circa laudes optimae naturae verſati et occupati ſunt, quae plurimos morbos ad hominum ſalutem excitet, quam circa ipſa corporis mala tollenda. Id autem ex omni animali oeconomia, et tot in corpore obuiis excretionibus elucet, cum a cibo potuque aſſumto ſemper fere aliquid ſupereſſe, tum ipſa vi vitae continuo aliquas effoetas particulas a corpore abradi, quod vtrumque, quia corpori reliquo nociturum eſſet, quotidie per varias corporis vias elidi debeat.

debeat. Quae recrementa, quo copioſiora ſunt, ſiue plus alimenti aſſumatur, ſiue motus deſit, quo hoc quaſi conſumi, et cedere in corporis nutritionem debet, ſiue etiam motus, praeſertim in inedia, multum augeatur, quo de ipſo corpore multa deteruntur, neceſſe eſt, vt vel plus humidi per vnam earum naturalium viarum feratur, quo nomine aliis tranſpiratio cutanea augetur, aliis liberior vrinae fluxus eſt, aliis aluus frequentius ſoluitur, vel vt alio quodam loco, ob ſitum, aut humoris ſimilitudinem, apto, viae aperiantur, idque effluat, quod in corpore redundat. Et hoc ſane debet corpori perquam vtile eſſe, multaque mala praepedire, quae ex retentis noxiis particulis orirentur, eaque propterea naturae molimina omni ſtudio iuuanda. Inter has vero, etſi non naturales vias, tamen ad eas proxime accedentes, venarum, quae circa anum ſunt, adapertio referri ſolet. Ex eoque medentium plures ſequi exiſtimarunt, haemorrhoidum fluxum, cum, ſi eum natura moliatur, promouendum, tum, quia tanta eius vtilitas ſit, vt letales morbos auertat, arte excitandum eſſe. Sed hoc conſilium vt nunquam ſequendum eſſe exiſtimo, ſic illud perraro. Sanguinem ex venis fluere, quae circa anum ſunt, ſemper malum eſt. A natura enim hae viae clauſae ſunt. Si vero apertae ſanguinem ita fundant, vt vel morbus tollatur, quo homo laborabat, aut valetudo vacillans confirmetur, vel vt ſe homo ad minimum bene inde habeat, non cohibere tunc fluxum licet, ſed ita regi oportet, vt nullo modo turbetur. Hoc tamen perraro fit. Neque obiici poteſt, quae haemorrhoidum fluxum, illa et aluum et ſudorem aliasque excretiones turbare debere. Nam quae viae a natura apertae ſunt, illas minus facile a morbo praecludi, frequenti obſeruatione compertum eſt. Deinde quod Hippocrates docet, et experientia quoque comprobatum eſt, quibus ſanguis e venis fluit, quae circa anum ſunt, illos a pleuritide, aliisque periculoſiſſimis morbis tutos praeſtari, quam male ex eo colligitur, ad eiusmodi morbos auertendos, perquam vtile eſſe, haemorrhoidum fluxum excitare? Nam primum, quem fluxum ars excitat, eundem in corpore effectum praeſtare, quem idem, ſi a natura excitatus fuerit, non ſequitur; deinde, quam raro licet eiusmodi fluxum excitare, qui aegrum leuet, et per quem inutiles tantum ſucci expurgentur? quam frequens contra, eiusmodi medicatione, omnem corporis oeconomiam turbari, et viſcerum, quae in imo ventre ſunt, functiones laedi? Porro

certiſſimum eſt, qui hoc fluxu laborant, partim non ſatis tutos contra illos morbos eſſe, etſi fluxus non ceſſet, partim metuere debere, ne fluxu cohibito, vel Hippocratis auctoritate, in hos morbos eo certius incidant? Et hoc forte praecipuum argumentum eſt, quo illa ſententia, de maxima haemorrhoidum vtilitate, infirmatur. Mecum ſentit, et prae caeteris legi meretur Ill. Richter in Progr. Cenſura niniae laudis Haemorrhoidum. Sed hoc ipſo negare nolo, enitendum eſſe medentibus, vt, ſi in febre inflammatoria pulmonum, pleurae, hepatis, et cerebri, natura ſolutionem venarum moliatur, quae circa anum ſunt, haec ſolutio fiat, ad periculum auertendum, quod imminet.

LXXVI. Γ'ητρευθέντες γε μὴν ἀκαίρως, συχνοῖσι τοῖσι τοιούτοισιν ὀβραδέως ἤλωσαν, καὶ ὀλέθρια ἔτως· καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀποσάσιες, οἷον σύριγγες, ἑτέρων ἄκος· ὅσα πέφυκεν ἐπιφαινόμενα πάυειν, ῥύεται τούτων προγενόμενα κωλύματα ἀλλοισιν αἰ κοινωνίαι.

Idque nobis ex contrario innotuit. Nam quibus haec ſanguinis ex ano profuſio male et intempeſtiue curata, atque ſuppreſſa fuit, quam purgationem magis, quam morbum habent, breui tempore poſt, eiusmodi valetudines, quales antea recenſuimus, frequenter obortae ſunt. Tumque haemorrhoides pernicioſae fuerunt. Eadem reliquorum humorum conditio eſt, qui hinc inde in corpore abſcedunt, et vlcera fiſtulasque efficiunt. Quam diu enim in corpore exſuperans, noxiusque futurus humor, per eiusmodi loca eliditur, tamdiu ab aliis morbis homo immunis eſt, vel liberatur etiam, ſi tale quid morbo ſuperuenit, quo laborat. De his enim ſiue haemorrhoidibus ſiue abſceſſibus, atque fiſtulis

id

id quidem perpetuum eſt, et animaduerſionem deſiderat, ea morbos ſedare, ac tollere, quibus praeſentibus ſuperueniunt, ſed ſi alias homini accidunt, ac morbos praecedunt, tum impedimento eſſe, ne valetudines ingruant, hominemque ab earum periculo liberare, [141] ſiquidem illa inter ſe corporis loca communicent.

141) *Siquidem illa inter ſe.*) Martianus haec verba, cum in hoc loco, tum in proxime ſequente, admittit, quaſi Hippocrates rationem ſententiae ante poſitae ipſis reddere voluiſſet. Duretus autem ea hoc loco quidem minus admittere videtur, quoniam neque in verſione, neque in commentario reperiuntur, nec minus Foeſio ſuſpecta ſunt. Forte quod totus locus ita conſtituendus eſt: ὅσα πέφυκεν ἐπιφαινόμενα πάυειν, ῥύεται τέτων προγενόμενα κωλύματα. οἱ ὑπόπτοι τόποι ὑποδεξάμενοι πόνῳ, ἢ βάρει, ἢ ἄλλῳ τίνι ῥύονται. ἀλλ' οἷσιν αἱ κοινωνίαι, διὰ τὴν ῥοπὴν, ἐκ ἔτι αἷμα ἔρχεται, ἀλλὰ, κατὰ τὴ χυμῆ τὴν συγγενέην, τοιᾶυτα πτύεσιν. Haec enim lectio, teſte Foeſio, MSS. Codd. reſpondet, ipſique Foeſio plurimum probatur, etſi negandum non ſit, poſſe et primo illo loco verba: ἄλλοισιν vel ἀλλήλοισιν αἱ κοινωνίαι tolerari, et ſatis commode ad antecedentia referri, prout in paraphraſi fecimus. Caeterum ex varietate ſcriptionis cum hoc loco, tum Lib. VI. Epidem. Sect. III. pag. 1176. intelligitur, hunc locum difficillimae explicationis eſſe, neque fere tentandum, niſi ab eo, cui notior Hippocrates, quam aliis ſua domus. Quamuis enim verba: ἐκ ἔτι αἷμα ἔρχεται, ſatis demonſtrent, haec ad haemorrhoides pertinere, de quibus antea dictum eſt; tamen quomodo omnia inter ſe cohaereant, propter illa verba: ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι, difficilius intellectu eſt. Dum haec, olim ſcripta, relego, mentem ſubit dubitatio, an non eo, quod verba: ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι, diuerſis locis poſita ſunt, Hippocrates duplicem communicationem indicare voluerit. Imo haec vere ita ſe habere, tam plane mihi perſuaſum habeo, vt non dubitem, totum locum ita interpungere et emendare: καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀποστάσιες, δῖον σύριγγες, ἑτέρων ἄκος, ὅσα πέφυκεν ἐπιφαινόμενα, πάυει, ῥύεται τέτων προγενόμενα κωλύματα. Αλλοισιν αἱ κοινωνίαι, οἱ ὑπόπτοι τόποι, ὑποδεξάμενοι πόνῳ, ἢ βάρει, ἢ ἄλλῳ τίνι ῥύονται. ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι διὰ τὴν ῥοπὴν. ἐκ ἔτι αἷμα cetr. Nempe duplicem Hippocrates communicationem ponit, alteram, quam nominare

non potuit, ſed deſcripſit, alteram διὰ τὴν ῥοπήν. Huius exemplum praebent Haemorrhoides, ſuperuenientes pleuritidi, illius vero dolor circa clauiculas, eidem morbo ſuperueniens, eumque ſoluens. Fortaſſis tamen Hippocrates non ἄλλοισιν ſcripſit, ſed ἀλλ' οἷσιν. Senſus idem eſt.

LXXVII. Οἱ ὑπόπτοι τόποι, ὑποδεξάμενοι πόνῳ, ἢ βάρει, ἢ ἄλλῳ τίνι, ῥύονται· ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι διὰ τὴν ῥοπὴν, ἢν ἔτι αἷμα ἔρχεται, ἀλλὰ, κατὰ τὸ χυμὸν τὴν συγγενείην, τοιαῦτα πτύουσιν. ἐσὶν οἷσιν αἷμα ἀφίεσθαι ἐν καιρῷ ἐπὶ τοῖσι τοιούτοισιν, ἐπ' ἄλλοισιν δὲ ὥσπερ ἐπὶ τούτοισιν, τοῦτο ἢν εἰκὸς. Κώλυσις ἐπὶ τοῖσι δὲ δὴ αἱματώδεα πτύουσιν, ὦρη, πλευρῖτις, χολή.

Atque in morbis praenoſci poteſt, quae forte pars, propter communicationem, materiam morbificam exceptura ſit. Et inter has aliae a metu imminentis mali facile liberantur, ac praeter dolorem, aut grauitatem, aut aliam affectionem, nihil mali ſentiunt. Quae autem per ſanguinis riuos, humorisque inclinationem, inter ſe partes communicant, et magis periculo expoſitae ſunt, et ab ingruente morbo difficilius liberantur. Nam quibus ora venarum, quae circa anum, vel alias partes reperiuntur, ſanguinemque fundere conſueuerunt, ſubito ſuppreſſa ſunt, hi, malo ad pulmones perueniente, ſecundum humoris cognationem, ſanguinem reiiciunt. Inter eiusmodi aegros ſunt, quibus tempeſtiua ſanguinis miſſio conuenit: Sunt vero etiam, pariter atque in

aliis

aliis ſimilibus affectionibus, quibus pernicioſum foret, venam aperuiſſe. [142] Et in iis quidem, qui cruenta exſpuunt, venam ſecare prohibent, anni tempus, [143] et laterum dolor, et bilis abundans, atque exſuperans.

142) *Et in iis.*) Patet ſane ex ipſius Dureti verſione vocem: κώλυσις ad ſequentia pertinere, et fuiſſe adeo ab his minus recte ſeparatam, quod Girardetus fecit, et ante eum Mercurialis. Putaui vero et ſatius eſſe, exemplum, quod Hippocrates dat, ſanguinem reiicientium, ab ante poſitis non ſeparare. Particula δὲ probabiliter abundat.

143) *Et laterum dolor.*) Sunt ex interpretibus, qui ſe mire in explicando hoc loco torquent, quoniam in pleuritide, in ſola venaeſectione ſpes ſalutis repoſita ſit, quod tamen auxilii genus hoc loco ab Hippocrate reiiciatur. Sanguinem vero ex pulmonibus reiicere, ſemper periculi plenam rem eſſe, quod plerosque aegros phthiſicos faciat. Verum ſanguinis miſſio eo maxime nomine vtilis eſt, quod magnus modus inflammati ſanguinis detrahitur, eiusque obſtructio reſoluitur, conf. Cel. Trilleri Comment. de Pleuritide Cap. II. Deinde malum mitius fieri obſeruatum eſt, vbi ſanguis per nares fluit, aut eum venarum, quae circa anum ſunt, ora fundunt. Quidni ergo et id vtile fuerit, ſi aeger ſanguinem ore reiiciat? idque [illegible] ſi ſanguis ab ipſa parte affecta venire obſeruetur, [illegible] accipue ad hoc attendendum eſt, Hippocratem [illegible] iungantur [illegible] αἱματώδια dixiſſe. Tamen hoc omni periculo [illegible] haec verba [illegible] xerim. Et ad haec inprimis attendendum eſt [illegible] ſtatim in principio morbi id fiat, et an ſputum [illegible] liberum, ſatisque craſſum ſit, et quomodo aeger han[illegible] ſpontaneam excretionem ferat. Quae omnia, ſi talia fuerint, qualia ad aegri ſalutem requiruntur, ſcire licet, ipſum ſanguinis ſputum, etſi alias anceps remedium, hic tamen bonum eſſe, neque licere hanc a natura inſtitutam excretionem, ſine aegri noxa, venaeſectione cohibere, quae adeo Hippocratis mens fuiſſe videtur. Quod vero ad bilem attinet, conf. Queſnay Eſſais de Phyſ. Tom. II. pag. 92.

Τὰ παρὰ τὸ ἓς, ὅσοισιν ἂν ἀμφὶ κρίσιος LXXVIII.
γινόμενα, ἢν μὴ ἐκπυήσῃ, τότε ἀπαλλασσο-

μένα ὑποσροφὴ γίνεται, καὶ κατὰ λόγον τῶν ὑποσροφέων, τῆς ὑποσροφῆς κρινόμενα ἄυθις αἴρεται καὶ παραμένει, ὥσπερ αἱ τῶν πυρετῶν ὑποσροφαὶ, ἐν ὁμοίῃ περιόδῳ.

Sed inter alias partes, in quibus aliquid in morbis abſcedit, commemorari merentur glandulae, quae ad aures poſitae ſunt, et, qui in his ſedibus tumores fiunt, vulgo parotides nominantur. Quibuscunque enim, quum dubia morbi iudicatio eſt, in his glandulis tumor excitatur, neque in pus vertitur, quod abſceſſit, [144] ſed potius ſubſidit, et euaneſcit, illis ſciendum eſt, morbum recurſurum eſſe. Quocirca, vbi eiusmodi tumor, ſicut aliae valetudines, redit, et iudicatus eſt, tum parotis attollitur, et tumor manet. Idque ſimili plane circuitu fit, quo ipſae febres, ſine ratione finitae reuertuntur.

144) *Sed potius.*) dnicatie ἀπαλλασσομένα mutanda forte in λαπασσομένα videat. Et ipse[illegible] l. c. pag. 669. Sed in hoc vocabulo nihil[illegible]acile libera[illegible] mutandum eſſe, contra in illo: τάτα. Name[illegible] I. Epidem. legatur; τατέων λαπασσομένων, euidens tamen eſt, haec verba non ad τὰ παρ' ἄς pertinere, ſed ad morbum: Hinc legendum puto: τῆς νόσα ἀπαλλασσομένης, etſi et ἀπαλλασσομένα videatur tolerari poſſe, propter νόσημα, quod ſubintelligendum.

LXXVIIII. Ἐπὶ τέτοισιν ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίσαθαι, ἔρον παχὺ, λευκὸν, οἷον τὸ τῦ ἀρτιγενέος. Ἐπὶ τοῖσι κοπιώδεσι τεταρταίοισιν ἔσιν ὅτε ἔρχεται, καὶ ῥύεται τῆς ἀποσάσεος. Ἢν δὲ

πρὸς

πρὸς τῦτο καὶ αἱμορραγήσῃ ἀπὸ ῥινῶν, ἱκανῶς, καὶ πάνυ.

145 In his autem plerumque ſpes eſt, materiam ad articulos concurſuram eſſe, vt ibi abſcedat. Tamen et aliquando accidit, vt vrina craſſa et alba fluat, qualis in Artigene fuit, eoque aegrum abſceſſu liberet. Quod vrinae profluuium laborioſis inprimis febribus ſuperuenit, in quibus laſſitudinis ſenſus eſt, et quae quarto quoque die exacerbantur. Quodſi praeterea ſanguis ſufficienter ex naribus fluxerit, aeger non modo abſceſſu, verum etiam a morbo plane perfecteque liberabitur.

145) *In his autem.*) Diu dubius haeſi, an hic lectionem ſequerer, quae eſt in Lib. VI. Epidem. Sect. IIII. an vero eam, quae habetur in Aphoriſm. 73. Lib. IIII. Sed quod de vrina dicitur ῥύεται τῆς ἀποστάσεος, eo autem loco, quo haec verba in Lib. Epidem. leguntur, nihil de apoſtemate dictum ſit, puto equidem praeferendam eſſe lectionem, quae eſt in Aphoriſmis. Ad haec non video, quem ſenſum habeant verba: ἐν ὁμοίῃ περιόδῳ, ſi iungantur cum antecedentibus. Nam quid eſt, abſceſſus reuertitur in eadem periodo ac febris? Quare vel abundare haec verba puto, vel ad ſequentia referenda eſſe, vt legatur: Ἐν ὁμοίῃ περιόδῳ ἐπὶ τέτοισιν ἐλπὶς etc. Fortaſſis tamen τὸ τέτοισιν mutandum in δὲ τοῖσιν. Et quomodo conſiſtere poſſunt ſpes et liberare? Abſceſſus ſoluit morbum, ergo vtilis eſt, et ſperare licet. Pars tamen, quam abſceſſus occupat, ab eo male afficitur, de hac ergo dicit Hippocrates; ῥύεται. Sed poteſt etiam in vniuerſum dici. Vrinae enim fluxus nullam noxam habet, ſed habet abſceſſus, qui raro perfecte liberat. Caeterum notatu dignus locus eſt apud Hippocratem Lib. I. Epidem. Sect. II. pag. 946. ἢ παρὰ τὸ ὦτα ὀιδήματα μὴ λυόμενα, καὶ ἐδὲν ἀποσημάινοντα. ἔσι δ' ὅτε ἐς ἄρθρα, μάλιστα δὲ κατὰ τὸ ἰσχίον. et alius ibid. pag. 952. παρὰ τὰ ὦτα ἐπαναστάντα ἠφανίδη. τέτων δὲ ἀφανιδέντων, παρὰ τὸν πνεῦνα βάρος τὸν ἀριστερὸν, καὶ ἐς ἄκρον ἰσχίον.

LXXX. Καὶ ὡ τὸ ἔντερον ἐπὶ δεξιὰ ἀρθριτικῷ πάθει ἐγένετο, ἦν ἡσυχαίτερος, ἐπεὶ δὲ τῦτο ἰητρεύθη, ἐπιπονώτερος.

Similiter vidi, qui cum atrocibus [147] articulorum doloribus cruciaretur, melius se habebat, conquiescente eo dolore, atque ad illud intestinum conuerso, quod in dextro latere positum est. Quo intestini morbo curato, nocens humor ad articulos reuertebatur. Tumque id malum noua incrementa cepit, atque intensior dolor ossium commissuras fregit, hominemque multo magis infirmauit.

146) *Articulorum dolores.*) Vt vera huius loci lectio inueniatur, conferri cum eo debent, quae leguntur Epidem. Lib. VI. Sect. IIII. pag. 1179. sed interpretationem nostram tuemur alio Hippocratis loco Praedict. Lib. II. pag. 92. quem Celsus Lib. II. Cap. VIII. ita latine reddidit: Articulorum vero vitia, vt podagrae chiragraeque, si iuuenes tentarunt, neque callum induxerunt, solui possunt: maximeque torminibus leniuntur, et si quocunque modo venter fluit. Conf. van der Linden loc. cit. VII. §. 48. seqq. Miscell. N. C. Dec. I. Ann. VI. VII. Obs. 155. Dec. II. Ann. IIII. Obs. 91. Sch. pag. 183. Dec. III. Ann. V. VI. Obs. 36. pag. 80.

HIPPOCRATIS COI
DE
RATIONE VICTVS
IN MORBIS ACVTIS
LIBRI TRES
ET
LIBRI SECVNDI EPIDEMION
SECTIO PRIMA.

HIPPOCRATIS COI

DE

RATIONE[1] VICTVS EXQVISITI

IN MORBIS [2] ACVTIS,

SIVE

DE [3] TECMARSI,

LIBER PRIMVS.

LVDOVICO DVRETO,

SEGVSIANO, INTERPRETE.

SCHOLIA.

1 ΤΗΣ διαίτης nomen bifariam ſumitur ab Hippocrate libris *a*) *Aphor. et Lib. I. de Fracturis;* primum ſignificat victus rationem, quae cibo et potu ſuſcipitur *b*) *Lib. de Nat. hominis*, ſignificat vitae inſtitutum. Et *c*) *Lib. I. Epid.* duplex eſt, vna, quae dicitur δίαιτα φαύλη, quae ſuſque deque habetur; et ita ſumebant veteres Iones, cum potulentorum eſculentorumque nulla habetur diſtinctio. Item altera, quae dicitur σκεθρὰ, id eſt ἀκριβὴς, non tenuis, ſed exquiſita, quae ſolius melicrati aut ptiſſanae vſu conſtat. Diaeta σκεθρὰ aeque naturae ſtudet et pugnat cum morbo, et dicitur in cibo alimentum medicamentoſum; Et quatuor maxime rebus perficitur, nimirum qualitate, quantitate, vſu, et occaſione. Qualitas ſpectatur, vt cum in morbis acutis et febribus datur cibus humidus *Lib. I. Aph. 4. 7. 10.* etc. Inter diaetam φαύλην et ἀκριβῆ media eſt, quae dicitur ὑποφαύλη ſiue μέση, et tenuis dicitur, et melicrato, oleribus, blito conſtat.

2) Qui poſt morbos peſtilentes ſunt omnium maxime calamitoſi. Dum diſputat hoc loco Hippocrates de morbis acu-

acutis, definiendi ſunt ii, qui celeriter et cum vehementia, ſuam abſoluunt hiſtoriam. Nec enim acutos omnino intelligimus, vt apoplexiam, nec acutos ἐκ μεταπτώσεως; Sed acuti morbi hoc loco propoſiti duorum ſunt generum; alii dicuntur eſſentiales, vt febris continua, cauſus; alii ſymptomatici, vt viſceris inflammatio.

3) Non autem de Ptiſſana, quae inſcriptio falſa eſt, et *d*) a Plinio inducta.

NOTAE.

a) Probabiliter legendum: Aphor. Lib. I. et Lib. de Fracturis; ſed fortaſſe Duretus et hunc librum in plures digeſſerit.

b) Vide ſis Foeſii Oeconomiam.

c) Nihil huic ſimile eo in loco reperitur; ſed vide Foeſii Oecon. in voce φάυλη.

d) Hiſt. Natur. Lib. XVIII. Cap. VII. vnum, ait, laudibus eius volumen dicauit Hippocrates. An igitur haec inſcriptio a Plinio? Sed ponamus a Plinio eſſe, neque tamen omnino reiicienda erit, quoniam fieri potuit, vt Plinii aetate, hic liber etiam in plura volumina diuiſus eſſet, quorum primum ſane, ex Dureti diuiſione, tantum de ptiſana locum continet.

ARGVMENTVM.

Tres ſunt Reprehenſiones Gnidiorum medendi magiſtrorum: Prima, quod nihil de Tecmarſi dixerint: Secunda, quod dictum intactum reliquerint: Tertia, quod, cum alioqui multa morborum genera eſſent, diuerſa remedia non praeſcripſerint. Atque cum tria ſint exordiorum genera, vnum, in quo reprehendit antiquos; Alterum, in quo laudat materiam ſubiectam; Tertium, in quo cauſam exponit, primo vſus Hippocrates.

I. Οἱ ξυγγράψαντες τὰς, κνιδίας καλεομένας, γνώμας, ὁκοῖα μὲν πάσχουσιν οἱ κάμνοντες ἐν ἑκάστοισι τῶν νουσημάτων, ὀρθῶς ἔγραψαν, καὶ ὁκοίως ἕνια ἀπέβαινεν αὐτέων, καὶ ἄχρι μὲν τουτέων, καὶ μὴ ἰητρὸς ἂν δύναται

το

το ὀρθῶς ξυγγράψαι, εἰ ἓυ παρὰ τῶν καμνόντων ἑκάστε πυθοίατο, ὁκοῖα πάσχεσιν· ὁκόσα δὲ προκαταμαθεῖν χρὴ τὸν ἰητρὸν, μὴ λέγοντος τῦ κάμνοντος, τετέων τὰ πολλὰ παρεῖται, ἄλλα ἐν ἄλλοισι, καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα ἐς τέκμαρσιν. *b)* Ὁκόταν δὲ ἐς τέκμαρσιν λέγηται, ὡς χρὴ ἕκασα ἰητρέυειν, ἐν τετέοισι πολλὰ ἑτεροίως γινώσκω, ἢ ὡς ἐκεῖνοι ἐπεξίεσαν. Καὶ ἐ μόνον διὰ τῦτο ἐκ ἐπαινέω, ἀλλ' ὅτι καὶ ὀλίγοισι τὸν ἀριθμὸν τοῖσιν ἀκέεσιν ἐχρέοντο. Τὰ γὰρ πλεῖσα αὐτέοισιν εἰρέαται, πλὴν τῶν ὀξειῶν νέσων, Φάρμακα ἐλατήρια διδόναι, καὶ ὀρρὸν, καὶ γάλα, ἐς τὴν ὥρην πιπίσκειν. ἦν μὲν ἕν τᾶυτα ἀγαθὰ ἦν καὶ ἁρμόζοντα τοῖσι νεσήμασιν, ἐφ' οἷσι παρήνεον διδόναι, πολὺ ἂν ἀξιώτερα ἐπάνε ἦν, ὅτι ὀλίγα ἐόντα αὐτάρκεά ἐσι. Νῦν δὲ ἐχ ἕτως ἔχει.

Qui Gnidiarum ſententiarum (ſic enim vocant) autores fuerunt, accurate quidem ſcripſerunt, quae, quibusque in morbis, aegri patiantur[4], quaeque ſint earum quarundam rerum incidentium cauſa et ratio. *a)* Sed tamen eo proceſſit eorum labor et induſtria, vt vel medici- *Prima reprehenſio.*

dicinae ignarus atque inſolens, aeque ac illi, conſcribere poſſe videatur, ſi modo ab aegris didicerit, quae per morbos cuique eueniant. At vero quaecunque operae pretium eſt ante perſpecta habere, de quibus aeger verba non facit [5], plurima ſunt ab aliis praetermiſſa; cum in aliis alia [6], tum autem nonnulla, quae ad Tecmarſim ſunt vtilia valde. Porro cum ea vox (τέκμαρσις) eo dicatur, vt conuenienter et accommodate cuique medendi ratio ſignificetur, hic ſane multo aliter ſentire me profiteor, quam illi tradiderunt. Nec vero ſolum ob id [7] non laudo, ſed quod pauca numero remedia vſurparunt. Nam quae plurima ſunt ab iis *c)* inuenta, vt morbos acutos omittam, eiusmodi fere ſunt, elateria [8] pharmaca, hoc eſt, cathartica exhibere, ſerum et lac potui dare ſuo loco. Quae ſi bona eſſent, congruenterque morbis omnibus adhiberentur, ad quos ea commendarunt exhibenda ſcilicet, multo praedicatione hominum digniora eſſent, quod cum ſint pauca, tamen abunde ſufficerent. Sed aliter ſe habet [9].

Secunda reprehenſio.

SCHOLIA.

4) Nempe ſymptomata omnia, quae ex ipſorum aegrorum relatione cognita atque perſpecta fuerint.

5) Cuiusmodi ſunt diuiſiones, dioriſmi ſignorum, cauſarum et corporum.

6) Nempe ad cognoſcendum, et praedicendum.

7) Ob praetermiſſam bene cuique medendi rationem.

8) Quanquam *Sect. 5. Lib. VI. Epidem.* elaterium ſumatur pro ſucco concreto cucumeris ſylueſtris: cuius elaterii conficiendi ratio deſcribitur a Dioſcoride *Lib. IV. C. 155.* quamuis vſurpetur κατ' ἐξοχήν pro omni medicamento purgante, vt Galenus annotauit in Exegeſi, et *d)* Theophraſtus *Lib. IX.* Tamen hic cum adiunctione pharmaci nihil aliud ſignificare videtur, quam ſuccum praedictum, in quo purgandi mira vis ineſt; ac ſi diceret Hippocrates vnicum elaterium erat Gnidiis Medicis inſtar catharticorum omnium; ſe-

rum

rum vero et lac inſtar omnium, quae ad neoteriſmum adhiberentur a Medico.

9) Quia, quot ſunt morborum ideae, tot remediorum genera eſſe debent.

COMMENTARIVS.

Galenus in commentario τέκμαρσιν coniecturalem cognitionem vocat, atque ἀπὸ τῦ τεκμηρίου deduci ait. Τεκμήριον autem vocat ſignum ſyllogiſticum, quo poſito, neceſſe eſt rem ſequi: Τεκμαίρεσθαι apud Hippocratem in Aphor. ſignificat ſcientiam habere per ſigna ſyllogiſtica. Clariſſimus Duretus volens interpretationem Galeni cum mente Hippocratis conciliare, ita cenſet. In Medicina duo ſunt, quae ad θεράπειαν ſpectant: διάγνωσις καὶ πρόγνωσις: quorum vtrumque in ſignis conſiſtit; cognoſcimus enim et praedicimus per ſigna, quae aut εἰκότα, aut neceſſaria dicuntur: Neceſſaria ſunt λήμματα demonſtratiua ex ſignis, quae pathognomonica et δηλωτικὰ dicuntur. εἰκότα autem veriſimilia, vt, concubuit cum impura muliere, infectus eſt; apparens eſt, non neceſſarium. Fumus, ergo ignis, neceſſarium; ſed ignis, ergo fumus, non neceſſarium. Sic ſigna quaedam ſunt antecedentia, quaedam ſequuntur, quaedam coniuncta ſunt: Et ſunt aut cauſae, aut effectus ipſi, aut rebus ipſis adiunctae proprietates. Rurſum alio nomine quaedam dicuntur δηλωτικὰ, quaedam prognoſtica, quaedam μνημονευτικὰ ſeu anamniſtica. Sed in morbis, praeter caetera, conſideratur morbi ſpecies, mos, et motus. Morbi ſunt ſigna, nempe eius ſpeciei, pathognomonica: motus morbi ſigna ſunt ἐπιφαινόμενα, moris ἐπιγενόμενα; vt cum in pleuritide, cui coniuncta febris ardens, ſuperuenit delirium, eſt epigenomenum, et malum.

lum. Tertii generis ſigna ſunt haec, vt, ſi in pulmonibus ſit ἐμπύημα, pleuritidis vel peripneumoniae antegreſſae argumentum eſt. Neque vero ſi ſigna antecedant, neceſſario cauſae ſequuntur; vt nec ſigna adſunt, quia cauſa praeſens ſit. Nec enim ſi bilis in corpore redundet, neceſſario lingua bile ſuffunditur: quemadmodum nec quia vrinae bilioſo ſero non tinguntur, idcirco obſtructio eſt in cyſti cholidocho; nam poteſt eſſe ſymptomatica translatio ſurſum: ſed ſi lingua bile ſuffundatur, ideo bilis redundantis ſignificatio fit, vt *in Lib. VI. Epid. ſect. 5. ſent. 14.* narrauit Hippocrates. Quoniam itaque (vt oratio, vnde orſa eſt, redeat) curationis quodammodo ſunt pediſſequae et παράνυμφοι ἡ διάγνωσις καὶ πρόγνωσις; fit, vt τέκμαρσιν, id eſt, rationem bene et conuenienter cuique medendi, Galenus deriuet ἀπὸ τῦ τεκμηρίου, quaſi dicat, iſtam Tecmarſim eſſe veluti ſobolem τῆς διαγνώσεως καὶ προγνώσεως. Nec enim potis eſt quemquam tenere rationem accommodate cuique medendi, niſi probe ſit inſtructus τῇ διαγνώσει καὶ προγνώσει.

NOTAE.

a) Melius ita: Sed hactenus etiam Medicinae ignarus poſſit recte de ea re ſcribere, modo cetr.

b) Quid ὁκόταν? legendum eſſe videtur: ὁκόσα δ' ἂν ἐς τέκμαρσιν λέγηται ὡς χρὴ cetr. Quaecunque vero Cnidii proponant, vt coniici poſſit, quomodo ſingulis mederi deceat, in iis cetr. τετέοισι ad ὁκόσα referri debet, neutiquam ad ἕκαστα.

c) Malim: dicta et commendata. Duretus videtur legiſſe ἔυρηται, vel ἐυρέαται, ſed praeter neceſſitatem.

d) Cap. X. τὸ γὰρ ἄν καὶ κάτω καὶ ἄνω τὰ αὐτὰ δύναται καθαίρειν, καθάπερ τὸ ἐλατήριον, ἐδὲν ἄτοπον. Alium locum non inuenio.

Oi

Οἱ μέν τοι ὕσερον ἐπιδιασκευάσαντες, ἰητρι- II.
κώτερον δή τι ἐπῆλθον περὶ τῶν προσοισέων ἑκά-
σοισιν· αἰτὰρ ἐδὲ περὶ διαίτης οἱ ἀρχαῖοι ξυνέ-
γραψαν ἐδὲν ἄξιον λόγε, καί τοι μέγα τῦτο
παρῆκαν. Τὰς μέν τοι πολυτροπίας τὰς ἐν
ἑκάσῃσι τῶν νέσων, καὶ τὴν πολυχιδίην αὐτέ-
ων, ἐκ ἠγνόεν ἔνιοι. Τὲς δὲ *b*) ἀριθμὲς ἑκά-
σε τῶν νεσημάτων σάφα φράζειν ἐθέλοντες,
ἐκ ὀρθῶς ἔγραψαν. Μὴ γὰρ καὶ ἐκ ἐναριθ-
μητὸν εἴη, εἰ τετέῳ τις σημανεῖται τὴν τῶν
καμνόντων νῆσον, τῷ ἕτερον τῦ ἑτέρε διαφέ-
ρειν τι, καὶ μὴ τωὐτὸ νόσημα δοκέειν εἶναι,
ἢν μὴ τωὐτὸ ὄνομα ἔχῃ. Ἐμοὶ δ' ἀνδάνει ἐν
πάσῃ τῇ τέχνῃ προσέχειν τὸν νόον. Καὶ γὰρ
ὁκόσα ἔργα διήκει καλῶς, ἔκαστα χρὴ ποιέειν
καὶ ὀρθῶς, καὶ ὁκόσα ταχέως ἔργα, ταχέ-
ως, καὶ ὁκόσα καθαρίως, καθαρίως, καὶ ὁκό-
σα ἀνωδύνως διαχειρίζεσθαι, ὡς ἀνωδυνώτατα
ποιέειν, καὶ τ' ἄλλα πάντα τὰ τοιετότροπα
διαφερόντως τῶν πέλας, ἐπὶ τὸ βέλτιον ποιέ-
ειν χρή.

Sed tamen qui poſtea illud argumentum *a*) ſcriptis excoluerunt, perueſtigarunt ſane quidpiam ex medicorum magis ſententia, quae cuique eſſent vtilia ad curationem morborum [1]. *Tertia reprehenſio.* Sed tamen de Diaeta [2] veteres medendi magiſtri nihil conſcripſerunt commemorabile, atque illud praetermittendum rati, quod alioqui erat maximum [3]. Et tamen non defuerunt, qui non ignorarint varias morborum formas atque ideas, eorumque multiplices diuiſiones. Sed cum vniuscuiusque et vniuerſorum morborum numeros propalam explicare voluerint, non recte explicarunt [4]. Illud enim innumerabile videretur, *c*) ſi morbi, quo quisque laborat, diſtinctio peteretur, quod inter aegros nonnihil interſit [5]. proptereaque non eundem morbum videri, quin idem ſit nomen et appellatio [6]. *d*) Mihi autem in quaque arte animum ad res adiicere. Et quaecunque ſunt bene tradita, ea quoque bene [7] et recte factitare oportet: Et quae celeritatem [8] deſiderant, celeriter; et quae puritatem deſiderant, pure; et quae doloris vacuitatem deſiderant, ſine dolore adminiſtrentur [9]. Denique omnia, quae ſunt eiusmodi, ad meliorem ſtatum reuocare oportet [10], cum excellentia [11], et praeſtantia ſuorum aequalium et eorum, qui ſunt ſui ordinis.

SCHOLIA.

Galenus narrat fuiſſe idem quidem inſtitutum prioris libri et poſterioris, ſed diuerſis modis tractatum.

1) Quorum hiſtoriam veteres Gnidii ex aegrorum relatione tradiderunt.

2) Hoc eſt, victus ratione, quae per materiam naturae familiarem ſuſcipitur.

3) Nam in medendo nullus feracior locus eſt, neque vtilior, quam de Diaeta, quae ipſa per ſe ſufficit ad morborum, bonitate naturae triumphatorum, curationem, inconſiderate

rate autem praeſcripta morbos, alioqui ſanabiles, efficit inſanabiles.

4) Quaſi dicat, infinitorum certus non eſt numerus, ergo abſurdum eſt, velle perſequi omnia cauſarum procatarcticarum, et morborum genera.

5) Vt cum dicimus, in iuuene febrem continuam ardentem, per haemorrhagiam, ſolui, in ſene, per dyſenteriam; cum ſimae hepatis inflammantur, per haemorrhagiam; cum arteriae et venae focum in ſe habent, per ſudores.

6) ε) Quaſi dicat, non eſt idem morbus, ergo non eadem appellatio.

7) Illud καλῶς dicitur, quod fit naturae, morboque conuenienter; vt cum haemorrhagia ſuccedit febri ardenti, conuenienter morbo fit; naturae conuenienter, ſi in iuuene.

8) Vt in orgaſmo febrium.

9) Quaſi dicat, propoſitis contrariis indicationibus, videndum, vtri plus ſit tribuendum; et vt e duobus malis minus eligamus.

10) Nempe ad ſymmetriam naturalem et cuique conſentaneam.

11) Ita expreſſit aduerbium διαφερόντως, cuius vim expreſſit in ſequentibus, alio quodam loco. Caeterum hunc locum male eſt interpretatus Vaſſeus.

COMMENTARIVS.

Πολυτροπίας vertit interpres varias ſpecies et ideas morborum, πολυχιδίας autem multiplices eorundem morborum diuiſiones. Quidam per πολυτροπίας volunt intelligi diuiſiones, et per πολυχιδίας ſubdiuiſiones, ſed male; nam poteſt per vtrumque intelligi διορισμὸς, id eſt, diſtinctio ſimilium, diſſimilium, ſignorum, cauſarum, et corporum. Interpreti placuit per polytropiam intelligi materiam, qualitatem materiae, cauſas, ſymptomata, paroxyſmos, criſes, ſic, vt, qui tenuerit polytropiam, haec quoque omnia tenuerit. Itaque refertur haec dictio Graeca ad proprietatem cuiusque morbi, et cognitionem diuerſorum, ſimilium, diſſimilium, propriorum

ſignorum, atque communium. At vero πολυχιδίη refertur ad diuiſiones generis in ſpecies, cauſarum in effectus, et effectuum in cauſas. Atque in hoc nomine πολυχιδίη continetur metaphora, a ſacris deſumpta. Nam χίδαξ dicebatur aſſula, in qua diſſecabantur victimarum exta luſtralia; et πολυχίζειν lacerare et diuidere ſignificat. Quidam conſtituunt duo momenta, quibus morborum cognitionem habemus, ἐπιλογισμὸν καὶ διαλογισμὸν, vt ille nitatur ſignis, cauſis, coniecturis, aegritudinem deſignantibus; hic vero ſit ratio, quae ab euidenti auſpicetur, rei obſcurae notitiam afferens. Vide Galenum *Lib. de Optima ſecta ad Thraſyb.* Eſt et quaedam coniectura artificialis, quam Graeci vocant τεχνικὸν ςοχασμὸν, eamque prope ad veritatem accedere ait Galenus *Cap. 9. Lib. I. de Criſibus. Vide Lib. I. de Locis affect.*

Abſurdum eſt velle omnia ſingula certo numero complecti: nam Medicina non eſt περὶ πάντων, quia eſſet infinita; Galenus *Lib. de Arte parua*, non περὶ τινῶν non de quibusdam, quia eſſet manca Medicina, ſed περὶ ὁποίων de qualitate affectis; vt cum dicimus, victus humidus conuenit Yſaiae, Gaillodo, Piſcatori, Emonio, Socrati, quia illud infinitum eſſet; atque illud, quod vniuerſim praedicatur, eſt de qualitate affectis. Si dicas, omnibus conuenit victus humidus, falſum eſſet; ſi ſingula recenſeas, operoſum; ergo ita fuit pronunciandum.

NOTAE.

a) Melius ita: Rurſus tractarunt, et ſcriptis excoluerunt.

b) Ἀριθμὲς ait Erotianus, τὰ ὀνόματα ἅτω καλέει Hippocrates ſcilicet, quod ſane huc pertinere videtur. Nominibus enim, ex natura morbi petitis, diſtinguere morbos voluerunt,

erunt, non numero. Et confirmat, quod ſequitur, καὶ μὴ τωὐτὸ νόσημα δοκέειν ἔναι, ἢν μὴ τωὐτὸ ὄνομα ἔχῃ.

c) Rectius ita Foeſius; Si quis ex eo aegrotantium morbum aeſtimet, quod ab altero (ſcilicet morbo) re quadam differat. Nam quod Duretus τὸ ἕτερον ad aegros retulit, id ideo feciſſe videtur, quia τὴν νοῦσον, et τὸ ἕτερον ob generis diuerſitatem, inter ſe minus conſiſtere poſſe exiſtimabat; ſed vide ſis, quae notata ſunt ad librum de Humoribus no. 78. Caeterum pro τὸ, quod habet Foeſius et Mercurialis, reſcripſi τῷ, vt reſponderet τῷ τετέῳ, et ſic etiam Lindenius. Poteſt tamen et τὸ defendi.

d) Malim ego: Ego vero potius arbitror, vt in omnibus artibus diligentia adhibenda eſt, ſic etiam in hac curandum eſſe, vt, quae recte eueniant, ſingula etiam bene atque ordine fiant? Nempe noui praecepti hoc eſt initium, neque cum Dureto ad antecedentia referendum, quaſi velit Hippocrates, ad res potius, quam ad nomina attendendum eſſe.

e) Contrarium graecus textus et Foeſii interpretatio indicant.

Μάλιϛα δ' ἂν ἐπαινέϛαιμι ἰητρὸν, ὅϛ τις ἐν τοῖϛιν ὀξέϛι νοϛήμαϛιν, ἃ τὲς πλείϛες τῶν ἀνθρώπων κτείνει, ἐν τϛτέοιϛι διαφέρων τι τῶν ἄλλων εἴη ἐπὶ τὸ βέλτιον. Εἰ δὲ ταῦτα ὀξέα, οἷϛα ὠνόμαϛαν οἱ ἀρχαῖοι πλευρῖτιν, καὶ περιπλευμονίην, καὶ φρενῖτιν, καὶ λήθαργον, καὶ καῦϛον, καὶ τ' ἄλλα νοϛήμαϛα, ὁϛόϛα τϛτέων ἐχόμενά ἐϛιν, ὧν οἱ πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ὄντες κτείνϛιν. Ὅταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νόϛϖ τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήϛῃ, ἀλλὰ ϛοραδέες ἔωϛιν αἱ νόϛοι, καὶ μὴ παραπλή-

σιοι, ὑπὸ τετέων τῶν νουσημάτων ἀποθνήσκουσι μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν ξυμπάντων.

Ego vero Medicum laude digniſſimum iudicauero, quicunque in morbis acutis, *a*) quos morbos plerique ſentiunt calamitoſos atque funeſtos [1], id conſecutus fuerit, vt recta medendi via atque methodo, caeteris praeſtare videatur. Sunt autem fere, quos acutos priſci Medici appellarunt, inflammatio tunicae, coſtas ſuccingentis, et muſculorum internorum [2], pulmonum inflammatio [3]; et delirium, intermiſſionis expers, cum vigiliis [4] et febre coniunctum; et delirium cum febre, ſopore et obliuione coniunctum [5]; et febris ardens, intermiſſionis expers, cum incendio viſcerum, ſiti inexplebili et ſcabritie linguae coniuncta; [6] *b*) ac caeteri omnes morbi, qui hos conſequuntur, quorum [7] febres continuae omnino interimunt: Nam ſi peſtilentis morbi ſpecies nulla communis in hominum vitam ingruerit et inuaſerit, ſed diſperſi fuerint morbi [8], nec vlla re ſimiles [9], plures ab iis morbis, quam ab aliis [10] qu[illegible]uslibet, intereunt.

SCHOLIA.

1) Inflammatione, vt ἐν μαρασμῷ περιφρυγῇ, 2. translatione, 3. maligna qualitate, additur curandi difficultas ob difficultatem pepaſmi, et naturae collapſa praeſidia.

2) Pleuritis. 3) Peripneumonia.

4) Phrenitis. 5) Lethargus. 6) Καῦσος.

7) Hunc genitiuum ὧν quorum, doctiſſimus quidam interpretatur, e quorum numero ſunt febres, etc. Galenus tamen *Cap. 9. Lib. III. de Difficult. reſpirat.* non ita interpretatur, ſed docens omnibus morbis acutis febres continuas coniunctas, hunc citat Aphor. Hippocratis.

8) Qui ſuſcipientis cauſae et efficientis diaetae naturam ſequuntur, et quo genere continentur morbi acuti commemorati.

9) Id

9) Id eſt, varietate naturae, aetate eorum, qui laborant, diſtinguuntur.

10) Vt diuturnis, ſyntrophis, increſcentibus.

COMMENTARIVS.

Ex hoc loco colligere eſt, morbos acutos duorum eſſe generum; Sunt enim alii primarii, corpus vniuerſum inuadentes, vt καῦσος: Alii vero, quibus annectitur febris, vt peripneumonia, pleuritis, lethargus; Eiusmodi ſunt enim, vt partes, quarum potentia corpus adminiſtratur, obſideant, ſic, vt eorum obſidio, perpetuo coniunctam habeat febrem. Atque earum affectionum definitio petitur ex conditione humoris morbifici, et partis obſeſſae.

NOTAE.

a) Planius: qui morbi plerosque homines occidunt. Hippocrates enim vult, plerosque morbis acutis tolli, minus vero, quod interpres, plerosque ex iis mori, qui morbis acutis laborent, etſi vtrumque verum.

b) Ego ſic redderem: Et quicunque alii morbi ex eorum genere ſunt, cum quibus coniuncti ſunt, qui nihil remittunt, ſed ita, vt coepere, continuant, pariter, ac illi acuti morbi, aegros occidunt. Nam quod omnes acuti morbi febres continuas coniunctas habeant, neque fere probatur omnibus, neque impedit, quo minus ita vertatur locus, vt fecimus. Et melior ſane haec interpretatio, quam illae Dureti et Foeſii, ſecundum quas, omnes febres continuae, atque hae ſolae, neque vero pleuritis, et reliqui morbi acuti, letales eſſe videntur, quod tamen vtrumque falſum. Τὸ ἐπίπαν hoc loco ad ξυνεχέες pertinere exiſtimo, vt febres indicentur, quae omnino nihil remittunt.

Οἱ μὲν ἓν ἰδιῶται ἃ κάρτα γινώσκεσι τὰς εἰς ταῦτα διαφέροντας τῶν πέλας, ἑτεροίων τε μᾶλλον ἰημάτων ἐπαινέται ἢ ψέκται εἰσίν. IIII.

Ἔπειτα μέγα σημεῖον τόδε, ὅτι οἱ μὲν δημόται ἀξυνωώτατοι αὐτοὶ ἑωϋτῶν περὶ τετέων τῶν νοσημάτων εἰσὶν ὡς τε μελετητέα εἶναι. Οἱ γὰρ μὴ ἰητροὶ ἰητροὶ δοκέουσιν εἶναι μάλιστα διὰ ταύτας τὰς νόσους. Ῥηίδιον γὰρ τὰ ὀνόματα ἐκμανθάνειν, οἷσιν νενόμισται προσφέρεσθαι πρὸς τὲς τὰ τοιαῦτα κάμνοντας. ἢν γὰρ ὀνομάσῃ τις πτισάνης χυλὸν, καὶ οἶνον τοῖον ἢ τοῖον, ἢ καὶ μελίκρητον, ἅπαντα τοῖσι δημότῃσι δοκέουσιν ἰητροὶ ταῦτα λέγειν, ὅτε βελτίους, καὶ οἱ χείρους. τὰ δὲ ἐχ ἕτως ἔχει, ἀλλ' ἐν τετέοισι δὴ καὶ πάνυ μέγα διαφέρουσιν ἕτεροι ἑτέρων.

Ergo homines imperiti, et omnis doctrinae expertes, non facile agnoſcunt, qui in hoc medendi genere, [1] ſuis aequalibus [2] antecellunt. Eoque fit, vt ſine iudicio, alia probent remedia, alia criminentur [3]. Quandoque illud ſatis magno argumento eſſe poteſt, quod vulgo homines minime horum morborum acutorum ſint conſcii. *a*) Atque in eam curam incumbendum. Et qui Medicinae ſunt expertes, habentur pro Medicis [4] eorum morborum nomine [5]. Eſt enim facile earum rerum nomina complecti ac diſcere, quas conuenienter adhiberi [6] poſſe putarunt iis, qui talibus morbis laborant. Vt enim quis ptiſſanae ſuccum nominarit, aut vinum huiusmodi aut illiusmodi [7], aut aquam mulſam, omnia vulgo videntur eadem nominari, quae in peruagato medi-

medicorum ſermone [8] verſantur meliorum atque peiorum. Sed ſecus res habet; quippe in hoc genere [9] eſt admirabile, quantum alii ab aliis differant.

SCHOLIA.

1) Hoc eſt, morborum acutorum curatione.

2) Vaſſeus, ſicut et antea monuimus, interpretatur ἰατρὰς τὰς πέλας eos medicos, qui penitius rem conſiderant et expendunt, non affines, aequales, itaque male.

3) Atque quae nocendo aut iuuando ſunt definita, non eſt cuiusuis medici intelligere, multo minus idiotae.

4) Vulgus ratum, praecipuam medicorum diligentiam in remediorum inuentione verſari, eos tantum laudat, quos in promptu remedia tenere arbitratur.

5) Acutorum ſcilicet, quod eorum incertae ſint praedictiones ſalutis aut interitus, vulgusque ex euentu iudicet.

6) Notanda eſt vis verbi προσφέρεσθαι, καὶ τῆς προσφορᾶς.

7) Hoc eſt colore, conſiſtentia, odore, ſapore et viribus.

8) Nam ſplendidis verbis et remediorum catalogo edocti non probant ſe tenere dotes et facultates remediorum, multo minus delectum.

9) Remediorum tum in facultate, tum in delectu.

COMMENTARIVS.

Quoniam incauti praetermiſimus eum locum ſuperioris textus, in quo Hippocrates de morbis peſtilentibus (quos cum acutis confert) meminit, adiiciendum cenſuimus et illud. Itaque primo ſciendum nomen λοιμοῦ nullum morbum proprie ſignificare, quemadmodum docte Galenus *Comm. in partic. 20. Sect. 3. Lib. III. Epid. et Comm. in part. 1. Lib. I. Epid.* notauit. Tamen quidam ita definiunt peſtem, vt ſit ſpecies quaedam morbi peſtilentis communis, quae in hominum vitam inuadit, multosque e medio tollit. Quatenus itaque multos inuadit, vulgaris et ἐπιδήμιος dicitur, quatenus vero multis affert

interitum, peſtilens. Caeterum morbi peſtilentes funeſti ſunt diſſipatione ſpirituum, πεπασμοῦ ἀδυναμίᾳ, infirmitate naturae, corruptione ſpirituum et partium ſolidarum. Itaque cum ab aere ambiente pars animabilis afficitur, diſſipatio fit ſpirituum et corruptio; cum partes ſolidae, earum fit corruptio; cum ita humores, πεπασμοῦ ἀδυναμία; vnde admirabilis illa Hippocratis ſententia *Sect. 7. Lib. VI. Epid.* Spiritus calidus frigidus, craſſus tenuis, ſiccus humidus, plenus, imminutus, copioſior, a quibus mutationes, quales ex qualibus, prout ſe habent continentia, contenta, impetum facientia. Itaque vt rem aperiamus, dicendum, morbos ἐπιδημιοῦντας duorum eſſe generum: Alii dicuntur κοινοὶ, ſeu πάνδημοι, qui ita ſunt communes, vt eorum vim malignam nemo poſſit effugere; Alii proprie σποραδικοί. Nam Galenus *praefat. ad Comm. in Lib I. Epid.* ſcribit, σπείρειν ſaepius ſumi pro diſpergere, diſtinguere, et ab inuicem ſeparare. Porro κοινοὶ trium ſunt generum ἔνδημοι, ἐπίδημοι, πάνδημοι. Ἔνδημοι dicuntur vernaculi, qui loci infamiam ſequuntur, cuiusmodi eſt lienteria, Lutetianis pro alui fluore ſumpta, propter vſum aquarum, per aquaeductus plumbeos, affluentium. ἐπίδημοι ſequuntur naturam potius τῆ ποιητικῆ, coeli nempe vitium, dicunturque ἀπὸ τῆ ἐπιδημεῖν, id eſt coelitus in hominum vitam inuadere et paſſim vagari, vt conſtat apud Homerum de immiſſa contagione, propter Chryſeidos raptum, in exercitum Graecorum, Iliad. I. v. 9.

Λητῦς καὶ διὸς υἱὸς ὁ γὰρ βασιλῆι χολωθεὶς
Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακὴν, ὀλέκοντο δὲ λαοί.

Qui verſus ſic Latine redditi,

Argi-

Argiuum diris Agamemnona percitus iris
Proſequitur, ſtructas miſeranda peſte cohortes
Laedit Apollo, neci ſubitae quae tradidit omnes.

Ac rurſus illi ἐπίδημοι duum ſunt generum; quidam enim ſunt ſimplices, a tempeſtatum viciſſitudine ſimplici; alii peſtilentes, quorum nunc meminimus, quibus nulli aut pauci defunguntur. Πάνδημοι autem dicuntur communes, et ſequuntur peculiare diaetae vitium, vt cum, in annonae caritate, oleribus aut leguminibus plurimi veſcuntur: quod contigit in Aeno, cuius incolis genuum infirmitates, ob peculiare diaetae vitium, contigerunt *part. 13. Sect. 4. Lib. VI. Epid.* Ac ii ſaepe, perturbato ordine ſumendorum, educendorum, admouendorum fiunt proprii et σποραδικοὶ. (qui alteram diuiſionis partem faciebant.) Ii autem dicuntur, qui ſequuntur et efficientis cauſae vim et ſuſcipientis naturam, ſic, vt ſub diſperſorum numero, e medio multos tollant. Nam dum aeris conſtitutionibus malignitas ineſt, ita et morbis, ſed quos diuerſae hominum naturae varietate diſtinguant. De quibus ita Galenus *Comm. in part. 9. Sect. 3. Lib. III. Epid.* Morborum autem differentiae ducuntur ab aeris, nos ambientis, temperie, propter naturam cuiusque et vitae rationem, quam quisque, dum integra fruitur ſanitate, tenet. Victum appello non eum ſolum, qui cibo et potu ſuſcipitur, ſed, aliis omnibus, vt otio, exercitio, ſomno, vigiliis, et iis omnibus, quae ſunt id genus. Morborum σποραδικῶν hiſtoriam videre eſt in Epidemiis *Sect. 3. Lib. III. Epid.* vbi docet, in peſtilenti aeris conſtitutione, alios eryſipelatis, alios carbunculis, alios dyſenteria vexatos. Denique Hippocrates de Sporadicis egit *in Lib. de Diaeta in morbis acutis;*

De

De Epidemiis, libris Epidemion. De Endemiis in libro de aeribus, locis, et aquis. Galenus item de Sporadicis *Comm. in sect. 1. Lib. de Diaeta in morbis acutis.*

NOTA.

a) Cum ad eam non, nisi studio, perueniri possit. Sic recte vertit Foesius.

V. Δοκέει δὲ μὴ ἄξια γραφῆς εἶναι ταῦτα μάλισα, ὁκόσα τε ἀκαταμάθητά ἐσι τοῖσιν ἰητροῖσιν, ἐπίκαιρα ἐόντα εἰδέναι, καὶ ὁκόσα μεγάλας ὠφελείας φέρει, ἢ μεγάλας βλάβας. Ἀκαταμάθητα μὲν ἓν τάδε ἐσί. διά τι ἆρα ἐν τῇσι ὀξείῃσι νόσοισιν, οἱ μὲν τῶν ἰητρῶν ἅπαντα τὸν αἰῶνα *c*) διατελέεσι πτισάνας διδόντες ἀδιηθήτες, καὶ νομίζεσιν ὀρθῶς ἰητρεύειν· οἱ δέ τινες περὶ παντὸς ποιῆνται, ὅκως κριθὴν μηδεμίην καταπίῃ ὁ κάμνων, μεγάλην γὰρ βλάβην ἡγῆνται εἶναι, ἀλλὰ δι' ὀθονίε διηθέοντες τὸν χυλὸν διδόασιν. Οἱ δέ τινες αὐτέων, ἕτ' ἂν πτισάνην παχείην δοῖεν, ἕτε *d*) χυλόν. Οἱ μὲν, μέχρις ἂν ἑβδόμαιος γένηται ὁ κάμνων, οἱ δὲ, καὶ διὰ τέλεος ἄχρις ἂν κριθῇ ἡ νῆσος. Μάλα μὲν ἓν ἐδὲ προβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα εἰθισμένοι εἰσὶν οἱ ἰητροί. ἴσως δὲ ἐδὲ προ-

βαλ-

βαλλόμενα ἐυρίσκεται, καί τοι διαβολήν γε ἔχει ὅλη ἡ τέχνη πρὸς τῶν δημοτέων μεγάλην, *c)* ὡς μηδὲ δοκέειν ὅλως ἰητρικὴν εἶναι. Ἔν γε τοῖσιν ὀξέσι τῶν νεσημάτων τοσόδε διοίσεσιν ἀλλήλων οἱ χειρωνάκται, ὥς τε ἃ ὁ ἕτερος προσφέρει ἡγέυμενος ἄριστα εἶναι, ταῦτα νομίζειν ἤδη τὸν ἕτερον, κακὰ εἶναι. Καὶ χεδὸν ἂν κατάγε τὸ τοιόν δε τὴν τέχνην φαῖεν ὁμοιῶσθαι μαντικῇ, ὅτι οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν ὄρνιθα, εἰ μὲν ἀριστερὸς εἴη, ἀγαθὸν νομίζεσιν εἶναι, εἰ δὲ δεξιὸς, κακόν. Καὶ ἐν ἱεροσκοπίῃ τὰ τοιάδε ἄλλα ἐπ' ἄλλοισιν· ἀλλ' ἔνιοι τῶν μαντέων τἀναντία τεθτέων. *b)* Φημὶ δὲ πάγκαλον εἶναι τῦτο τὸ σκέμμα, καὶ ἠδελφισμένον τοῖσι πλείσοισι τῶν ἐν τῇ τέχνῃ, καὶ ἐπικαιροτάτοισι. καὶ γὰρ τοῖσι νοσέεσι πᾶσιν ἐς ὑγείην μέγα τι δύναται, καὶ τοῖσιν ὑγιαίνεσιν ἐς ἀσφαλείην, καὶ τοῖσιν ἀσκέεσιν εἰς ἐυεξίην, καὶ ἐς ὃ, τι ἂν ἕκασος ἐθέλῃ.

a) Sed ea quoque literis et commentatione digniſſima eſſe videntur, quae nondum artificio comprehenſa [1] et tradita, id eſt nondum definita et diſtincta, [2] operae pretium [3] tamen eſt, Medicos ſcire, et quae magnum adiumentum [4] aut detri-

trimentum adferunt [5]: *c*) atque haec nondum diſciplinabilia ſunt, id eſt nondum artificio comprehenſa. Quod cauſae eſt, quamobrem medici quidam omne tempus exigunt, in morbis acutis, ptiſſanam, non colatam, exhibentes, atque ita Medicinam recte ſe facere arbitrantur. Exiſtunt et alii quidam, qui plurimi faciunt in medendo, ſi quis nullum hordeum ſibi vtendum putet [6], calamitoſum maxime id eſſe rati, ſed linteo percolatum ſuccum exhibent. Nec deſunt alii [7], quos nunquam adduxeris, vt craſſam, id eſt, integram ptiſſanam exhibeant nec ſuccum; alii quidem, antequam aeger ſeptimum morbi diem agat; alii vero, tota morbi hiſtoria, non exhibent, donec morbus iudicatus fuerit. Sed ea Medicorum conſuetudo non eſt, quaeſtiones huiusmodi ad diſputandum ponere, neque, ſi ponerent, fortaſſe, quid ſentiendum ſit, intelligerent [8]. Quae cauſa eſt etiam, cur vniuerſa medendi ars in acerbiſſimam vulgi calumniam incurrerit [9]. Ac in acutiſſimis morbis tanta eſt artificum diſſenſio, vt, quae alius adhibet, optima eſſe ratus, illa alius in vitio eſſe putet. Eoque fit, vt ars medendi non multum ab augurali vanitate abeſſe videatur, quod augures eandem auem parte ſiniſtra ſecundis auſpiciis apparere iudicent, ſi autem dextra, malis auſpiciis. *f*) Eodemque modo in aruſpicina [10], eadem fere ſunt, quae feruntur alia ſuper aliis. Ego autem vere videor eſſe dicturus hanc contemplationem eſſe pulcherrimam [11], plurimisque et maximis in rebus, in arte medica conſentaneam eſſe. Etenim contemplatio iſta [12] mirifice prodeſt aegris ad ſanitatem conquirendam, ſanis ad tuendam, paleſtricis ad firmam corporis conſtitutionem: Denique omnibus ad quancunque rem ſe conuerterint [13].

SCHO-

SCHOLIA.

1) Ita vertunt alii ἀκαταμάθητα, quae ignorantur, ſed non ſatis bene.

2) De remediorum delectu περὶ καιροῦ καὶ τεκμάρσεως.

3) Dicuntur τὰ ἐπίκαιρα, id eſt, magnum momentum afferunt, vt apud Hippocratem *b) Lib. de Fract.* νεῦρον ἐπίκαιρον neruus inſignis. Sic itaque hic locus interpretandus, neceſſe eſt, medicum ſcire, quaeque ſi non intelligantur, non video, quamobrem appellari quis poſſit medicus.

4) Si ſcilicet recte praeſcribantur et fiant.

5) Vt ad exitium praecipitent, ſcilicet, ſi rerum earum delectus non habeatur in qualitate, copia, vtendi modo, et occaſione, indicationibus ſumptis a ſpecie et idea cuiusque morbi, tum etiam a viribus, et peculiari natura cuiusque aegri.

6) Variae opiniones veterum de vſu Ptiſſanae.

7) Galenus recenſet *Comm. in hunc locum*, varias rationes victus praeſcribendi veterum; Alii trium dierum abſtinentiam praeſcribebant. Alii repletionem, vt Petronas. Alii morbo contraria maxime praeſcribebant.

8) Quod illi iudicio careant in diſtinctione ſimilium ac diſſimilium ſignorum, cauſarum, et corporum, tum in delectu remediorum.

9) Docet controuerſiam alicuius diſciplinae profeſſorum ſuſpicionem afferre aut ignorantiae, aut artis inconſtantiae. Contra fit, vt artificum concordia, artis maximam fidem faciat, quod in Mathematicis contingere Galenus docet in commentario.

10) Hoc eſt diuinatione, quae circum animalium exta verſatur.

11) Et rationem comparandi iudicium, in remediorum delectu, quam hoc loco tradendam ſuſcepimus, eſſe pulcherrimam.

12) Diſtinctionum ſcientia et conſtitutio vera artis mirificae.

13) Galenus *Comment. in hunc locum*, docet abunde ex hac particula apparere, Hippocratem non de Ptiſſana diſputare inſtituiſſe, non de Diaeta in morbis acutis.

NOTAE.

a) Duretus quidem et diſtinxiſſe aliter graeca verba, atque etiam emendaſſe videtur, ſed praeter neceſſitatem.

Quare

Quare ſic vertam hunc locum: Mihi vero maxime ea literis et commentatione digniſſima eſſe videntur, quae, cum ſint ſcitu admodum vtilia, tamen a Medicis nondum certa ratione explicata ſunt, quaeque magnum vel adiumentum vel detrimentum adferunt.

b) Mihi ita vertendum videtur: Quae vero nondum comprehenſa a Medicis ſunt, et certa ratione explicata, ea quidem haec ſunt. Pertinent enim ad ſequentia.

c) Plerique interpretes Graeciſmum verbi διατελῶν cum participio non aſſecuti ſunt, quare ego ſic potius: Qua de cauſſa adeo ex Medicis quidam, in acutis morbis, per totum eorum decurſum, continuo ptiſanam, non colatam, exhibent cetr.

d) Legi omnino merentur, quae de hac ptiſanae differentia habet Foeſius in Oecon. voce χυλός.

e) ὡς μηδὲ δοκέειν.) Haec verba, vsque ad ἰητρικὴν εἶναι, Duretus plane omiſit, et reliqui interpretes a ſequentibus ſepararunt, ſine cauſſa. De eo ſermo eſt, quod medentes facere ſolent, in acutis morbis. Quare, cum Hippocrates plebem aiat propter haec calumniari artem, certe ita interpungenda haec verba ſunt: ὡς μηδὲ δοκέειν ὅλως ἰητρικὴν εἶναι ἔν γε τοῖσιν ὀξέσι τῶν νουσημάτων. Τοσόδε διοίσουσιν cetr. Ac verto: Vt nullam plane medendi artem, in acutis ſaltem morbis, eſſe exiſtiment. Sed hoc argumento, ſcilicet Medicorum diſſenſione, ad probandum, nullam Medicam artem eſſe, noſtra quoque aetate vſi ſunt, et adhuc vti ſolent, qui vtiliſſimae arti, ſcilicet eius ignoratione, vt fit, male cupiunt. Contra hos diſputauit Gerh. Goris in Medicina contemta propter λογομαχίαν. Lugd. 1700. 4.

f) Haec, niſi fallor, ita clarius: Atque in aruſpicina eadem in aliis (animalibus, locis cetr.) aliter exponunt. Nec de his adeo inter vaticinantes conuenit. Haec poſtrema verba Duretus omiſit.

g) Φημὶ δὲ πάγκλον.) Foeſii verſio nullum fere ſenſum habet. Meliorem hanc puto: Hanc vero ſpeculationem vtiliſſimam eſſe exiſtimo, et quae plurimis maximeque neceſſariis caſibus, in arte ipſa facienda, accommodari poteſt. Η'δελφισμένον eſt, quae adeo reſpondet vtrique caſui, vt fratres ſibi inuicem.

h) pag. 721. XII. 2. pag. 747. XXXVIII. 1. et pag. 763. XXXXV. 3. Tom. II. Edit. Linden.

DE

DE PTISSANA.

a) Πτισάνη μὲν ἔν δοκέει ὀρθῶς προκεκρί- VI.
σθαι τῶν σιτηρῶν γευμάτων, ἐν τετέοισι τοῖσι νεσήμασι, καὶ ἐπαινέω γε τὲς προκρίναντας. Τὸ γὰρ γλίχρασμα αὐτέης λεῖον, καὶ ξυνεχὲς, καὶ προσηνές ἐσι, καὶ ὀλισθηρὸν, καὶ πλαδαρὸν μετρίως, καὶ ἄδιψον, καὶ εὐέκπλυτον, εἴ τι καὶ τετέσ προσδέοι· καὶ ἔτε σύψιν ἔχον, ἔτε *b)* ἄρσδον κακὸν, ἔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίῃ· ἀνώδηκε γὰρ ἐν τῇ ἕψήσει, ὁκόσον πλεῖσον ἐπεφύκει διογκᾶσθαι.

Quoniam in Ptiſſanam incidimus [1]; Ptiſſana, mea quidem ſententia, cibariorum [2] omnium cerealium [3], praeſtantiſſima recte eſt habita, in eiusmodi morbis acutis [4]; ac laude dignos cenſeo, qui eam caeteris anteponendam dixerunt. Etenim ſucco praedita eſt pingui [5] illo quidem, ſed laeui, continuo ſiue aequali [6], et ſuauitate condita eſt [7], natura meabilis et lubrica [8], et moderate humida [9], non eſt ſitifera [10], maximeque ad eluendum, ſi quid opus ſit [11], accommodata ſupple glutinoſitas Ptiſſanae [12]: Quin etiam nec adſtrictionis eſt particeps [13], nec tumultum facit [14], nec in aluo intumeſcit. Nam elixando intumuit, quantum maxime intumeſcere potuit [15].

SCHOLIA.

1) Vt, velut propoſito hoc familiari exemplo, doceamus theoremata vniuerſalia, quae ſunt, *Diaetae humidae*

febricitantibus omnibus conferunt, maxime vero pueris, et his, qui ſic diaetam inſtituerunt.

2) Γεύματα dicuntur cerealia, quia omnibus guſtu iucunda ſunt, ἀπὸ τῦ γένεσθαι, *Lib. I. Epid. hoc loco*, καὶ ἦσαν ἀπόσιτοι πάντων γευμάτων. Nomen τῦ γεύματος ſumitur ἀντὶ τῆς προσφορᾶς.

3) Quae cerealia ex zea, tritico, auena, panico, et milio poſſunt parari, ſic Ptiſſana omnium, vt fragi, alicae, panis eſt praeſtantiſſima.

4) Vt febribus eſſentialibus, et viſcerum inflammationibus, quae febrem habent coniunctam, et ideo his morbis prodeſt, quod aeque naturae ſtudet et pugnat cum morbo, quod nulli alteri cibo conuenit.

5) Hic eleganter latet πρόληψις, quid cum putredo in obſtructione conſiſtat, vt Ptiſſana pugnet cum morbo, neceſſe eſt, vt obſtructa liberet; et tamen glutinoſa et viſcoſa eſt; quomodo liberabit obſtructa?

6) Ex bonitate materiae, quae eſt vniusmodi, et aequaliter ſe patitur vinci a calore natiuo.

7) Id eſt, alienae qualitatis expers, et fit, vt ſit permeabilis *Galenus Comm. in hunc locum;* proptereaque omne tulit punctum cibus, qui cum bonitate, ſuauitatem adiunxit.

8) Qua lubricitate facile coquitur, diſtribuitur, et obſtructa liberantur.

9) Qua humiditate non laedit ventriculum, nec facit, vt ventriculus ſuo humore natet.

10) Quia infringit bilem, nec in bilem mutatur, vt dulcia, calorem et ſiccitatem, duas ſitis cauſas, corrigit, materiam pepaſmi expertem excludit, capacem concoquit, eluendi virtute ſua, et inoffenſo curſu ad duas ſitis ſedes, ventriculum et pulmones, fertur.

11) Vt ſi adſtrictior ſit aluus, ſi bilis fluitet in ventre, ſi contumaciter inhaereſcat tunicis ventriculi.

12) Auicenna docet, quomodo Ptiſſana naturae ſtudeat.

13) Quae adſtrictio ſemper vitanda in morbis acutis, niſi in lienteriae, leipothymiae, et reſolutionis viſcerum periculo ſint aegri.

14) In Graeco eſt ἄρυδον κακὸν, quod *Galenus* notat in Comment.

15) Praeclare *Galenus in Comm.* fabaceum ſemper flatulentum exiſtet, quamuis atteritur, hoc enim habet a natura, non ab imminuta coctione, vt Ptiſſana.

COM-

COMMENTARIVS.

Hactenus praefatus Hippocrates, nunc ad inſtitutum accedit, nempe vt diſputet de Ratione, cuique conuenienter medendi, quam τέκμαρσιν vocant. Nec enim de Ptiſſana liber hic ex Plinio eſt inſcribendus, quemadmodum ſupra annotauimus; Nec de Ratione victus in morbis acutis, hanc enim ſolam non tractat, vt abunde Galenus docuit, ſed aliquando de venae ſectione, de clyſteribus, de medicamentis purgantibus diſputauit. Quod autem de Ptiſſana diſputet, hoc facit eo nomine, vt hoc propoſito familiari exemplo, quod perſpicuitate (eſt enim εὐπόριστον paratu facile, et eſt veluti, ait Poëta, inemptae dapes) et excellentia (quod nullum alimenti genus aeque valeat ad morbos acutos ac Ptiſſana) vincat res caeteras, quae ſunt eiusdem generis, doceatque praeclara τῆς τεκμάρσεως θεωρήματα. Eſt enim Hippocrati familiare, vt ſaepe priuata exempla, pro vniuerſis, obtrudat, quod Galenus declarat *Comm. in hunc locum, et Lib. de articulis.*

Cum morborum exceſſus pari contrariorum exceſſu abigi debeant, et quaſi contrario oppugnari marte; Acutorum autem morborum, praeſertim febrium ardentium ὕπαρξις in igne putredineque conſiſtat; fit, vt videndum ſit, an Ptiſſana contrariis qualitatibus pugnet cum morbo. Primum ignis ſiue πυρετὸς calidus ſiccus eſt, Ptiſſana frigida humida, ideo e diametro cum morbo hac conditione et nomine pugnabit.

Quod ſi quis obiiciat, vt *c*) Dioſcorides *Cap. 79. Lib. VI.* hordeum vim habere ſiccandi et detergendi, ex claſſicorum autorum praeſcripto, itaque Ptiſſanae eas dotes non ineſſe: Contra

opponemus Galeni ſententiam, quae hunc nobis ſcrupulum tollat; ait enim hordeum refrigerandi facultatem nulla arte amittere poſſe, ſiccandi vero praeparatione poſſe *Cap. 9. Lib. I. de Aliment. facult. et d) VII. Simpl.* Atque adiungit, quouis modo hordeum paraueris, non poteſt calefacere, humefacere et ſiccare poteſt. Plura eo loco legenda ſunt. Quod ad putredinem, Ptiſſana eam arcere poteſt; nam obſtructio putredinis parens eſt, Galenus *Lib. I. de Differ. febr. Cap. 3. 4.* ſi itaque obſtructiones cremor Ptiſſanae ſuſtulerit, et putredinem, eius ſobolem, tollet. Quomodo autem liberet obſtructa, videre eſt in textu Hippocratis et apud Galenum *Lib. praedicto*, et paſſim. Caeterum πτισσάη ἀπὸ τῦ πτίσσειν dicitur, quod purgare, ſua gluma caſtrare, contundereque ſignificat; vide apud Dioſcoridem *Cap. 79. Lib. II.* et illud edulii genus nobis generali nomine declarat, cuius materia tundendo deglubitur, non autem molitur; quo nomine continetur τραγος, qui fit ex zea, quam pultem vocant. Alica ſiue χόνδρος ex frumento, gallice *de la frumentée;* Aliter ſentit Dioſcorides, qui χόνδρον ex ea fieri ſcribit; et Ptiſſana, quae κατ' ἐξοχὴν ſignificat pultem, ex hordeo deglubito confectam.

Ad finem literae ſuperioris meminit Hippocrates nominis ἀῤῥάδου, quod tumultum ſignificare notum eſt; ἄῤῥαδος autem teſte Galeno *Comm. in hunc locum*, tumultus eſt, qui fit a cibis, ob varias eorum ingeſtorum facultates: quem ἄῤῥαδον graphice nobis deſcripſit Horatius his verbis *Satyr. 2. Lib. II. Sermon.*

Accippe nunc victus tenuis, quae, quantaque ſecum
Afferat; In primis valeas bene; nam variae res

Vt

Vt noceant homini credas, memor illius eſcae,
Quae ſimplex olim tibi ſederit: ac ſimul aſſis
Miſcueris elixa: ſimul conchylia turdis,
Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachoque tumultum
Lenta feret pituita, vides, etc.

Γλίχρασμα λεῖον. Glutinoſitas in Ptiſſana laeuis eſt, quae laeuitas ſignificat caloris vim, ſeſe aequabiliter in omnes materiae partes inſinuantis: At expreſſa et conſumpta, quae aegris praeſcribuntur, non ſunt eiusmodi; nec enim laeuia ſunt, ſed ſitifera, quia pinguia; ideoque facile caloris praeter naturam vim recipiunt et inflammantur ac bileſcunt.

Quod Ptiſſana virtute eluendi polleat, qua materiam, πεπασμοῦ capacem, concoquat et expertem excludat, conſtat *ex hiſtor. 1. Sect. 2. Lib. II. Epid.* quae praeclara eſt de muliere, quae λειποθυμίᾳ laborabat frequenti, nec quieſcebat dolor, huic (inquit) polentae pollen in ſuccum mali punici inſperſus, et ſemel in die acceptus in cibo fuit, et non reuomuit ab eo tempore.

NOTAE.

a) De Ptiſana conf. inter alios Io. Thom. Minadoi Philodicus, ſiue de Ptiſana, eiusque cremore, dialogus. Venet. 1591. 4. Iul. Caeſar Claudinus de natura et vſu aquae hordei et ptiſanae in App. ad Libr. de Ingreſſu ad infirmos. Io. Vaſſaei Epiſt. qua ptiſanae vſum defendit contra Manardum. exſt. in Ei. Comment. Galeni de Vict. rat. in morb. acut. Paris 1543. 8. et Io. Langius in Epiſt. Medicin. Lib. I. Epiſt. 57.

b) Conf. Foeſii Oeconomia voce ἄραδος.

c) Vitium in hac citatione quisque agnoſcet, ſed quale, equidem non dixero. Lib. II. Cap. CVIII. Edit. Goupyli, vbi de hordeo dicit, nihil tale inuenio.

d) Voce κριθὴ, vbi plane hordeum primi ordinis in exſiccando et refrigerando eſſe ait.

VII. Ὁκόσοι μὲν ἓν πτισάνῃσι χρέωνται ἐν τοιούτοισι τοῖσι νοσήμασιν, ὀδεμίῃ ἡμέρῃ κενεαγγητέον, a) ὡς ἔπος εἰρῆσθαι, ἀλλὰ χρηστέον, καὶ ὀ διαλειπτέον, ἢν μή τι δέῃ, ἢ διὰ φαρμακίην, ἢ κλύσιν διαλείπειν.

Ergo, si quem iuuat [1] ptissana in eiusmodi morbis vti, ne vnius dieculae abstinentia [2] est imperanda, sed sine intermissione vtendum [3], nisi quid medicamenti purgantis [4], aut clysteris causa, intermittendum sit.

SCHOLIA.

1) Id est, qui iure suo vti Ptissana possunt.

2) Id est, ne vno quidem die defraudari suo genio debet; alioqui peccaret in commoda suae naturae, materiamque fluentem sisteret.

3) Ad liberalitatem et libertatem anacatharseos, latera faciendo robusta, quia salutis spes in laterum, et naturae robore consistit.

4) Nam cum medicamenti purgantis vsus necessarius est, Ptissana non exhibetur loco.

COMMENTARIVS.

Nunc περὶ καιροῦ, de delectu Ptissanae agit, in quo prima haec lex sanciatur, vt, qui iure et loco Ptissana vtitur, is conuenienter videatur vti; Is vero iure facit, qui et morbi specie inuitatur, et virium infirmitate, cum succi inopia coniuncta, nec auocatur dolore aut difficultate respirandi, adhibitis etiam et celebratis, quae vacuando et leniendo dolorem, pugnant cum morbo et symptomatis ipsis.

In graeco legitur οὐδὲ μιῇ ἡμέρῃ κενεαγγητέον, exinanire non oportet. Porro nomen τῆς κενεαγγείας

γείας apud Hippocratem bifariam ſumitur, pro vacuatione obſcura, quae fit fame, inedia; et manifeſta, vt quae fit medicamentis, venae ſectione. Hoc ſecundo modo ſumpſit, *Lib. I. Aph. 2.* οὕτω καὶ ἡ κενεαγγείη, etc. Illo priore modo *Lib. de Articul. Sent. 56. Sect. III.* vbi diſputat de luxatis et fractis coſtis.

NOTA.

a) ὡς ἔπος εἰρῆσθαι.) Haec verba Duretus omiſit, et verti debent: vt breuiter dicam.

Καὶ τοῖσι μέν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, δὶς δοτέον· τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισιν, ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην. ἐκ προσαγωγῆς δή, ἢν δὲ ἐνδέχηται, τετέοισι καὶ δὶς δοτέον, ἤν τι δοκέῃ προσδεῖν. VIII.

Eoque fit [1], vt ſi bis die cibum capere conſueuerint [2], bis exhibenda ſit [3]: Sin autem ſuo modo et more ſemel paſtum ineant, ſemel etiam primo die apponenda Ptiſſana. *a*) Sed tamen [4] paulatim atque viciſſim Ptiſſanae acceſſionem adiungendo, ſi bis exhibendi ſit locus [5], ſi quidem bis exhiberi poſſe videatur.

SCHOLIA.

1) Cum ſuo iure Ptiſſana quis poteſt vti.

2) Et propterea aluus eorum bis humeſcere, in quo ſpectatur temperamentum; bis intumeſcere, in quo ſpectatur habitus; bis coquere, in quo actio conſueuerint.

3) Ne humores incandeſcant, praeſertim in bilioſis naturis, ne collabatur et ſubſidat ventriculus, et officii vacuitate reddatur ignauior; neue etiam vires defraudatae ſuo genio labefactentur.

4) In graeco legitur ἐκ προσαγωγῆς δὲ, etc. quod idem ſignificat ac ſenſim, paulatim; quod conſtat ex verbis Hippocratis, quae ſcripta leguntur, *Lib. I. Epid. Conſtit. 3.* μὲν δὲ κύνα μέχρις ἀρκτούρου, ϑέρος ϑερμὸν, καύματα μεγάλα, καὶ ἐκ ἐκ προσαγωγῆς, ἀλλὰ συνεχέα καὶ βίαια. Dictiones illae τὸ συνεχὲς καὶ βίαιον vim huius dictionis ἐκ προσαγωγῆς declarant. Atque illud hoc loco dicitur ἐκ προσαγωγῆς, quod in Aphoriſmis *Lib. I. Aph. 17.* dixit κατὰ μέρος, quod etiam ſignificat, vt loco fiat. Caeterum hoc loco praeſcribit victus rationem in qualitate et quantitate, ſumpta indicatione a morbi ſpecie, materia, adiunctis, priuata et communi natura. Illa ſpectatur in temperamento generali, in actione, et eo, quod eſt commune omnium, vt ſumere cibum, coquere, humeſcere, intumeſcere ventriculum dicimus. Haec vero peculiaris natura in temperamento peculiari partium, quarum virtute corpus adminiſtratur, conſiſtit: vt in eo dicimus, qui bilioſus ἄνω aut κάτω, cui bilis in ventriculum, meatu a natura dato, influit et contra Galenus *Cap. 6. Lib. II. de Temp. Cap. 1. Lib. I. de Alim. facult.*

5) Quaſi dicat, non ad nutritionem ordinariam ſolum, ſed ad thoracis robur.

NOTA.

a) Paulatim vero progrediendo, ſi fieri poſſit, iis etiam bis danda, ſi quid adiiciendum videatur. Sic melius, vt puto, Foeſius. Duretus vocabulum ἐκ προσαγωγῆς de recto modo cibi dandi intelligit.

VIIII. Πλῆϑος δὲ ἀρκέει κατ' ἀρχὰς διδόναι μὴ πολὺ, μηδὲ ὑπέρπαχυ, *a*) ἀλλ' ὁκόσον ἔνεκεν τοῦ ἔϑεος ἐσιέναι τι, καὶ κενεαγγίην μὴ γενέϑαι πολλήν. Περὶ δὲ τῆς ἐπιδόσιος εἰς πλῆϑος τοῦ ῥοφήματος, ἢν μὲν ξηρότατον ᾖ τὸ νόσημα, *b*) ἢ ὡς ἄν τις ὄιοιτο, ὃ χρὴ ἐπὶ πλέον διδόναι, ἀλλὰ προπίνειν πρὸ τοῦ ῥοφήματος, ἢ μελί-

μελίκρητον, ἢ οἶνον, ἢ ὁκότερον ἂν ἁρμόζῃ. Τὸ δ' ἁρμόττον ἐφ' ἑκάστοισι τῶν τρόπων εἰρήσεται.

De caetero ineunte Ptiſſanae vſu [1], ſufficit non plena manu exhibere, nec admodum craſſam [2]: ſed ſufficit, eam Ptiſſanam ingeri [3], quantum in more cuiusque poſita eſt, quantumque ſufficit ad prohibendam largiorem vaſorum depletionem [4]. De adiungenda autem ſorbitionis acceſſione, mea ſic ratio eſt; nam ſi adhuc ſiccior eſt morbus, cumulatius non eſt exhibenda [5], ſed ante ſorbitionis acceſſionem, melicratum [6] propinare oportet, aut vinum [7], *c*) prout alterum videbitur conſentaneum [8]: Vtrum vero ſit conſentaneum, dicetur poſtea [9].

SCHOLIA.

1) Id eſt, cum ſuo iure quis poteſt vti, et incoeperit vti, vt, cum quarto die aut ſeptimo vtitur; in graeco eſt κατ' ἀρχάς.

2) Quia poſt quatridui abſtinentiam, aluus, officii ceſſatione, facta eſt ignauior, ideoque nequit totius corporis neceſſitati ſatisfacere, quamuis ſit κένεαγγέη et μύησις.

3) Ad conſeruationem naturae communis, vt ventriculus coquat, intumeſcat, et humeſcat.

4) Quia, ſi incidat iſta κένεαγγέη etiam victo morbo, et triumphato, facultas animalis et naturalis fatiſcit, alimenti inopia.

5) Ex hoc loco poſſumus colligere definitionem diaetae tenuis: Ea eſt, qua natura in officio continetur, et qua prohibetur largior vaſorum inanitio; ita, vt ſorbitio nec quantitate, nec qualitate, nec numero augeatur.

6) Nec tamen hoc faciendum, ſi peculiaris natura aut affectio te auocet, vt poſtea dicetur.

7) Vinum, ſupple dulce: Aquam non praeſcribit, quia nec ſumpta, nec admota humefacit. *Galenus Comm. ad Aphor. 13. Lib. IV.*

8) Quia, ineunte morbo, dum ſiccus manet, prius in

curam morbi est incumbendum, quam naturae studendum.

9) *Lib. III. huius Operis.*

COMMENTARIVS.

Accessionem vertit nomen ἐπιδόσεως, quod est πολιτικὸν; ἐπιδιδόναι enim significat ad mensuram adiicere, Galli vocant *surcrois*. Et *in Constit. 3. Lib. I. Epid. et Lib. VI.* πυρετὸς ἐπιδιδοῖ καὶ παροξύνεται. In Epidemiis οἱ πυρετοὶ dicuntur τὴν ἐπίδοσιν ἔχοντες, quae sunt continuae quodammodo aut omnino, et increscunt paulatim. Ἡ ἔνδοσις vero est continuarum febrium quaedam remissio.

Morbi siccitas spectatur; vt arteriarum et venarum, in totius corporis quodam squalore et linguae scabritie; pleuritidis in sicca tussi; hepatis, mesaraei, intestinorum, in alui suppressione et duritate; quemadmodum et sicca est cephalalgia, cum nihil aut per nares, aut per palatum excernitur.

Melicratum confert quidem, nisi quid dissuadeat, vt si homo sit biliosus ἄνω, si μεγαλοσπλάγχνος, si sitibundus. Vinum dulce confert, si modo venter non turgeat, et in asthmate.

NOTAE.

a) ἀλλ' ὁκόσον) Dubito an non menda his verbis subsit. Quare vel ὁκόσον mutauerim in ὅκως ἄν vel τὸ τι quod est post ἐσιέναι in δεῖ.

b) Ἡ ὡς ἄν τις οἴοιτο.) Haec verba omisit Duretus, quare eius versio sic emendanda: Si admodum siccus morbus, aut magis, quam quis putauerit, plena manu non exhibenda est.

c) Et hunc locum ita fere cum Foesio verterim: aut quodcunque vtile fuerit. Quid autem maxime conueniens sit, in singulis generibus (morborum) dicetur. Nam vocabulum ὁκότερον ad μελίκρητον et οἶνον non pertinere vel ex particula ἤ eluceſcit, quam vero Duretus sustuliſſe videtur.

Ἡν

Ἢν δὲ ὑγραίνηται τὸ σῶμα, καὶ τὰ ἀπὸ X.
τῦ πλεύμονος εἴη, ὁκοῖα δεῖ, ἐπιδιδόναι χρὴ
ὡς πλῆθος τῦ ῥοφήματος, ὡς ἐν κεφαλαίῳ
εἴρηται. Τὰ μὲν γὰρ θᾶσσον καὶ μᾶλλον
πλαδῶντα, ταχύτητα κρίσιος σημαίνει, τὰ δὲ
βραδύτερον καὶ ἧσσον, βραδυτέραν σημαίνει
τὴν κρίσιν. *b)* Καὶ ταῦτα αὐτὰ μὲν κατ' αὐτὰ
τοιάδε τὸ ἐπίπαν ἐσί. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα
ἐπίκαιρα παρεῖται, οἷσι προσημαίνεθαι δεῖ, ἃ
εἰρήσεται ὕσερον. *c)* Καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείων ἡ
κάθαρσις γίνηται, τοσῴδε χρὴ πλέον ἐπιδιδόναι
ἄχρι κρίσιος, μάλισα δὲ κρίσιος ὑπερβολῆς δύο
ἡμερέων, οἷσι γε ἢ πεμπταίοισιν, ἢ ἑβδομαίοι-
σιν, ἢ ἐνναταίοισι δοκέει κρίνεθαι, ὡς καὶ τὸ
ἄρτιον καὶ τὸ περισσὸν προμηθὲς ἦ. Μετὰ δὲ
τῦτο τῷ μὲν ῥοφήματι ἐς τὸ πρωὶ χρησέον, ἐς
ὀ↓ὲ δὲ ἐς σιτία μεταβάλλειν· ξυμφέρει δὲ τὰ
τοιάδε ὡς ἐπιτοπολὺ τοῖσιν ὅλῃσι πτισάνῃσιν
αὐτίκα χρεομένοισιν. Αἵ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖ-
σι πλευριτικοῖσιν αὐτίκα αὐτόματοι πάυονται,
ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγυ, καὶ ἐκ-
καθαίρεθαι. Αἵ τε καθάρσιες *d)* πολλῷ τε-

λέω-

λεώτεραί εἰσι, καὶ ἔμπυοι ἧττον γίνονται, ἢ εἰ ἀλλοίως τις διαιτῴη, καὶ αἱ κρίσιες ἁπλέστεραι, καὶ εὐκριτώτεραι, καὶ ἧσσον ὑποσροφώδεες. *e*) Τὰς δὲ πτίσανας χρὴ ἐκ κριθέων τέως βελτίσων εἶναι, καὶ κάλλισα ἑψῆσθαι, καὶ ἄλλως, ἢν μὴ τῷ χυλῷ μένῳ μέλλῃς χρέεσθαι. Μετὰ γὰρ τῆς ἄλλης ἀρετῆς τῆς πτισάνης, τὸ ὀλιθηρὸν τὴν κριθὴν καταπινομένην ποιέει μὴ βλάπτειν· ἐδαμῶ γὰρ προσίσχεται, ἐδὲ μένει κατὰ τὴν τὲ θώρακος ἴξιν.

Quod ſi humore os perfundatur, atque pulmonum materia expectorabilis conuenienter excludatur [1]; *a*) adiungenda tum eſt Ptiſſanae ſorbitio [2], vt in ſumma dicam [3]. Nam quae celerius magisque madeſcunt et perfunduntur materia, celeritatem iudicii [4] arguunt. Quae vero tardius minusque madeſcunt [5], criſim tardiorem ſignificant. *e*) Atque haec ſunt eiusmodi ſuapte natura [6]. Exiſtunt et alia ſane plurima, valde vtilia et plurimi facienda, conſulto hic praetermiſſa [7], ex quibus ſignificatio fieri debet, quae ſuo loco a nobis dicentur. Ergo, ne longius abeam, quo maior apparet purgatio, eo pleniore manu exhibebis [8] ptiſſanam, donec ad criſim ventum ſit [9], maximeque ſupra criſim [10], ad duos minimum dies, quibus aut quintum aut ſeptimum aut nonum morbi diem agentibus, incidere criſis videtur [11], vt parium et imparium dierum cautio ſit. Quibus effluxis, mane ſorbitio eſt apponenda,

nenda, veſperi vero conſueta cibaria. Sed praeter caeteros maxime iſta conferunt iis, quibus ineunte [12] morbo, priſſana integra vti licet. Nam et pleuriticis dolores [13] et morbi vltro ſtatim deſinunt et quieſcunt [14], cum expectorare quid commemorabile et purgari coeperint [15]. Nam tales purgationes multorum pleuriticorum ſunt perfectiores, exquiſitaeque magis, minusque purulenti fiunt [16], quam ſi quis aliter [17] diaetam inſtituat. Quin etiam criſes ipſae ſunt vniusmodi [18] magis et ſecundioris [19] iudicii, minusque reuerſioni ſunt opportunae. Iam vero ptiſſanas ex praeſtantiſſimo hordeo, et quam optime coctas eſſe oportet [20]: idque cum alias, tum ſi non ſolo cremore vtendum ſit [21]. Nam praeter caeteras ptiſſanae dotes, quae vis ineſt in ea, fluida atque meabilis efficit, ne ſumptum hordeum aliquid detrimenti afferat. Nam nullo modo ad ventriculum adhaereſcit, tum ſpiritus iter non intercludit [22].

SCHOLIA.

1) Statim et ἐυπετέως, vt nulla expectorati ratio deſideretur, nec in qualitate, nec in copia, nec in modo expectorandi, expectorabilis materiae appulſu, quae purgatio proprie dicitur ἀνακάθαρσις ab *Hippocrate Aphor. 8. Lib. V.*

2) Vt excitetur vis animalis potentiae, ad expulſionem, vt ſcilicet firma ſint latera.

3) Id eſt, ad eandem legem, de reliquis morbis acutis, iudicemus.

4) Eiusque iudicii ſecundi; nam nomen criſeos, abſolute poſitum, in bonam partem ſumitur; videatur hiſtoria Anaxionis *Lib. III. Epid.* quam narrauit *Galenus Cap. 18. Lib. I. de Criſib. et Comm. in Aph. 12. Lib. I.*

5) Ob difficultatem pepaſmi, thoracis oppreſſi non languidi infirmitatem.

6) Id eſt, nunquam impar ſibi ratio exhibendae ptiſſanae, quae ducitur a ficciore aut humidiore morbo.

7) Vt

7) Vt virium, aetatis, consuetudinis, annique ipsius ratio.

8) Vt firma reddantur latera, ad materiae exclusionem.

9) Quo tempore victu quam tenuissimo vtendum; nam, quo propius abest a crisi, eo tenuiore victu vtendum, quo longius, pleniore.

10) Hoc est, post certamen naturae, et morbi, triumphatoque morbo.

11) Vel, vt in paritate, vel imparitate dierum, magna sit consilii capiendi ratio. Nam quae paribus diebus imperfecte iudicantur, paribus recrudescunt, et quae imparibus, imparibus.

12) Primo scilicet morbi quaternario, editis pepasmi signis, et morbo humidiore facto.

13) Scilicet punctorii, in tunica costas succingente, supra aut infra diaphragma.

14) Nullius opis medicae sunt indigentes.

15) Et libere et liberaliter, quod sit pepasmi capax, nec vllam partis obsessae malam conditionem denunciet.

16) Qui enim pleuritici nihil commemorabile intra 14. morbi diem expuunt, fiunt purulenti.

17) Defraudando suum genium, et infirma reddendo latera.

18) Id est, vnico et simplici signorum, causarum, et excretionis genere suscipiuntur. Crisis simplex dicitur, quae cuiusque morbi propria est, vt haemorrhagia in febre ardente iuuenis alicuius.

19) Ad salutem aegri, nulla superstite materia, aut partium obsessarum vitio.

20) In aqua simplici, nec de integro affusa, amplo et capaci vase, vt tantum intumescat, quantum intumescere potest, ex optimo hordeo, quale Lugdunense, nec vetus recensue, non curgulionibus depastum.

21) Quia hordeum, quod integrum praescribitur, debet perfectius coqui, quam cum in cremore datur.

22) Non cunctatur in via, qua ad thoracem recta itur.

COMMENTARIVS.

Quicquid eiusmodi est, vt inflammationem extinguat, respirationem faciliorem reddat, naturae vim excitet, et obstructa liberet; illud morbis acutis curandis accommodate exhiberi potest.

poteſt. Nam quod inflammationem extinguat, docuit Hippocrates dicens ptiſſanam eſſe ἄδιψον: quod vim naturae excitet, hinc patet, quod προσηνὴς: obſtructa liberet, eſt ὀλιθηρὸς: reſpirationem faciliorem reddat, patet ex poſtrema parte textus, cum ait οὐδὲ μένει πτισσάνη κατὰ τὴν τοῦ θώρακος ἴξιν. Nomen ἴξεως tria ſignificat *Sect. I. f) Lib. de Fract.* perpendiculum, εὐθυωρίαν, φορὰν, id eſt translationem, vt, cum in febribus dicimus fieri ſanguinis ἴξιν ad nares. Duorum quidem meminit Galenus *in Comment.* εὐθυωρίας καὶ φορᾶς; Primi non meminit.

NOTAE.

a) Planius fere ita: Sorbitionis quantitatem, vt equidem breuiter dicam, augeri oportet. Lindenius pro ὡς repoſuit εἰς, forte, quod vidit, paullo ante ſcriptum fuiſſe περὶ δὲ τῆς ἐπιδόσεος εἰς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος. Sed ὡς ſaepe pro εἰς ponitur, et contra.

b) Καὶ ταῦτα.) Atque haec quidem eſt in vniuerſum harum rerum natura. Sic ego vertere malim. Τὸ ἐπίπαν hic eſt, in vniuerſum, plane vt apud Thucydidem Lib. II. 48. pag. 128. Τὸ μὲν ἓν νόσημα τοιοῦτον ἦν ἐπίπαν τὴν ἰδέαν, quem locum etiam Phauorinus in Lexico allegauit, et τὸ ἐπίπαν expoſuit; ὁλοτελῶς. In hoc noſtro libello frequenter ita occurrit.

c) Καὶ ὁκόσῳ ἄν πλείων.) Hippocrates criticam purgationem intelligit, neque mirum videri debet, addidiſſe: ἄχρι κρίσιος. Vult addendum aliquid eſſe, donec perfecte iudicatus ſit morbus.

d) Πολλῷ τελεώτερον.) Interpres legiſſe videtur πολλῶν, ſed defendimus vulgatam, et vertimus: multo perfectiores ſunt.

e) Τὰς δὲ πτισάνας.) Quid hic verba: καὶ ἄλλως? Vel abundant, nata per errorem ex praecedentibus, καὶ κάλλισα, vel ſcribendum καὶ ὅλως, quod reſpondet ſequentibus. Ad ſuccum enim vel cremorem tantum parandum excoqui perfecte non debet.

f) pag. 730. XXI. XXII. Tom. II. ſed conf. Foeſii Oecon.

Ὁλι-

XI. Ὀλιθηροτάτη δὲ, καὶ ἀδιφοτάτη, καὶ εὐπεπτοτάτη, καὶ ἀθενεσάτη ἐσὶν ἡ κάλλισα ἕφθὴ, ὧν πάντων δεῖ· ἢν ἓν μὴ προσιμωρήσῃ τις, ὁκόσων δεῖται αὐτάρκης εἶναι ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης πτισανορροφίης, πολλαχῇ βεβλάφεται. Ὁκόσοισι γὰρ σίτος αὐτίκα ἐγκατακέκλεισαι, ἢν μή τις ὑποκενώσας τὸ ῥόφημα δώῃ, τὴν ὀδύνην ἐνεοῦσαν προσπαροξύνειεν ἄν, καὶ μὴ ἐνεοῦσαν ἐνθὺς ποιήσειεν, καὶ πνεῦμα πυκνότατον γένοιτ' ἄν. Κακὸν δὲ τοῦτό ἐσι, ξηραντικὸν γὰρ πλεύμονος, καὶ κοπῶδες ὑποχονδρίων καὶ ἥτρου, καὶ φρενῶν.

Fluidiſſima [1] enim eſt ptiſſana, minime ſitifera [2], concoctu facillima [3], et imbecillima [4], ſi exquiſite cocta fuerit. Quae omnia ſimul coniuncta ad bene medendum neceſſaria ſunt [5]. Verum enimuero niſi quis eam adhibeat [6] prouiſionem, qua effici poſſit, vt in hoc ſorbitionis vſu nihil omnino deſideretur [7], multis damnis aeger augebitur [8]. Etenim verbi gratia, ſi cui, concluſis adhuc in aluo faecibus, ſorbitiones dederit quis, nondum ſubducta aluo, conceptum iam dolorem exacuet, aut, ſi dolore careat, ſtatim nouum inducet, tum ſuſpirioſus et frequentior anhelitus [9] fiet, quae reſpirandi difficultas [10] his de cauſis mala eſt. Nam et pulmones exſiccat [11], hypochondriis laborem affert, aqualiculo et diaphragmati.

SCHO-

SCHOLIA.

1) Vnde nec ad vias, qua itur ad thoracem, adhaereſcit, nec reſpirationem impedit, ſed contra obſtructas liberat vias, qua itur ad gibbas hepatis.

2) Vtraque enim qualitate pugnat cum ſiti, et ſocum vtrumque ſitis extinguit.

3) Quod facile a natura vincatur, quia vniusmodi eſt, aequalis et laeuis.

4) Id eſt, omnis alienae qualitatis expers, nec ſtomacho tumultum infert.

5) Quaſi dicat, ſi qua harum conditionum omittatur, cibus non confert.

6) In graeco eſt προσιμωρήση, quod *Galenus* apud Hippocratem ſignificare βοηθῆν *in Comm.* aſſerit, hic vertendum eſt προσιμωρήση, id eſt, eo aſpiret, huic ſtudeat, adiumentum attulerit.

7) Nec in materia, nec in praeparatione, vtendi modo, quantitate, et tempore.

8) In graeco eſt πολλαχῆ βεβλάψεται, in quo notandum eſt verbum, quod a graecis dicitur, paulo poſt futurum: atque hoc ſubiungit, quaſi dicat, quamuis ſuo iure quis ptiſſana vti poſſit, niſi tamen loco vtatur, valde in ſua commoda peccabit.

9) Diſtenſione alui, et diaphragmatis compreſſione.

10) Nata ex intempeſtiuo ptiſſanae vſu, nondum ſubducta aluo.

11) Denſa et frequens reſpiratio pulmones frequenter mouet, moti pulmones calefiunt, calefacti ſiccantur. *Galenus Comm. in hunc locum.*

COMMENTARIVS.

Δίαιτα duplex, vna ἀσθενὴς, altera ἰσχυρά. Galenus *Comm. in partic. 18. Sect. 4. Lib. VI. Epid.* vocat τὴν δίαιταν ἀσθενῆ, quae partim in exercitationibus, partim in potulentis et eſculentis imbecillibus conſiſtit. Tum ἀσθενὴς dicitur duobus modis, vel quod parum habeat ſucci alibilis, vel quod omnis ſit alienae qualitatis expers, cuiusmodi ii ſunt cibi, quibus aſperitatis nihil, dulcedinis, et aliarum id genus qualitatum; ſic, vt

nec odorem grauem ſpirent, nec guſtui qualitatem vllam manifeſtam repraeſentent. Qui priore vtuntur diaeta, dicuntur ab Hippocrate *a)* βραχύβιοι *part. 21. Sect. 5. Lib. VI. Epid.* imbecilliora cibaria breuiorem habent vitam; vt qui, cum exercitationibus ſeſe non dedant, ſed in otio et vmbra vitam degant, iis cibis vtantur, qui parum habent ſucci alibilis, ſic eorum aluus officii vacuitate fit ignauior, caro iis imbecilla, delicata et mollior. Imbecilli autem cibi quibus vtuntur, omnes pene frigidi ſecundum Hippocratem *b) part. 18. Sect. 4. Lib. VI. Epid. Imbecilli victus frigidi, frigidiſſimi cibi lentes, milium, cucurbitae.* Atque huiusmodi cibi minimum habent cibi alibilis, plurimum excrementorum, et horarii dicuntur, quod ſuae perfectionis horam habeant, quae ſi elapſa eſt, vix ſatis commode vſui eſſe poſſunt: *c) part. 33. Sect. 3. Lib. VI. Epid. et Comm. in part. 2. Sect. 3. Lib. VI. Epid.* Cuiusmodi ſunt pepones; dicuntur autem ἀπὸ τῦ πέπτεσθαι quod ſuam habeant perfectionem et πέπανσιν, vt vocat Ariſtoteles *Lib. IIII. Meteor. Cap. 2. et Lib. de Mund. ad Alex. Cap. 4.* certo tempore, quod vel ipſi vulgo iam innotuit. Vide Galeni *Comment. in Aph. 17. Sect. 4. Lib. VI. Epid.* Ισχυρὰ δίαιτα duobus modis dicitur *d) part. 18. Sect. 6. Epid.* vel quod ſucci alibilis plena, cuiusmodi carnes, porcinae, panis ſiligineus; vel quod in cibo elucet quaedam qualitas commemorabilis, caloris, acrimoniae: vtriusque meminit Hippocrates, dum aſthmaticis victum praeſcribit *part. 4. Sect. 4. Lib. VI. Epid.* in hunc modum, *hanc*, ſupple virginem aſthmaticam, *abſtinere ab allio, ſue, oue, boue; in agendis a clamore, excandeſcentia.* Per ſuem, bouem intelligit eam diaetam, cuius meminimus primo loco. Per allium,

eam

eam, cuius ſecundo meminimus; In allio qualitatem acrem et commemorabilem denotat. Quo in ſenſu dicebat Hippocrates: *Eos, qui calido ventre ſunt, validi potus et cibi perturbant. In Comm. part. 24. Sect. 5. Lib. VI. Epid.* Galenus ſcribit per cibos ἰσχυροὺς intelligi non eos, qui multum habent ſucci alibilis, multumque nutriunt, ſed quibus ineſt manifeſta et potens quaedam qualitas, quae prouentum cuiusdam maligni humoris faciat, nec non intemperiem augeat. Caeterum ptiſſana dicitur ἀσθενεστάτη, tum quod habeat parum ſucci alibilis, tum quod alienae qualitatis expers ſit. Galenus *Comm. in hunc locum.*

Αὐτίκα. Omnes pene interpretes hanc vocem confuſe ſunt nixi latinam reddere, atque immiſcent textui Hippocratis, cum debeat aſcribi in fronte periodi, vt Galenus *in Comment.* ſcribit. Duretus vertit, exempli gratia, accommodate ſane, quaſi dicat Hippocrates per αὐτίκα, vt tibi oſtendam, quid ſit loco vti; et, niſi quis ptiſſana loco vtatur, quibus damnis augeatur. Quo in ſenſu *in Libris de Articulis et de Fracturis*, ſaepe vtitur, cum exemplum vult proponere. Vnde memini aliquando hunc locum enarraſſe Galenum *in Lib. I. de Criſib. Cap. 7.* vbi in hoc aduerbio αὐτίκα valde elaborat, atque idem hoc loco ſignificare ait, ac aduerbium ἀμέλη ſiue ἀμέλει, quod interpres vertit, ilicet, alii vertunt, verbi gratia, denique, videlicet, ſcilicet.

Nunc docet, quando quis loco vti ptiſſana poſſit, nec enim ſatis eſt iure vti.

Nomen σίτου hic vertit faeces, vtrumque enim ſignificat et cibum et ſtercus, quemadmodum narrat Galenus *Comm. in Aph. 6. et 5. Sect. 1. Lib. VI. Epid.*

NOTAE.

a) Ibi autem part. 20. Foes. non 21. ita scriptum inuenio: τὰ ἀσθενέστερα σιτία ὀλιγοχρονίκν βιοτὴν ἔχα.

b) Parte 16. Foesii haec tantum verba leguntur: αἱ ἀσθενέες δίαιται, ψυχραὶ, αἱ δὲ ἰσχυραὶ, θερμαὶ.

c) Haec ego quidem nusquam inuenio, nisi forte huc pertinet *Galeni Comm. in part. 19. Sect. 4. Lib. VI. Epidem.*

d) Parte 16. Sect. IIII. Lib. VI. Epidem. secundum Foesium.

XII. Τῶτο δὲ, ἢν ἔτι τῆς ὀδύνης τῶ πλευρῶ ξυνεχέος ἐόσης, καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλώσης, καὶ τῶ πτυέλῳ μὴ ἀνιόντος, ἀλλὰ καταγλιχραινομένῳ ἀπέπτως, ἢν μὴ λύσῃ τις τὴν ὀδύνην, ἢ κοιλίην μαλθάξας, ἢ φλέβα τεμὼν, *a*) ἢ ὁκότερον ἂν τετέων ξυμφέρῃ. Τὰς δὲ πτισάνας ἢν ὅτως ἔχωσι δίδως, ταχέως οἱ θάνατοι *b*) τῶν τοιετέων γίνονται. Διὰ ταύτας ἓν τὰς προφάσιας, καὶ ἑτέρας τοιαύτας ἔτι μᾶλλον, οἱ ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρώμενοι, ἑβδομαῖοι καὶ ὀλιγημερώτεροι θνήσκεσιν, οἱ μέν τοι καὶ τὴν γνώμην βλαβέντες, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ὀρθοπνοίης τε καὶ τῶ ῥέγχεος ἀποπνιγέντες· μάλα δὲ τὲς τοιετέες οἱ ἀρχαῖοι βλητὲς ἐνόμιτον εἶναι, *c*) διὰ τόδε μάλιστα, ἐχ ἥκιστα δὲ ὅτι καὶ ἀποθανόντων αὐτέων, ἡ πλευρὴ πελίη εὑ-

ρίσκε-

ρίσκεται, ἴκελόν τι πλαγῇ. Αἴτιον δὲ τούτου τόδε ἐστὶν, ὅτι, d) πρὶν λυθῆναι τὴν ὀδύνην, θνήσκουσι. Ταχέως γὰρ πνευματίαι γίνονται. Ὑπὸ δὲ τοῦ πολλοῦ καὶ πυκνοῦ πνεύματος, ὡς ἤδη εἴρηται, καταγλιχραινόμενον τὸ πτύελον ἀπέπτως κωλύει τὴν ἐπάνοδον γίνεσθαι, e) ἀλλὰ τὴν ῥῆξιν ποιέει ἐνιχόμενον ἐν τοῖσιν βρογχίοισι τοῦ πλεύμονος, καὶ ὁκόταν ἐς ταυτὸ ἔλθῃ, θανατώδες ἤδη ὡς ἐπιτοπολύ ἐστι. Καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πτύελον ἐνιχόμενον κωλύει μὲν τὸ πνεῦμα εἴσω φέρεσθαι, ἀναγκάζει δὲ ταχέως ἔξω φέρεσθαι· καὶ ἔστως ἐς τὸ κακὸν ἀλλήλοισι τιμωρέουσι· Τότε γὰρ πτύελον ἐνιχόμενον πυκνὸν τὸ πνεῦμα ποιέει, τότε πνεῦμα πυκνὸν ἐὸν ἐπιγλιχραίνει τὸ πτύελον, καὶ κωλύει ἀπολιθαίνειν. Καταλαμβάνει δὲ ταῦτα οὐ μόνον, ἢν πτισάνῃ ἀκαίρως χρέωνται, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἤν τι ἄλλο φάγωσιν ἢ πίωσιν πτισάνης ἀνεπιτηδειότερον.

Id [1] etiam locum habet in lateralis doloris [2] aſſiduitate, qui ad fotus nihil conceſſerit, nec expectoratum proceſſerit [3], ſed cum ſummo lentore, concoctionis [4] experte, pertinaciter adhaereſcit, niſi dolorem quis ſedauerit [5], aut aluum ci-

 endo [6],

endo [6], aut venam ſecando [7], aut alterutrum adhibendo, quod duxerit eſſe vtile, ptiſſanamque, cum ſic affecti ſunt [8], exhibuerit, celerius opinione hi moriuntur [9]. His de cauſis igitur [10], aliis etiam magis, quae ſunt eiusmodi, qui integra ptiſſana inconſiderate vtuntur [11], ſeptimum morbi diem agentes aut celerius morientur [12]: alii quidem mente perculſi [13], alii vero ab orthopnoea et ſtertore ſuffocati [14]. Eoque fit, vt huiusmodi homines ſideratos et fulmine ictos priſci nominarint, tum ob eas ſane cauſas [15], tum vero non minus, quod iis mortuis latus liuidum plagae aſſimile deprehendatur. Huius rei cauſa in promptu eſt [16], quod, antequam dolor conceſſerit, moriantur [17], celeriter enim ſuſpirioſi fiunt et anheloſi [18]; itaque frequenti et multa reſpiratione, vt iam a nobis dictum eſt, expectoratum, cum ſummo lentore coniunctum et valde glutinoſum, ſine vlla ſpe concoctionis, ſpiritus transmiſſionem prohibet. Etenim, quod in bronchiis lentum cunctatur, expectoratum, ſpiritum aditu ad cor prohibet, celeriterque foras efferri cogit. Atque ita in perniciem aegri mutuas tradunt [19] operas. Nam expectoratum glutinoſum dum cunctatur [20], reſpirationem crebram efficit [21], haec autem frequentior reddita, glutinoſius expectoratum reddit et effluere prohibet. Verumenimuero commemorata haec, quae dixi [22], non ſolum in eos cadunt, qui intempeſtiue vtuntur ptiſſana, ſed etiam multo magis, ſi quid ederint biberintue, quod, aeque ac ptiſſana, non ſit accommodum [23].

SCHOLIA.

1) Id eſt, ea cautio eſt adhibenda.

2) Doloris punctorii, qui diſtenta et ſtimulata membrana coſtas ſuccingente, excitatur, a ſanguine bilioſo, qui per

f) ve-

f) venam intercoſtalem, aut azygon, aut per mammariam eo influxit, excitatus, attractus, expulſus.

3) Semper affluente ſcilicet noua materia.

4) In graeco eſt ἀσωπέως, Galenus ſumi ait pro ἀπέπτως, et verbum eſt politicum, dicunt enim Galli, *il commence a cracher la pourriture.* Quae cocta ſunt, lenta quidem ſunt, ſed non ita, vt hoc loco deſcribit Hippocrates.

5) In graeco eſt λύειν, quod verbum apud Hippocratem duobus modis ſumitur, pro reuera ſoluere, vt *Aph. 42. Lib. II.* ἀποπληξίαν λύειν. Alio modo pro liberare quidem, ſed non citra mortem, quod πολιτικῶς dicitur, *Aph. 26. Lib. VI.*

6) In pleuritide coſtarum inferiorum, per catharticum ex helleboro nigro.

7) Ad mutationem doloris in pleuritide coſtarum ſuperiorum.

8) Id eſt, cum doloris ſumma ſunt omnia, nec pepaſmi vlla ſigna dantur, in propria morbi materia.

9) Intercepta reſpiratione, et ſuffocato calore natiuo.

10) Quando ſcilicet peccatur in commoda aegri; nam quae offenſiones fiunt in grauibus morbis, graues eſſe ſolent, ſi qua culpa commiſſa ſit. Porro προφάσεως nomen ſumitur pro cauſa procatarctica et foris incidente apud Hippocratem.

11) Omnino autem non eſt vtendum, cum ſiccus eſt morbus, doloris aſſiduitas, ſumma reſpirationis difficultas.

12) Strangulato colore, per interceptam reſpirationem, a vitio inſtrumentorum, mouentium, deducentium, et excipientium.

13) Per materiae morbificae in cerebrum metaſtaſim.

14) A materiae contumacia, bronchiorum obſtructione, et lateris infirmitate.

15) Quod celerius hominum opinione moriantur, aut quod mente perculſi, aut cum orthopnoea aut ſtertore moriantur. In graeco eſt βλητὸς, id eſt percuſſus, attonitus.

16) Quod celerius opinione moriantur, et latus liueſcat.

17) Non difficultate expectorandi, vt ſenes, ſed inflammationis cruditate et corruptione, ſuperſtite adhuc materia, quae et diſtendendo et ſtimulando dolorem ciebat, quaeque cunctando magis computruit, partibusque obſeſſis vitium intulit.

18) Quod ſcilicet neque libere ſpiritum ducant ad temperationem caloris, nec fuliginem excludant ad illius ex-

purgationem, vnde fit, vt extinguatur calor natiuus et ſuffocetur.

19) Nempe difficultas curandi, et materiae contumacia.

20) Sic in pulmonum bronchiis conſiſtens materia ſpiritus vias et ſuliginis intercipit.

21) Ob inſtrumentorum contumaciam, aucto ſcilicet reſpirationis vſu neceſſario.

22) Nempe moriendi celeritas cum delirio, orthopnoea, laterisque liuore coniuncta, ob cruditatem et corruptionem phlegmones. Vbi notandus locus quidam *g*) *Hippocratis*, vbi agit de diſtinctione liuoris et nigredinis. Nam licet liuor ſit ad nigredinem via, tamen a nigredine non poſſunt captari argumenta tanta corruptionis, quanta a liuore. Etenim pars aliqua ſaepe nigreſcit ex materiae venenatae afluxu; quod ſi pars ſit capax materiae totius, conualeſcit; pars quidem afficitur, ſed tandem defungitur affectione; At liuor ab inopia caloris natiui oboritur, et ſpiritus vitalis interceptione.

23) Ac ſi dicat, ſi ptiſſana omnium cibariorum praeſtantiſſima, malo vſu, mortis conſecutionem affert; quid de aliis iudicandum, quae nec bonitate ſucci alibilis, nec facultate medendi, cum ptiſſana ſunt conferenda?

COMMENTARIVS.

Hactenus in eo elaborauit Hippocrates, vt falſas et varias priſcorum Medicorum opiniones radicitus conuelleret; Nunc vero ſuam ipſius ſententiam exponit.

NOTAE.

a) ἢ ἑκότερον ἂν τατέων ξυμφέρῃ.) Quo quaeſo τὸ τατέων pertinet? Ad κοιλίην μαλθάξας et φλέβα ταμὼν certe non poteſt. Mihi videtur καμνόντων ſubintelligi debere, et verti: quicquid aegris, ita laborantibus, conduxerit. Neque caſus obſtare debet, ξυμφέρειν enim cum genitiuo ſaepe apud Demoſthenem legitur. Τὸ ἔχωσι, quod ſequitur, pariter ad aegros pertinet. Forte tamen τὸ τατέων, ex eiusmodi, aut etiam ex iis, interpretandum, et referendum ad ea, quae λύσει τὴν ὀδύνην

b) Τῶν τατέων γίνονται.) Proprie: Ex eiusmodi medicinis celerrime mors oritur, vel: talia auxilia cito mortem generant.

c) Διὰ τόδε μάλιστα.) Dubium eſt, quid intelligat Hippocra-

pocrates per τόδε. An quod moriuntur ἀπνοπιγέντες, an quod ὀλιγημερώτεροι? Mihi illud probatur. Quot enim morbi ſunt, qui tertio die, imo citius iugulant? His mortui deberent adeo omnes βλητοὶ dici.

d) Πρὶν λυθῆναι τὴν ὀδύνην.) Ex hoc loco inprimis patet, ὀδύνην ab Hippocrate poni pro inflammatione; Hac enim non ſublata, ſi aeger moritur, pars affecta liuida eſt. Idque confirmatur potiſſimum hoc, quod in Lib. de Liquid. vſu, de aqua dicit: ὀδυνώδεα ἀνεκπύητα ποιέει, vid. et Lib. V. Aphor. 20. Nempe et nos vulgo dicimus, das Seitenſtechen non die Entzündung der Seite, neque aliter Celſus πλευρίτην laterum dolorem vertit. Dolor in ſenſus incurrit, inflammatio contra, et hinc probabiliter omni inflammationi internae nomen a dolore impoſitum fuit. Imo omnis morbus, cum quo fere perpetuus dolor coniunctus, Hippocrati ὀδύνη dictus. Vid. Gorraeus in Definit.

e) Ἀλλὰ τὴν ῥῆξιν.) Interpres ſequentia verba omiſit, quae, etſi in nonnullis MSS. deſiderari, in plerisque tamen inueniri, et a Galeno agnoſci, Foeſius tradidit: ἀλλὰ τὴν ῥῆξιν ποιέει ἐνιοχόμενον ἐν τοῖσι βρογχίοισι τῆς πλεύμονος. Καὶ ὁκόταν ἐς ταυτὸ ἔλθῃ, θανατώδες ἤδη ὡς ἐπιτοπολύ ἐσι. Sed bronchiis, ſeu cartilagineis aſperae arteriae articulis, qui in pulmonibus ſunt, adhaereſcens ſtertorem facit, et vbi eo res deuenit, plerumque aegrum iugulat.

f) Interpres ſine dubio illam venam ſignificat, quae a ſiniſtris ſuperiores coſtas adit, atque in ſubclauiam venam eius lateris aperitur, quamque fere hemyazygon appellant Diſſectores. Conf. Euſtach. Tab. XXVII. Fig. 3. 5. 6. 7.

g) Prognoſtic. II. 11. pag. 448. 24. pag. 449. et VIII. 15. 16. pag. 454. Tom. I.

a) Μάλα μὲν ἓν τὰ πλεῖσα παραπλήσιά εἰσιν αἱ τιμωρίαι, τοῖσί τε ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεομένοισι, τοῖσί τε τῷ χυλῷ αὐτέῳ, τοῖσί τε μήθ' ἑτέρῳ τετέων, ἀλλὰ ποτῷ μοῦνον. ἐξὶ δ' ὅπη καὶ διαφερόντως τιμωρητέον. χρὴ δὲ τόγε πάμπαν ἕτω ποιέειν. Ἢν νεοβρῶτι ἐόντι XIII.

αὐτέῳ, καὶ κοιλίης μήπω ὑποκεχωρηκυίης ἄρξηται ὁ πυρετὸς, ἤν τε ξὺν ὀδύνῃ, ἤν τε ἄνευ ὀδύνης, ἐπιχεῖν τὴν δόσιν τῶ ῥοφήματος, ἐς ἂν ὄιηται κεχωρηκέναι ἐς τὸ κάτω μέρος τῶ ἐντέρω *b*) τὸ σιτίον. Χρέεσθαι δὲ ποτῷ, ἢν μὲν ἄλγημά τι ἔχῃ, ὀξυμέλιτι, χειμῶνος μὲν θερμῷ, θέρεος δὲ ψυχρῷ· ἢν δὲ πολλὴ δίψα ἔῃ, μελικρήτῳ καὶ ὕδατι.

Maximam ergo partem omnino ſimilis eſt prouidendi ratio [1], tum iis, quibus ptiſſana integra vti licet [2]; tum iis, qui ſucco vti debent [3]. At vero quibus neutro horum vti licet, ſed potione ſola vtendum eſt [4], locus eſt aliter atque aliter prouidendi [5]. Omnino autem hoc ita faciendum videtur; nam ſi aegro nuper paſto, nedum ſubducta aluo, febris inuaſerit, ſiue ea cum dolore coniuncta [6] ſit, ſiue doloris expers [7], tum ſorbitionis vſum tantiſper inhibere oportet, quoad faeces ad imam inteſtini partem receſſiſſe videantur. Vtendum autem potione [8], ſi quis dolor vrgeat, oxymelite [9], hyeme quidem calido ſeu egelido [10], aeſtate autem frigido [11]. Quod ſi inexplebilis fuerit ſitis, melicrato [12] (dilutiſſimo) et aqua vtendum.

SCHOLIA.

1) Τιμωρίαν vertit hoc loco prouidendi rationem; omnes interpretes vertunt adiumentum, vtrumque bene; Omnino ſimilia ſunt adiumenta, quae a Medico debent afferri: Eadem omnino et prouiſio et cautio eſſe debet.

2) Quibus ineunte morbo expectoratum feliciter virtute naturae procedit, et criſis abſoluitur ſimplex, ſecundi iudicii, et recidiuae expers.

3) Cre-

3) Cremore ſcilicet, et cum os humeſcere coeperit, dolore ſedato fotu, ſecta vena, aut purgato etiam corpore.

4) Vt oxymelitis, melicrati, aquae, ad explendam ſitim, temperandum febris ardorem, ſicco ſcilicet adhuc morbo, in breui hiſtoria, corpore firmo, ſolido, et ſucci pleno, viribus integris, ſine vllo infirmitatis metu; aetate conſtanti, in quo conſiſtit *δίαιτα ακριβής*.

5) Quaſi dicat, perſpecta cuiusque natura tum propria, tum communi, et peculiari affectione, intelligamus, quibus aqua, quibus oxymel et oxycratum ſit exhibendum, et quibus non; quod *τιμωρεῖν* ſignificat, cum diſtinctione obſeruare, vnde *τιμωρίαν* Duretus vertit diſtinctionem, et cautionem adiumenti afferendi.

6) Id eſt, cum partis alicuius inflammatione, vt febris eius partis ſit ſymptomatica.

7) Cuiusmodi febris eſſentialis.

8) Sicco morbo, viribus integris, ſine metu infirmitatis.

9) Ad incidendum, tenuandum, detergendum, explicandasque pulmonum alas.

10) Quia frigus thoraci, et neruis inimicum, et pulmonibus.

11) Ad extinguendam ſitim, cuius cauſa expectoratum facit glutinoſum et contumax.

12) Abſurdum videtur melicratum praeſcribere, quod (vt ait *Galenus Lib. III. huius Operis*) ſit *διψώδες*; bileſcit enim mel, ideo non conuenit, imo oxymel praeſtantius eſt. Dicimus per accidens et melicratum eſſe ex vſu, et oxymel non eſſe. Nam oxymel aſſidue praeſcriptum aluum ipſam laedit, neruoſis enim partibus acetum officit: Melicratum autem prodeſt, ſi modo ſit dilutiſſimum; alioqui ſitiferum erit.

NOTAE.

a) Μᾶλα μὲν ἔν.) Malim fere hunc locum ita vertere: Plerumque quidem ſimili ratione proſpiciendum eſt iis, qui integra ptiſana, tum iis, qui eius ſucco vtuntur, nec non illis, quibus neutrum horum, ſed ſola potio conuenit: tamen etiam eſt, vbi illis diuerſa ratione prouidere oportet. Huius verſionis ratio, ex voce τὰ πλεῖστα, tum quoque ex ſequentibus reddi poteſt. Foeſius autem et Duretus videntur legiſſe: τῷ χυλῷ αὐτέῳ. Τοῖσι δὲ μήτ' ἑτέρῳ cetr.

b) Τὸ σιτίον.) Faeces, nempe quae, quamdiu recte valemus, proprie ex cibis fiunt, ex quibus liquida quaſi extracta,

ctà, chylum, ſolida et fibroſa, quae remanent, faeces conſtituunt, quas Celſus proinde optimo iure cibi reliquias appellauit.

XIIII. Ἔπειτα μέν τοι, a) ἢν μὲν ἄλγημά τι ἐνῇ, ἢ τῶν ἐπικινδύνων τι ἐμφαίνηται, διδόναι τὸ ῥόφημα, μήτε πολὺ, μήτε παχὺ, μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην, ἢ ἐννάτην, ἢν ἰσχύῃ. Ἢν δὲ μὴ ὑπολυθῇ ὁ παλαιότερος σῖτος νεοβρῶτι ἐόντι, ἢν μὲν ἰσχύῃ τε, καὶ ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ, κλύσαι, ἢν δὲ ἀσθενέστερος ᾖ, βαλάνῳ προσχρήσασθαι, ἢν μὴ αὐτόματα διεξίῃ καλῶς. Καιρὸν δὲ τῆς δόσιος τῶ ῥοφήματος τόν δε μάλιστα φυλάσσεσθαι, κατ' ἀρχὰς, καὶ διὰ παντὸς τῶ νοσήματος· ὅταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν, ἐπισχεῖν χρὴ τῶ ῥοφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ καὶ τῶ ποτῶ ἀπέχεσθαι· ὁκόταν καὶ ἡ θέρμη καταβῇ ἐς τὰς πόδας, τότε διδόναι, καὶ νομίζειν μάλα δύνασθαι τὸν καιρὸν τῶτον ἐν ἀπάσῃσι τῇσι νόσοισιν, ἀχ ἥκιστα δὲ ἐν τῇσιν ὀξείῃσι, μάλιστα δὲ ἐν τῇσι μᾶλλον πυρετώδεσι, καὶ ἐπικυνδυνοτάτοισι. Χρῆσθαι δὲ πρῶτον μάλιστα μὲν χυλῷ, ἔπειτα δὲ πτισάνῃ, κατὰ τὰ τεκμήρια τὰ προγεγραμμένα ἀκριβῶς θεωρῶν.

De-

Deinde vero [1] ſi et dolor conceſſerit, nec vllum aliud ſignum calamitoſum apparuerit [2], ſorbitionem tum dare oportet [3], non autem plena manu, nec admodum [4] craſſam; ſed exacto morbi ſeptimo aut nono die, (ſcilicet exhibebis multam et craſſam) ſi vires poſſe valere videantur [5]. *b*) Quod ſi pridianae faeces per aluum non ſeceſſerint [6], et poſt inediam tridui aut quatridui, inire paſtum incipiat, (ſiquidem valeat aeger, et florenti fuerit aetate [7]) clyſtere cienda eſt aluus. Sin autem fuerit infirmior, balano prius vtendum, niſi vltro pulchre feratur. Sed ptiſſanae exhibendae *c*) occaſionem ineunte vſu [8], totaque hiſtoria captare oportet. Nam cum pedes frigidi fuerint [9], ptiſſanae vſum inhibere oportet [10], ſed maxime potu abſtinendum [11]. At cum febrilis calor ad pedes [12] deſcenderit, tum exhibenda ptiſſanae ſorbitio eſt. Itaque ſibi quisque perſuadeat velim, *d*) occaſionem plurimum poſſe in omnibus morbis, maxime in acutis, potiſſimum vero in quibus febris et ardoris ſumma ſunt omnia, et maxime calamitoſis [13]. Caeterum ineunte iam vſu praedicto ac primum cremore vtendum eſt [14] potiſſimum, deinde vero ptiſſana integra, accurate mentis aciem ad argumenta [15] praeſcripta et canonem intendendo.

SCHOLIA.

1) Poſt oxymelitis vſum aut melicrati in ficciore morbo, aut venae ſectione.

2) Non difficultas ſpirandi aucta, non ſtertor, non vrinarum praua conditio.

3) Scilicet cum os humeſcere coeperit et expectoratum procedere.

4) Quia naturale eſt, vt aluus diuturna officii vacuitate fiat ignauior, et habitu collapſo et alienato temperamento, neceſſitati corporis ſatisfacere nequeat.

5) Sine

5) Sine vllo infirmitatis metu, vt certe putantur in homine aetatis conſtantis, corpore ſucci pleno, latis et amplis venis, hyeme, et in eo, qui paulo ante liberalius ſe inuitauit, cum antea frugaliter victum inſtituiſſet.

6) Vt fere ſiſtuntur, propter ventriculi ignauiam, ex diuturna officii vacuitate, et alimenti neceſſitate.

7) Scilicet ſine vllo infirmitatis metu poſſe valere videatur, vt ſi corpus ἔυσαρκον ſucci plenum, δυσδιαφόρητον, conſtantis aetatis, non lienteriae, non ſyncopae obnoxium, vt contingere ſolet in ſenibus, pueris, in regionibus calidis et rapido aeſtu. *Galenus in Comm.* diligenter hunc notat locum, dicens non abs re Hippocratem aetatis meminiſſe. Nec enim ſat eſt, in praeſenti vires conſtare, ſed videndum, an ſine infirmitatis metu. Securitas autem virium dignoſcitur ex mole corporis, charactere, diaeta, vita anteacta, tempore, aetate, corporis vitiis, et trium facultatum principum bono ſtatu.

8) Cum quis iure et loco vti poteſt.

9) Id eſt, initio paroxyſmi, per caloris natiui affectionem, a contrariae materiae occurſu, in ſuperiore ventre.

10) Ne collecta in aluo febrili materia, corrumpatur cibus, et in thorace difficultatem reſpirandi pariat.

11) Quia celerius corrumpitur et bileſcit.

12) Reſtitutis ſcilicet et temperatis hypochondriis, et thorace, et cum febrilis materia facta eſt κατάῤῥοπος.

13) Inflammatione, maligna qualitate, et translatione ſymptomatica.

14) Vt aſſueſcat natura facta ignauior, et facilius concoquat.

15) Quibus argumentis definiti ſunt omnes ptiſſanae delectus ex qualitate cibi, morbi hiſtoria, motu ſingulari, viribus aegri, et peculiari natura.

COMMENTARIVS.

Rigor tribus modis dicitur, aut enim eſt periodicus, vt in febribus tertianis ἐπισημασίας argumentum dat: Criticus, vt qui ſeptimo die accidit in febribus ardentibus, quem ſequitur ſudor, vel haemorrhagia: Symptomaticus, qui fit motu morbi, vt, qui accidit ſexto die, ſaepe fit motu morbi, et malus eſt; vel dum ſuppuratum fit in parte

parte aliqua, cuius meminit non longe ab initio Coacarum praenotionum Hippocrates.

NOTAE.

a) Ἢν μὲν ἄλγημά.) Duretus hoc loco negatiuam particulam optimo iure adiecit, et veriſſimam verſionem fecit, quod ex antecedentibus planum eſt. Forte autem pro ἐνῇ legendum ἔχῃ, vt paullo ante, vel ἔχῃ potius mutandum primo loco in ἐνῇ.

b) Haec planius ita vertas: Quod ſi cui poſt recens ſumtum cibum, prioris recrementa nondum per aluum ſeceſſerint, huic clyſter eſt infundendus, ſiquidem validus et aetate florente ſit.

c) Satius eſt vocem καιρὸν hoc loco tempus vertere, etſi occaſio ex tempore.

d) Hoc tempus, vertendum eſt, ſiquidem in graeco: τὸν καιρὸν τοῦτον, idque ad antecedentia verba pertinet: ὁκόταν καὶ ἡ θέρμη καταβῇ ἐς τὰς πόδας. In Lib. de Humoribus ait: ἐν καταῤῥόπῳ τῇ νόσῳ.

HIPPOCRATIS COI
DE
VICTVS EXQVISITI RATIONE
IN MORBIS ACVTIS,
SEV POTIVS
ΠΕΡΙ ΤΕΚΜΑΡΣΕΩΣ
LIBER SECVNDVS.
INTERPRETE
LVDOVICO DVRETO,
SEGVSIANO.

ARGVMENTVM.

Duretus censet hunc librum inscribi debere περὶ τιμωρίων ἰατρικῶν. *De auxiliis, de adiumentis, quae debeant Medici afferre, vel de Medicorum industria, de cautione; quia docet, quo pacto Medicus debeat exerceri, in morbis tum singularibus, tum vniuersis; perspectis viribus, communi, et peculiari natura cuiusque. Item probat hanc inscriptionem,* περὶ τεκμάρσεως. περὶ τιμωρίων ἰατρικῶν ἐν τοῖσι ὀξέσι νοσήμασι. *Illam autem vulgarem repudiat* περὶ διαίτης ἐν ὀξέσι νοσήμασι.

I. Ὀδύνη δὲ πλευρῆ ἥν τε κατ' ἀρχὰς γένηται, ἥν τε ἐς ὕστερον, θερμάσμασι μὲν πρῶτον ἢν ἀπὸ τρόπου ἐσὶ χρησάμενον, πειρηθῆναι διαλύσαι τὴν ὀδύνην. Θερμασμάτων δὲ κράτιστον μὲν ὕδωρ θερμὸν ἐν ἀσκῷ, b) ἢ ἐν κύ-

σει,

σει, ἢ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ, ἢ ἐν ὀστρακίνῳ. Προυποτιθέναι δὲ χρὴ μαλθακόν τι πρὸς τὴν πλευρὴν, προσηνείης ἕνεκεν. c) Ἀγαθὸν δὲ καὶ σπόγγος μαλθακὸς, μέγας, ἐξ ὕδατος θερμῷ ἐκπεπιεσμένος προστίθεσθαι. Περιτέγειν δὲ ἱματίῳ τὴν θάλψιν χρή, πλέω τε γὰρ χρόνον ἂν διαρκέσει καὶ παραμενεῖ, καὶ ἅμα, ὡς μὴ ἀτμὶς πρὸς τὸ πνεῦμα τῷ κάμνοντος προσφέρηται, d) ἢν ἄρα μὴ δοκέῃ καὶ τοῦτο χρήσιμον πρός τι εἶναι. Ἐσὶ γὰρ ὅτε δεῖ πρός τι. e) Ἔτι δὲ καὶ κριθαὶ, καὶ ὄροβοι ἐν ὄξει κεκριμένῳ σμικρῷ ὀξύτερον, ἢ ὡς ἄν τις πίοι, διέντα καὶ ἀναζέσαντα, ἐς μαρσίππια τε ἀποῤῥάψαντα προσιθέναι. Καὶ πιτυρὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. Πυρίη δὲ ξηρὴ, ἄλες, κέγχροι πεφρυγμένοι ἐν f) εἰρινέοισι μαρσιππίοισιν ἐπιτηδειότατοι. g) Καὶ γὰρ κεφον καὶ προσηνὲς ὁ κέγχρος· λύει δὲ μάλθαξις ἡ τοιήδε καὶ τὰς πρὸς κλισίας παραιέσας ἀλγηδόνας.

Lateris autem dolor [1]; ſiue is ineunte morbo inciderit [2], ſiue ſuperuenerit [3], non alienum fuerit (ſuppl. a ſpecie morbi et cauſis) primum [4] quidem fotuum vſu conari eum

dolorem discutere [5]: Fomentorum praestantissimum [6] est aqua calida [7] in vtre, aut in aeneo testaceoue admota: Sed molle quidpiam subiiciendum [8] est ante, quod lateri suauitatis et solatii ergo subiaceat. Conuenienter autem et spongia mollis [9] et magna (ex calida aqua expressa) lateri admouebitur. Sed illud fomentum supertegere pannis oportet; sic enim diutius voto satisfaciet atque sufficiet, suoque statu manebit; Eademque opera efficietur, ne vapor e calida spongia sublatus, ad respirationem [10] aegri feratur: nisi forte ad aliquid referatur [11], est enim, cum id vsui esse possit. Enimuero hordeum et eruum in aceto temperatum [12], sed paulo acidiore, quam quis possit bibere, macerata et feruefacta, in sacculos coacta, admoueri lateri oportet, eodemque modo furfurem ipsum. Sed inter sicca fomenta, sal est, miliumque, frixa in sacculisque admota sunt accommodatissima. Etenim milium [13] et laeue est et lateri gratum. Itaque fomentum eiusmodi dolores etiam, qui ad iugulum pertingunt, discutit.

SCHOLIA.

1) Id est pleuritis, quam exempli gratia proposuit, vt perspecta eius natura, aegri viribus, et peculiari cuiusque affectione, remediorum in ptissanae, oxymelitis, melicrati, vini hypothesibus, contentorum qualitatem, quantitatem, vtendi modum, et occasionem accommodate praescribamus. Nomen τῆς ὀδύνης sumit pro pleuritide, cum addito nomine τὰ πλεύρου idque κατ' ἐξοχήν, cum sit peculiare symptoma partis affectae. Itaque sciendum est τῆς ὀδύνης nomen non sumi tantum ἀντὶ τὰ πάθους, sed ἀντὶ τῆς διαθέσεως.

2) In tunica costas succingente, ex materiae biliosae affluxu, per venam intercostalem, mammariam, et azygon, siue ab orgasmo, siue ab attractione, aut expulsione.

3) Alteri morbo per diadochem, aut metastasim, aut aliam exclusionem a parte, quae continet, in eam, quae continetur.

4) An-

4) Ante phlebotomen aut catharſim, ſi quidem naturae beneficio nullum procedat expectoratum.

5) Cutim rariorem faciendo, et ſanguinem tenuiorem per halitum diſcutiendo.

6) Praeſtantiſſimum eſt, quia ſi non iuuat, non obeſt, et valet ad curandum, aut ad explorandum.

7) Vel ſimplex, vel in qua decocta ſit malua, biſmalva, violaria.

8) Ne vaſa aenea grauitate aut inaequalitate latus offendant.

9) Nam neque pondere, nec inaequalitate latus offendit, et calorem natiuum continet diu et ſuauiter lateri impertit.

10) Id eſt, ne vapor ab aegro cum ſpiritu ducatur, quod in peripneumonia et capitis dolore malum eſt.

11) Vt ad contumaciam expectorati admodum glutinoſi, ad aſthma etiam febris expers.

12) Temperatur in oxymelite aut hydromelite, ſi contumacior ſit pleuritidis materia, et calidae aquae fotu in flatus craſſiſſimos reſoluatur, vnde maior doloris acerbitas; huic fotui mixto eſt locus incidendi, tenuandi, et digerendi cauſam. *Galenus* docet *in Comm.* fomentorum diſtinctionem eſſe petitam a varietate affectuum eorumque materiae, vt, dum bilis in partem influxit, quae acris eſt et effera, vtendum fotu dulci; ne, ſi ſicco et acri vtamur fomento, materiae furori aliquid adiiciamus. At fotus humidus materiae ferocientis vim reprimit, orgaſmum inhibet, et materiam coniunctam tranſpirare facit. Quae praeſidia magna ſunt, et a fotu conſequuntur, modo in toto corpore non ſit plethora: prius enim totius corporis habenda ratio eſt: Ea eſt enim crebris vſurpata ſermonibus Medicorum propoſitio; Prius eſſe vniuerſitati proſpiciendum, quam parti affectae; Quae vt plurimum vera eſt, verum in aliquibus falſa; et tamen ſine vlla diſtinctione id tanquam ad poſteros per manus traductum vſurparunt. Caeterum incidit vſus fomentorum ſiccorum et acrium, quoties materia impacta eſt viſcida et lenta; tunc enim contrariis qualitatibus cum ea pugnandum. Saepeque fit, vt in affectionibus, ab huiusmodi materia natis, ſolo fomentorum vſu, dolor concedat. Θέρμασμα, inquit Hippocrates, accommodate praeſcriptum eſt, κρίνον et φίλον, κρίνον, quia habet vim rarefaciendi, diſcutiendi, ad aequalitatem reuocandi, et expectoratum educendi; φίλον quia dolorem ſedat.

13) Huiusmodi fotus ad omnem pleuritim, quamcunque partem obsederit illa, dolorem discutiendo, valet. Atque ea est huius loci germana interpretatio ex mente Galeni.

NOTAE.

a) Ad totum hunc libellum omnino conferri meretur doctissima Commentatio de Pleuritide, ante aliquot annos, a Cel. Trillero euulgata.

b) Ἢ ἐν κύστει.) Haec verba, etsi ab Interprete omissa, cum Foesio tamen aliisque in textum recepi, et vertendum propterea: In vtre, aut in vesica, aut in aeneo testaceoue vase admota.

c) Ἀγαθὸν δὲ καὶ σπόγγος.) An Duretus legit προσθήσεται? Existimo autem id necesse non esse, videtur enim ὡς omissum esse; Quare verti debet: Conuenit autem et spongiam apponere.

d) Ἢν ἄρα μὴ.) Haec accommodatius vertas: Nisi et hoc vtilitatem quandam habere videatur.

e) Ἔτι δὲ καὶ κριθαί.) Foesius vertit: Ad haec autem et hordeum cetr. et hoc sane praestat.

f) Εἰρινέοισι.) Duretus hanc vocem omisisse videtur, et vertendum ideo: in sacculisque laneis admota.

g) Καὶ γὰρ κἄφον.) κἄφον leue significat, et quod propter leuitatem quasi gratum est. Sequentia verterim: Et lene eiusmodi fomentum cetr. μάλθαξις posuit, quod videtur θέρμασμα προσηνὲς significare.

II. *a*) Τομὴ μέν τοί γε ἐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἢν μὴ πρὸς τὴν κλινίδα παραίνῃ ἡ ὀδύνη. ἢν δὲ μὴ λύηται πρὸς τὰ θερμάσματα ὁ πόνος, ἐχρὴ πολὺν χρόνον θερμαίνειν· καὶ γὰρ ξηραντικὸν τῦ πλεύμονος τῦτό ἐσι, καὶ ἐμπυητικόν. Ἀλλ' ἢν μὲν *b*) σημαίνῃ ἡ ὀδύνη ἐς τὴν κλινίδα, ἢ ἐς τὸν βραχίονα βάρος, ἢ περὶ μαζὸν, ἢ ὑπὲρ τῶν φρενῶν, τάμνειν ἀρήγει τὴν ἐν τῷ

ἀγκῶνι

ἀγκῶνι φλέβα c) τὴν ἔισω, d) καὶ μὴ ὀκνεῖν συχνὸν ἀφαιρέειν τὸ αἷμα, ἕως ἂν ἐρυθρότερον πολλῷ ῥυῇ, ἢ ἀντὶ καθαρῆ καὶ ἐρυθρῆ, πέλιον· ἀμφοτεροῖα γὰρ γίνεται. Ἢν δὲ e) ὑπὸ τὰς φρένας ᾖ τὸ ἄλγημα, ἐς δὲ τὴν κλείδα μὴ σημαίνῃ, μαλθάσσειν δεῖ τὴν κοιλίην, ἢ μελάνι ἑλλεβόρῳ, ἢ πεπλίῳ· μέλανι δὲ δᾶυκον, ἢ σέσελι, ἢ κύμινον, ἢ ἄννησον, ἢ ἄλλο τι τῶν εὐωδέων μίσγοντα, πεπλίῳ δὲ ὀπὸν σιλφίου. Ἀτὰρ καὶ μισγόμενα ἀλλήλοισιν ὁμοιότροπα τᾶυτά ἐσιν. Ἄγει δὲ μέλας μὲν καλλίω, καὶ κρισιμώτερα πεπλίου. Πέπλιον δὲ, μέλανος μᾶλλον φυσέων καταῤῥηκτικώτερόν ἐσιν. Ἀμφω δὲ τᾶυτα ὀδύνην πάυει, f) πάυει δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ὑπηλάτων. Κράτισα δὲ τᾶυτα, ὧν ἐγὼ οἶδά, ἐσιν.

Verumenimuero ſectio venae [1] non aeque valet ad amouendum dolorem, niſi ad iugulum dolor peruenerit [2]. Quod ſi dolor ipſe ad fotus nihil conceſſerit [3], diu longumque tempus fouendo exigere non oportet; Nam et hoc pulmones deſiccat, et ſuppuratum facit. Sed ſi doloris ad iugulum [4] ſignificatio fiat, aut in brachio grauitatis ſenſus percipiatur [5], aut in alterutra mamma [6], aut alioqui partes diaphragmate ſuperiores

infeſtet, tum venam ſecare iuuat in cubito. Nec dubitandum ſanguinem copioſum detrahere [7], donec rubicundior multo fluat, aut pro puro ſanguine atque rubro, liuidus manet, alterutrum enim contingit [8]. Sin autem ſub diaphragmate dolor conſtiterit, nec vlla eius in iugulo ſignificatio [10] fiat; ſubducenda eſt aluus elleboro nigro [11], aut peplide [12], ſed ita tamen, vt helleboro nigro aut daucum, aut ſeſeli [13], aut cuminum [14], aut aniſum, aut aliud quippiam grati odoris miſceas [15], peplio vero ſuccum ſilphii [16]. Sed ambae medicinae, ſi inter ſe miſceantur, ſunt plane congeneres [17] et affines: Sed tamen hoc intereſt, quod niger helleborus ducit meliora et criſeos potentiora [18], quam peplium. At peplium maiorem vim habet flatus diſcutiendi. Vtraque [19] haec ſedant dolorem [20]. Exiſtunt et alia multa purgandi facultate praedita, quae aluum ſubducunt; Sed omnium, quae noui, illa ſunt praeſtantiora.

SCHOLIA.

1) Axillaris alterutrius lateris, quam baſilicam vocant, quae tamen non aeque valet ad amouendam cauſam coniunctam doloris ac ipſe fotus.

2) Materiae ſcilicet affluxu per venam intercoſtalem, quae non procul abeſt a vena axillari interna, cuius ſectio ſanguinisque detractio ad mutationem doloris, non ſolum habet vim reuellendi antecedentem cauſam, ſed amouendi coniunctam. At in pleuritide coſtarum inferiorum a materiae affluxu per venam azygon, venae ſectio tantum valet ad reuellendam materiam, quae influit, non ad amouendam, quae influxit.

3) Nulla ſcilicet amotione coniunctae cauſae, ſed quaſi antecedentis irritatione, pleno corpore et cacochymia multiplici obſito. Hoc loco λύειν Hippocrates non ſumit pro palliatiua (vt ita dicam) curatione, ſed cum fit actionum naturalium, per cauſae coniunctae amotionem, reſtitutio.

4) Oborta phlegmone per venam intercoſtalem.

5) Di-

5) Diſtento muſculo, qui ſcalenus dicitur, ex venae illac transeuntis plethora.

6) *g*) Diſtenta vtraque vena, quae a venae cauae trunco, aut non procul a diuiſione, ad vmbilicum viam affectat, ramulosque impertit partibus omnium coſtarum cartilagineis, mammariaque dicitur.

7) Si vires valeant ſine infirmitatis metu, idque faciendum ad declarationem antecedentis cauſae, et etiam ad coniunctae amotionem.

8) Cum ſcilicet venae ſectione id, quod iam influxit, detrahitur: In pituitoſo vero ſanguis phlegmonem faciens, rubicundior eſt, in bilioſo flauior, in melancholico nigrior ait *Galenus in Comm.*

9) Id eſt, in coſtis inferioribus, excitata pleuritide materiae affluxu, per venam azygon.

10) Vt nulla affluxus per venam intercoſtalem ſuſpicio ſit.

11) Qui humores craſſos per inferiora excludit.

12) Id eſt, baccis peplii, aut portulacae ſylueſtris.

13) Maſſilienſe. 14) Aethiopicum.

15) Nec medicamentum ſtomacho infeſtum ſit, et flatus diſcutiat.

16) Id eſt, lazer, quod ex lazerpitio Cyrenaico exprimitur, vulgo benjoin.

17) Medicamentum ὁμοιότροπον dicitur, quod celeritate purgandi aliud non anteuertit, ſed pari tempore, ſuas vires exerit, cuiusmodi eſſe debent omnia medicamenta, quae ad purgandum miſcentur.

18) Vt quorum purgatione et euacuatione morbus miteſcat.

19) Materiae iudicii potentis excluſio, et flatuum diſſipatio.

20) Reſtitutione temperamenti et habitus.

COMMENTARIVS.

Sequuntur quidem alia, quae textui proxime adhaerent, ſed huic commentario adiungemus, poſtquam de venae ſectione paucula dixerimus, dum nobis ex promptu eſt memoria. Dicimus quatuor eſſe, quae iure celebrandae venae ſectionis tundendaeque venae praebent argumentum,

nempe inflammatio, ſumma doloris acerbitas, translatio ſymptomatica, δυσδιαφόρησις, vt nimirum procuremus εὐδιαφόρησιν in ſumma obſtructione, ac imminente corruptionis metu. Loco vero non celebratur ſectio venae, cum vires ſunt infirmae, cruditatibus corpus ſcatet, cum inſtat criſis, ſigna pepaſmi edita ſunt, ſyncope corpus detinetur, et aluus fluit. Notandum eſt ἐν τῇ συγκοπῇ non poſſe iure nec loco mitti ſanguinem; ἐν τῇ λειποθυμίᾳ autem poſſe, ſi quidem virium αὐτάρκεια adeſt, vt vocat Hippocrates *Aph. 13. Lib. I.* Quod vt intelligamus, ſciendum eatenus diſtingui λειποθυμίαν καὶ συγκοπὴν (quorum vtrumque continetur ſub nomine ἐκλύσεως) quod lipothymia ſit ſpirituum animalium diſſipatio, ſymptomaque eſt aut diſſoluti ſpiritus animalis, aut alio translati. Συγκοπὴ vero conſiſtit in ametria partium ſolidarum, humorum, et ſpirituum, in quorum iuſta commoderatione virtus conſiſtit, ametria a corruptione pendet. Corrumpuntur partes ſolidae vt ab inflammatione, ab exhauſto, et paupertate, vt ἐν τῷ βουλίμῳ. Spiritus corrumpuntur ſuffocatione, alienae materiae mixtione, alimenti defectu, intercepta reſpiratione; Immodica vacuatione diſſipantur, labore et vigiliis. Sic deficiunt ſpiritus, quia non generantur, diſſipantur, corrumpuntur, non mouentur, mouentur foris intro, intus foras: non mouentur, cum ſuffocantur triſtitia, etc. Itaque notandum eſt, ſyncopem eſſe praecipitem omnium virium ruinam, et fieri quaſi exhauſto fonte, corde ſcilicet, in quo facultati vitali ſedes eſt deſtinata; λειποθυμίαν vero fieri exhauſto riuulo; ſic poſita ſyncope, ponitur λειποψυχία, non contra; et vires poſſunt ſufficere (quod αὐτάρκειαν vocauimus ex ſummo praeceptore) cum leipo-

popſychia; At ἀυτάρκεια καὶ συγκοπὴ ſunt ἀσύτατα. Atque inde ſumendae ſunt captandaeque occaſiones loco et iure ſecandae venae. Caeterum quomodo in pleuritide ſit vena ſecanda, et quem ad finem, in notha aut legitima pleuritide, ſecetur vena, in ſuperioris textus explicatione dictum eſt.

NOTAE.

a) Τομὴ.) Hanc vocem abſolute pro φλεβοτομὴ nullibi legiſſe memini; Verba ἢν μὴ videntur quin ſignificare, vt totus locus vertatur: Neque ſimiliter diſcutiendo venaeſectio dolorem ſoluit, quin hic ad iugulum adſcendat. Poteſt tamen et niſi verti, modo obſeruetur, dolorem, qui ad iugulum procedit, eſſe ſignum ſolutionis doloris, per venaeſectionem factae, non cauſſam.

b) Σημαίνῃ.) Hoc non dolorem ſignificat, qui, vt fere ſolet, ab omni dolore in pleuritide, in iugulo reliquus eſt, ſed illum, qui, quod ſe ſimul tantillum in iugulo e. g. oſtendit, de futura morbi ſolutione indicium fecit. Germani dicerent, der Schmerz zieht ſich hinaufwerts. Hanc expoſitionem confirmant, quae ſequuntur, de dolore ſub ſepto transuerſo.

c) Τὴν ἄσω.) Internam. Hoc a Dureto omiſſum eſt.

d) Καὶ μὴ ὀκνᾶν.) Hippocratis non videtur haec mens fuiſſe, vt, ſi vena ſecta ſit, et ſanguis parum grate rubens effluat, tamdiu ſinamus ſanguinem fluere, donec rubicundus fluat. Ante, quam hoc fiat, certe ſaepius et vita effluxerit. Vult potius Hippocrates, ſi ſanguis talis ſit, qualem dicimus vulgo pleuriticorum, iterandam venaeſectionem eſſe.

e) Ὑπὸ τὰς φρένας.) Vix dubito, veteres etiam peritonaei inflammationes, qua parte intus hypochondriis reſpondet, ad pleuritidem retuliſſe, vel diaphragma putaſſe plane transuerſim poſitum eſſe, vt pleura coſtis ſpuriis ſubiecta ſit infra diaphragma.

f) Πάνυ δὲ καὶ.) Vertendum igitur: dolorem ſedandi, non purgandi facultate.

g) Conf. Euſtach. Tab. XXVII. Fig. XII. et Ruyſch l. c. et Adu. Anat. Dec. II. Tab. II. Fig. III.

III. Ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν ῥοφήμασι διδόμενα ὑπήλατα ἀῤῥήγει, *a)* ὁκόσα μὴ ἄγαν εἰσὶν ἀηδέα, ἢ διὰ πικρότητα, ἢ δι' ἄλλην τίνα ἀηδίην, ἢ διὰ πλῆθος, ἢ χροιὴν, ἢ ὑποψίην τίνα. Τὴν μὲν πτισάνην, ὁκόταν πίῃ τὸ φάρμακον, ἐπιῤῥοφῆν αὐτίκα χρὴ διδόναι, μηδὲ ἔλασσον ἀξίως λόγου, ἢ ὁκόσον εἴθισαι. Ἐπεὶ καὶ κατὰ λόγον ἐστὶ, μεσηγὺ τῆς καθάρσιος, μὴ διδόναι ῥοφήν. Ὁκόταν δὲ λήξῃ ἡ κάθαρσις, τότε ἔλασσον ῥοφεέτω, ἢ ὁκόσον εἴθισαι. Μετὰ δὲ τοῦτο ἀναγέτω ἀεὶ ἐπὶ τὸ πλεῖον, ἢν ἥτε ὀδύνη πεπαυμένη ᾖ, καὶ μηδὲν ἄλλο ἐναντιῶτο. *b)* Ὡυτὸς δέ μοι λόγος ἐστὶ, καὶ ἢν χυλῷ πτισάνης δέῃ χρέεσθαι.

Quandoquidem quaecunque in ſorbitionibus exhibentur aluum ſoluentia [1], iuuant, quaecunque adimendo dolorem non ita ſunt ingrata aut ob amaritudinem, aut propter aliam inſuauitatis cauſam, aut copiam aut colorem, aut ſuſpicionem aliquam. Verumenimuero ſimul atque quis pharmacum biberit [2], ptiſſanam ſorbendam exhibere poteſt [3], nec parciore manu, quam ſumere conſueuerit. Quandoquidem eſt rationi conſentaneum, medio purgationis curſu, ſorbitionem non exhibere [4]. Et cum purgandi finem fecerit [5], tunc parciore manu ſorbeat, quam conſueuerit [6]. Poſtea vero paulatim ptiſſanae acceſſionem adiungat, ſi et dolor conquieuerit, nec aliud quidpiam

piam obſtiterit [7]. Eodem quoque ſpectat mea oratio [8], ſi cui tantum cremore vtendum ſit [9].

SCHOLIA.

1) Cuiusmodi eſt noſtrum Catholicum duplicat. vel dilutum ſennae in decocto damaſcenorum prunor.

2) Ex elleboro, peplio ad curationem pleuritidis coſtarum inferiorum.

3) Ne labefactetur ſtomachi vis, roburque diſſoluatur, aut etiam conuulſio excitetur, medicamenti purgantis acrimonia: vnde hoc loco conſulit Interpres exhibita et ſumpta caſſia, ſtatim iuſculum dari, quia caſſia ſuo lentore ſubuertit ventriculum: Non autem eo fit, ne cedat in alimentum.

4) Ne ſcilicet natura ab inſtituto ſuo deſiſtat, cuius quidem partes ſunt, humorem excludere, vt medicamenti attrahere.

5) Id eſt, purgatio Medici voto reſpondeat.

6) Vt natura medicamento adhuc infirmior, cibo par eſſe poſſit, ac ne crudus humor in ea naturae infirmitate ab exhauſto et vacuatione, in venas praepropere rapiatur.

7) Vt ſi aluus adſtrictior, aut ſi de integro neceſſarius cathartici inciderit vſus.

8) Nempe eam prouiſionem eſſe adhibendam.

9) Id eſt, ineunte cibi vſu, facto humidiore morbo fotu, venae ſectione, cathartico, non ſola ope naturae.

COMMENTARIVS.

Hic non videbitur alienum, admonere lectorem, Hippocratem voluiſſe aliud docere, quam hoc loco docuit, dum cap. de ptiſſana, libri ſuperioris ſcribit, quoties ptiſſanae incidit vſus neceſſarius, non eſſe praeſcribendam abſtinentiam vnius dieculae, ſed exhibendam eſſe ptiſſanam bis terue, niſi medicamenti aut clyſteris praeſcriptio dehortetur. Nunc vero ſtatim a medicamento praeſcripto, ſorbitionem addendam ſuadet, quin et non parciore manu, quam in more illi fuerit. Dicendum exhibito medicamento ſorbitionem praeſcribi, non ad robur naturae, ſed

ad

ad eluendum, si quid ad orificium alui contumacius adhaerescat, neue vsu medicamenti, vis stomachi labefactetur. Galeni notanda propositio *in Comm.* nempe nullum medicamentum purgans naturae esse analogum, sed omne esse deleterium.

Nunc redit ad institutum Hippocrates, et quaecunque a principio huius secundi libri dicta sunt, per parentheſim accipienda sunt. Et quoniam par esse debet studium et consilium Medici, dum in curam morbi incumbit, vt non minus naturae studeat, quam pugnet cum morbo; ideo, postquam Hippocrates primo proposito ptissanae exemplo, victum humidum febricitantibus omnibus conferre ostendit, et ineunte morbo, dum siccus manet, in curam morbi prius esse incumbendum, quam naturae studendum, hocque pleuritidis exemplo, quam omnium morborum acutorum instar proposuit. Nunc secundo hoc libro naturae studere volens Hippocrates eam, quae a viribus sumitur indicatio, caeteris anteponendam docet, et sanorum exemplo, qualis in aegris diaetae sit habenda ratio, manifeste declarat, sumpta tum indicatione a communi et peculiari cuiusque natura, consuetudine, tempore. De vniuersali natura disputat vsque ad proximum fere commentarium.

NOTAE.

a) Ὁκόσα μὴ.) Duretus in versione addidit: adimendo dolorem. Sed horum nihil est apud Hippocratem, et certe sensum obscurant.

b) Ὧυτὸς δὲ μὴ.) Quis non videt, haec non debere a sequentibus separari? Verba: φημὶ γὰρ satis clare indicant.

IIII. Φημὶ γὰρ ἄμεινον εἶναι ἀυτίκα ἄρξασθαι ῥοφὴν τὸ ἐπίπαν μᾶλλον, ἢ προκενεαγγήσαντα ἄρξα-

ἄρξαθαι τῦ ῥοφήματος, ἢ τριταῖον, ἢ τεταρταῖον, ἢ πεμπταῖον, ἢ ἑκταῖον, ἢ ἑβδομαῖον, ἤν γε μὴ προκριθῇ ἡ νῦσος ἐν τετέῳ τῷ χρόνῳ. Αἱ δὲ προπαρασκευαὶ καὶ ἐπὶ τετέοισι παραπλήσιοι ποιητέαι, οἷαί περ εἴρηνται. Περὶ μὲν ἦν ῥοφήματος προσάρσιος ἔτω γινώσκω. Ἀτὰρ καὶ περὶ ποτῦ, οἷον ἄν τις μέλλῃ πίνειν τῶν γραφησομένων, ὡὔτός μοι λόγος ὡς ἐπίπαν ἐσί. *a)* Οἶδα δὲ καὶ τὲς ἰητρὲς τὰ ἐναντιώτατα, ἢ ὡς δεῖ, ποιῦντας· βάλονται γὰρ ἅπαντες, ὑπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νῦσων, προταριχέυσαντες τὲς ἀνθρώπες, ἢ δύο, ἢ τρεῖς, ἢ καὶ πλείονας ἡμέρας, *b)* ἔτω προσφέρειν τὰ ῥοφήματα, καὶ τὰ ποτά· καὶ ἴσως τι καὶ εἰκὸς δοκέει αὐτέοισιν εἶναι, μεγάλης τῆς μεταβολῆς γενομένης τῷ σώματι, μέγα τι κάρτα καὶ ἀντιμεταβάλλειν. *c)* Τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν ἓυ ἔχει, μὴ ὀλίγον. Ὀρθῶς μέν τοί γε μεταβιβασέη καὶ ἡ μεταβολὴ, καὶ ἔκ γε τῆς μεταβολῆς, ἡ πρόσαρσις τῶν γευμάτων ἔτι μᾶλλον. Μάλισα μὲν ἦν βλάπτοιντο ἂν, ἢν μὴ ὀρθῶς μεταβάλλοιεν, οἱ ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι

σάνῃσι χρεόμενοι· βλάπτοιντο ἂν καὶ οἱ μένῳ τῷ χυλῷ χρεόμενοι· d) βλάπτοιντο ἂν καὶ οἱ μένῳ τῷ ποτῷ χρεόμενοι, ἥκιστα δὲ ἔτοι. Χρὴ δὲ καὶ τὰ μαθήματα ποιέεσθαι ἐν τῇ διαίτῃ τῶν ἀνθρώπων ἔτι ὑγιαινόντων, οἷα ξυμφέρει. Εἰ γὰρ δὴ τοῖσί γε ὑγιαίνεσι φαίνεται διαφέροντα μεγάλα τὰ τοῖα ἢ τοῖα διαιτήματα, καὶ ἐν ἄλλῳ τινί πε, καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσι, πῶς οὐχὶ καὶ ἔν γε τῇσι νέσοισι διαφέρει μεγάλα, καὶ τετέων ἐν τῇσιν ὀξυτάτῃσι e) μάλιστα. Ἀλλὰ μὴν εὐκαταμάθητόν γέ ἐστιν, ὅτι φῦλη δίαιτα βρώσιος καὶ πόσιος f) αὐτὴ ἑωυτῇ ἐμφερὴς, ἀεὶ ἀσφαλεστέρη ἐστὶ τὸ ἐπίπαν ἐς ὑγιείην, ἢ εἴ τις ἐξαπίνης g) μέγα μεταβάλλοι ἐς ἄλλο κρεῖττον. h) Ἐπεὶ καὶ τοῖσι δὶς σιτευμένοισι τῆς ἡμέρης, καὶ τοῖσι μονοσιτέουσιν αἱ ἐξαπινάιοι μεταβολαὶ βλάβας καὶ ἀῤῥωσίην παρέχουσιν, καὶ τὸς μέν γε μὴ μεμαθηκότας ἀριστᾶν, εἰ ἀριστήσουσιν, εὐθέως ἀῤῥώστους ποιέει, καὶ βαρέας ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ἀσθενεῖς, καὶ ὀκνηρὸς, ἢν δὲ καὶ ἐπειδειπνήσωσιν, ὀξυρεγμιώδεας. Ἐνίοισι δὲ καὶ σπατίλη γένοιτο ἂν,

ὀκό-

ὁκόταν παρὰ τὸ ἔθος ἀχθοφορήσῃ ἡ κοιλίη, εἰθισμένη *i*) ἐπιξηραίνεσθαι, καὶ μὴ δὶς διυγκέσθαι, μήτε δὶς ἐλθεῖν τὰ σιτία. Ἀρήγει ἓν τετέοισιν ἀνασηκώσαι τὴν μεταβολήν. Ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρὴ, ὡς νύκτα ἀγαγόντα, μετὰ τὸ δεῖπνον, τῷ μὲν χειμῶνος ἀριγέως, τῷ δὲ θέρεος ἀθαλπέως. Ἢν δὲ μὴ δύνηται καθεύδειν, *l*) βραδείην συχνὴν περίοδον πλανηθέντα, μὴ σασίμως, δειπνήσαι μηδὲν, ἢ ὀλίγα, καὶ μὴ βλαβερά, ἔτι δὲ ἔλασσον πιεῖν καὶ *m*) μὴ ὑδαρές. Ἔτι δ' ἂν μᾶλλον πονήσειεν ὁ τοιοῦτος, εἰ τρὶς σιτέοιτο τῆς ἡμέρης ἐς κόρον. ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ πλεονάκις. Καί τοί γε πολλοί εἰσιν, οἱ εὐφόρως φέρουσιν τρὶς σιτεόμενοι τῆς ἡμέρης ἐς πλῆθος, οἷ ἄν ἔτως ἐθισθῶσιν. Ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ μεμαθηκότες δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, ἢν μὴ ἀρισήσωσιν, ἀσθενέες καὶ ἄῤῥωστοί εἰσι, καὶ δειλοὶ ἐς πᾶν ἔργον, καὶ καρδιαλγέες. Κρεμᾶσθαι γὰρ δοκέει τὰ σπλάγχνα αὐτέοισι, καὶ ἀρέουσι θερμὸν καὶ χλωρὸν, καὶ ἡ ἄφοδος ξυγκαίεται. Ἐσὶ δ' οἷσι καὶ τὸ σῶμα πικραίνεται, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ κοιλαίνονται,

ται, καὶ οἱ κρόταφοι πάλλονται, καὶ τὰ ἄκρα διαψύχονται. Καὶ οἱ μὲν πλεῖσοι τῶν ἀνηρισηκότων ἃ δύνανται κατεσθίειν τὸ δεῖπνον, δειπνήσαντες δὲ βαρύνεσι τὴν κοιλίην, καὶ δυσκοιτέεσι πολὺ μᾶλλον, ἢ εἰ προηρισήκεισαν. Ὁκότε γὰρ ο) ταῦτα τοιαῦτα γίνονται τοῖσιν ὑγιαίνεσιν, ἕνεκεν ἡμίσεος ἡμέρης διαίτης μεταβολῆς παρὰ τὸ ἔθος, ἔτε προσθεῖναι λυσιτελέειν φαίνεται, ἔτε ἀφελέειν. Εἰ τοίνυν, ἕτος ὁ παρὰ τὸ ἔθος μονοσιτήσας, ὅλην ἡμέρην κενεαγγήσας δειπνήσειεν ὁκόσον εἴθισο, εἰκὸς αὐτὸν p) εἰ τότε ἀνάρισος ἐὼν ἐπόνεε, καὶ ἠρρώσει, δειπνήσας δὲ τότε βαρὺς ἦν, πολὺ μᾶλλον βαρύνεσθαι, εἰ δέ γε ἐπὶ πλέω χρόνον κενεαγγήσας, ἐξαπίνης μεταδειπνήσειεν, ἔτι μᾶλλον ἂν βαρύνοιτο. Τὸν γὰρ παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγήσαντα ξυμφέρει τάυτην τὴν ἡμέρην ἀντισηκῶσαι ὧδε, ἀριγέως, καὶ ἀθαλπέως καὶ ἀταλαιπώρως. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα βαρέως ἂν ἐνέγκοι, καὶ τὸ δεῖπνον συχνῷ ἔλαττον ποιήσασθαι, ἢ ὅσον εἴθισο, καὶ μὴ ξηρὸν, ἀλλὰ τῷ πλαδαρωτέρῳ τρόπῳ, καὶ μετὰ ταῦτα

πιεῖν

πιεῖν μὴ ὑδαρὲς, μηδ' ἔλασσον, ἢ κατὰ λόγον βρώματος, καὶ τῇ ὑσεραίῃ ὀλίγα ἀρισῆσαι, ὡς ἐκ προσαγωγῆς ἀφίκηται ἐς τὸ ἔθος. Αὐτοὶ μέν τοι σφῶν αὐτῶν δυσφορώτερον δὴ τὰ τοιαῦτα φέρεσιν οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω.

Mea enim ſic ratio eſt, praeſtabilius eſſe, ineunte morbo, ſtatim omnino ſorbere [1], id eſt, igitur ſorbere incipere potius, quam ab exhauſto, fractis iam viribus [2], ſorbitionis vſum inire, aut tertium aut quartum aut quintum aut ſextum aut etiam ſeptimum morbi diem agentem, niſi intra illud tempus, certamen naturae et morbi in procinctu futurum ſit [3]. Sed eadem prouiſio et cautio adhibenda eſt his [4], qualis iam aliis [5] praeſcripta eſt. Ac de ſorbitionis vſu ita quidem ſentio quinetiam de potione, qualis cuique conſentanea futura ſit, earum, quarum praecepta trademus [6], eadem quoque omnino mea ratio eſt [7]. Sed tamen medicos longe ſecus, atque facto eſt opus, facere [8]. Etenim placere illis video ineuntibus morbis, cum aegros inedia confecerunt [9], et exhauſerunt biduum, triduum, aut eo plus etiam, ita ſorbitiones exhibendas et potiones. Ac fortaſſe ob eam cauſam conſentaneum eſſe videtur, quod, incidente magna in corpus mutatione [10], magna quoque mutatio opponenda ſit. Sane quidem mutandi ratio rite comparatur, quae non eſt [11] infra modum. Sed tamen conuenienter [12] mutationis progreſſus adiungere oportet, et ab ea mutatione alimentorum cibariorumque acceſſio ſcrupuloſius et religioſius facienda [13]. Ergo maxima ſentient incommoda [14], niſi conuenienter mutatio his adiungatur, qui in-

tegra ptiſſana vtuntur [15]. Afficiuntur quoque et qui ſolo cremore vtuntur, minus [16] vero hi. Sed huius rei documentum capere oportet, ex hominum, bene adhuc valentium, diaeta, qualia ſint ex vſu. Nam ſi etiam in ſanis multum intereſſe videatur inter has illasue diaetas, idque cum in aliis rebus tum in mutationibus; quidni etiam multo magis in morbis differunt, atque inter morbos in his, qui acutiſſimi ſunt? Atqui facile quis animo complecti poteſt, quod [17] ſusque deque diaeta habita cibi et potionis, ipſa ſibi ſemper ſimilis atque cohaerens ſalubritati corporis omnino accommodatior eſt, quam ſi quis repente [18], ad rerum meliorum vſum, mutationem fecerit. Quandoquidem [19] et iis, qui bis die paſtum inire conſueuerunt, et qui ſemel cibum capiunt, repentinae mutationes damna et infirmitatem [20] afferunt. Ac qui prandere non conſueuerunt, ſi forte illi praeter inſtitutum pranderint, repente facit infirmos [21], ac toto corpore graues et infirmos [22], et pigros [23]. Quod ſi et ei prandio coenae acceſſio fiat, acidum eructantes [24] ſupp. fiunt; nonnullis etiam crudis cibis profuſior ſit aluus: cum praeter morem et inſtitutum, onuſta cibo redditur aluus, ſiccitati aſſueta [25], nec bis intumeſcere, nec coquere conſueuit. Ergo expedit ad *k*) aequalitatem [26] reducere [27]; etenim ſomnum inire oportet [28] eum, qui praeter morem prandit, ac ſi dormiendo noctem exigeret, a prandio, hyeme quidem tepide, aeſtate vero temperate. Quod ſi ſomnum inire non poſſit, breue ſpatium frequenter deambulando confice-re oportet, nec ſtare oportet, nec conquieſce-re, nihil coenandum aut certe parca manu, et quae ſunt omnis mali expertia [29]: quin etiam parum bibendum, nec vinum aquoſum, ſed meracius

cius [30] paulo. Sed certe hic multo magis laborauerit, ſi ter die cibum capiendo abunde ſaturetur: multo etiam magis, ſi frequentius: quamuis non deſint, qui alacriter ferant epulas tres ad ſatietatem, qui ita vitam inſtituerint. Verumenimuero quibus in more eſt poſitum, bis die cibum capere, ſi forte illi non pranderint [31], ſunt infirmi [32], aegrique iacent [33], et ad omne opus *n*) timidi [34], et ſtomachi morſu tentantur [35]; Etenim viſcera illis ſuſpendi videntur [36], meiunt vrinam calidam et flauam [37], et ſtercus peruritur. Exiſtunt, quibus os amareſcit, et oculi caui fiunt [38]: palpitant tempora [39], extimaeque partes refrigerantur [40]. Ac plurimi quidem impranſi coenare nequeunt [41]; coenati vero aluum cibi copia grauant, ac difficilius noctem exigunt [42], quam ſi prandiſſent [43]. Quando igitur haec omnia cadunt in ſanos etiam, ob mutationem diaetae dimidii diei praeter morem inſtitutum; nec ciborum acceſſionem facere, nec ipſos deducere inconſiderate oportere videtur. Ergo ſi hic, qui ſemel, nec ſuo more, paſtum iniuit, exhauſto per totum diem corpore, tantum in coena cibi adhibeat, quantum conſueuit, ſi cum inpranſus laborabat languidusque erat, coenatus autem [44], corporis grauitate opprimebatur [45], multo etiam grauius affici par eſt. Quod ſi etiam diutius cibi abſtinentia exhauſtus repentinam coenae acceſſionem adiungat, multo magis grauitate laborabit. Sed eum, qui non ſuo more abſtinentia cibi exhauſtus eſt [46], eodem ipſo die [47] conferet iacturam compenſare [48], hoc modo; Vt primum frigoris, caloris atque laboris ſit expers [49], haec enim omnia grauiter moleſteque tulerit [50]; deinde parcius coenam ineat, quam conſueuerit [51], nec eam quidem ſiccam [52], ſed humidiore [53] forma ac

ſpecie: porro vinum bibat minus aqueum [54], nec parciore manu, quam cibo reſpondeat: poſtridie parce prandeat, vt, ſcilicet acceſſione cibi paulatim facta, ad inſtitutum redeat. Sed inter eos [55], qui parte alui ſuperiore ſunt bilioſi [56], ſane haec difficilius moleſtiusque ferunt [57].

SCHOLIA.

1) Id eſt, melioribus aegri rebus et praeſcribi et fieri, quantum ſcilicet exhauſti metus ſuadet, et conſuetudo capiendi cibi ad continendam in officio naturalem oeconomiam, et vitandam liberaliorem triplicis noſtrae ſubſtantiae diſſipationem. Vide *Aph. 9. Lib. I.*

2) Ab inedia, peculiari natura, humorum inopia, eorundem corruptela.

3) Cum virium integritate, et ſine vllo infirmitatis metu.

4) Scilicet his, qui ob virium infirmitatem aut infirmitatis metum, ineunte morbo, ptiſſana vti debent, et qui a pleniore victu ſe ad tenuiorem conuertunt, perſeuerante morbi hiſtoria.

5) Qui ſcilicet integris viribus, cum ſecuritate, in breui hiſtoria, ad diem criſeos peruenire poſſunt.

6) Libro III. vini, melicrati, et aquae.

7) Vt, ſcilicet antequam exhibeatur, quod cuique conſentaneum eſt, clyſtere, aut ſectione venae, aut purgatione; vt quandoque opus eſt, vtamur, ne dolor excitetur.

8) Sine vllo delectu hiſtoriae morbi, virium aegri naturae, et conſuetudinis.

9) Extenuatione non ſolum inchoata ſed perfecta. Vtitur hoc loco, verbo προταριχεύειν, quod habet magnam emphaſim, ſignificat enim ſale condire, hoc loco inedia conſumere, arefacere.

10) Per morbum acutum.

11) Cum ſcilicet aequali contrariorum exceſſu contrarius naturae exceſſus oppugnatur.

12) Cuique naturae et conſuetudini.

13) Nam caeterarum rerum mutationes repentinae fugiendae ſunt, tum maxime cibi et potus, quod earum rerum mutatio plurimum interſit aegri, cuius non minor ratio haberi debet, quam morbi ipſius. Peccatur duobus modis, et

quod

quod ſubita mutatione ſtomachum labefactent, et quod ad vires labefactatas ſtomachi cibum exhibeant inconſiderate, fortaſſe ſub paroxyſmum aut criſim.

14) Vt viſcerum ſuſpenſionem, ventriculi intemperiem atque ignauiam, dum fit progreſſus a principio morbi, ad criſim, cum abſoluta inedia; cum vires effoetae langueant, et cum maioris infirmitatis metu, augentur etiam grauioribus damnis, vt oppreſſione, cruditate, iactatione, difficultate ſpirandi; in altera mutatione, quae fit ab otio ad negotium, quando propter exhauſtum et ſummam virium infirmitatem, cibum capere coguntur aegri, appetente criſi, in ſumma doloris acerbitate et morbi ſiccitate.

15) Poſt tridui quatriduiue abſtinentiam, inconſiderate praeſcriptam, ſic peccando in commoda peculiaris et vniuerſalis naturae, damna ſentient maxima. Atque illud certum eſt, incommodorum certos eſſe gradus, et graues offenſiones pendere a grauitate ciborum, qui offeruntur, vt *Galenus in Comment.*

16) Ἧκιστα non verti debet minime, ſed minus.

17) In graeco eſt φαύλη δίαιτα, quam propoſuimus initio Libri I.

18) Vide *Aphor. 38. Lib. II. Aph. et Comm. in partic. 8. Sect. 4. Lib. VI. Epid.* Item vide pag. circiter 287. huius libri.

19) Ac ſi diceret, non mirum eſt, ſi diaeta ſusque deque habita, cui quis aſſueuerit, accuratiore et meliore praeſtabilior ſit et ſalubritati corporis accommodatior.

20) Hic per ἀῤῥωστίαν infirmitatem intelligit, futuram ſymptomatum deprauationem et infirmitatem trium principum facultatum.

21) Symptomatis auget, ac ſi morbo aliquo laborarent.

22) Ab oppreſſione, non exhauſto.

23) In agendo et efficiendo, vt nec manus nec pedes ſuum facere poſſint officium; quod ſcilicet de infirmitate corporis vereantur, nec ad opus faciendum accedere poſſint vel auſint aegri.

24) Ab infirmitate ventriculi et caloris natiui, materiae copia obruti: Galenus dicit acidum eructari, ob collectam aliquam pituitam in ventriculo, ob multitudinem ciborum, aut ſaltem paucorum ſed frigidorum.

25) Abſtinentia cibi.

26) In graeco ἀναστηκῶσαι.

27) Vt natura fiat cibi et potionis potens, quibus opprimebatur.

28) Somnus diurnus eſt ineundus prima diei parte, quae definitur ab hora ſexta matutina, propter noctis ἀγρυπνίαν. Item eſt redormiendum, propter cibos non aſſuetos in ventriculo non mitificatos.

29) Concoctu facilia bonique ſucci.

30) Vinum hic praeſcribitur meracius ad concoctionem cruditatis, vt fluctuationes a cibis, praeter morem inſtitutum ingeſtis, ortas infringat ſua ſiccitate. Quatenus eſt alimentum, humectat quidem; quatenus vero medicamentum, deſiccat.

31) Nulla neceſſitate naturae coacti ſuum in prandii abſtinentia genium defraudarint.

32) Ab exhauſto ſpirituum et humorum.

33) Ἀρρώστοι quaſi ſymptomatis quibusdam foeti.

34) Collectione ſpirituum calorisque natiui ad cor, ob viſcerum ſuo genio defraudatorum affectionem. Timidos ad opus vocat Galenus, quaſi dicat omne opus peroſos.

35) Affluxu bilis, quae ab inedia ad ſtomachum affluxit, et aeſtu incanduit.

36) Collapſo ſtomachi habitu, qui cum moderata repletione intumuit, viſceribus eſt cuiusdam fulcri loco. Nam viſcerum repletio eſt viſcerum rectitudo quaedam. *q*)

37) Vrina flaua, ait Galenus, fit admixtione excrementi aquoſi cum amara bile.

38) Exhauſto ſpirituum et humorum.

39) Quia, inquit Galenus, praeſertim in bilioſis naturis calor vernaculus in igneum mutatur.

40) Quia venter bilioſis excrementis refertus eſt, a quibus morſus virtutem diſſoluit, et refrigerat extrema.

41) Collapſo ventriculi habitu, et vacuitate officii reddito ignauiore.

42) Propter ἄλυσμὸν ναυτιώδη, propter affectam aluum per oppreſſionem.

43) Proptereaque aluum ſuo officio continuiſſent.

44) Scilicet eo die, quo prandio fuerat defraudatus.

45) Repentina mutatione ab otio ad negotium, alienato iam temperamento alui, collapſo habitu et effoeta virtute coquendi: hinc aluus oneratur ſuccorum crudorum copia, et inde malorum cumulus.

46) Qui, cum bis die cibum capere conſueuerit, prandio abſtinuit.

47) Quo in ſua particularis et vniuerſalis naturae commoda peccarit.

48) Ad

48) Ad aequabilem ſtatum reducere.

49) Ad viſcera, ſuo defraudata genio, caloris collectione, tum vt bilioſo humori, qui ab inedia incanduit, exitus non denegetur.

50) Et damnis augebitur, ſcilicet, ſi ad inediam acceſſio caloris, frigoris, et laboris adiungatur, quae ſunt aliae adhuc exhauſti cauſae.

51) Quia aluo reſiccata, fatiſcente, et ignauiore facta, mutatio ab otio ad negotium moleſta eſſet.

52) Quod mitificatu ſit difficilior.

53) Vt mutatum alui temperamentum reſtituatur; deinde quia facilius eſt impleri potu, quam cibo.

54) Natura aut arte, vt iuuetur coctio in aluo effoeta.

55) Qui abſtinentia prandii ſuum genium defraudant.

56) Quibus vitio conformationis aluus bile natat (tum temperamento et habitu) quibus ad fundum ventriculi, non autem ad ecphyſim fertur meatus felleus. *v*)

57) Quod ſcilicet humoris inopia bilis accendatur, generationis perennitas foueatur, vnde cardialgia, oris amaritudo, vertigo; iactatio nauſeae particeps, febris ipſa.

COMMENTARIVS.

Hactenus explicuit incommoda, quae conſequuntur, cum peccatur in communem cuiusque naturam. Nam cum antea dixerimus duplicem eſſe naturam, vnam peculiarem, alteram vero generalem; animaduertendum quoque praecepimus, vt, quae vitia committantur in peculiari, quae in vniuerſali natura, cognoſcantut. Communis naturae diſtinctio et hiſtoria eſt in communi habitu, temperamento, actionibusque ipſis, vt commune eſt aluum bis humeſcere aut ſemel, coquere, intumeſcere, moueri, dormire, et caetera. At peculiaris natura dicitur diſtinctio peculiaris in temperamento, in habitu, in conformatione, et dominatu humorum: In habitu, vt alius habet cutem raram, alius denſam, cuius meminit Hippocrates *Lib. VI. Epid. Sect. III. Cap. 1. p. 803. T. I.* Cutis raritas, ventris adſtrictio, etc.

Quibus aluus humida iuuenibus, etc. Dominatus humorum ſpectandus eſt, an homo ſit melancholicus, et an rurſus ab aduſtione, an a ſanguinis craſſitie; Item cum bilioſus, qua ſpecie bilis; et an ἄνω, an κάτω, an ἔξω. Vbi notandum eſt, per ἄ ω intelligi per os, vt cum ait Hippocrates *Lib. IV. Aphor. 25.* Si cui ſanguis per ſuperiora erumpat, etc. Per κάτω vero intelligimus per ſedem. Iam vero diſputatur (vt ad inſtitutum referatur oratio) de peculiari cuiusque natura, vt, quomodo in eius commoda peccetur, omnibus ſit in confeſſo. Atque primum, exempli gratia, proponit bilioſos ἄνω. Obiter monendum videtur de Bile; haec enim triplex eſt, vna naturalis, quae in maſſa ſanguinis continetur, et tum humores dicuntur συγγεγονότα actiue et paſſiue. Συγγεγονότα dicuntur actiue, quod parem vim habeant ad generationem noſtri; paſſiue vero, quod ſimul ab eodem calore generentur. Altera bilis non naturalis, vt quae continetur in cyſti χοληδόχῳ. Altera contra naturam, vt quae herpetes et eryſipelata generare ſolet. In quatuor humoribus conſideramus ποιὰν κράσιν, id eſt, qualificatam, et cuique naturae conſentaneam; et ſpectamus qualitatem, quantitatem, temperationem, vires.

NOTAE.

a) Οἶδα δὲ.) Noui, poſt medicos, in verſione omiſſum eſt. Et cum deinde ſuppleat, et iungat verbis: Etenim placere; pro illis debuiſſet omnibus ponere, nam in graeco eſt ἅπαντες.

b) ἔτω προσφέρειν.) ἔτω ad προταριχέυσαντες ſpectat, et ita vertendum eſt: tali modo ſorbitionem potionesque exhiberi volunt, vt primos duos, tres pluresue dies aegri inedia macerentur.

c) Τὸ δὲ μεταβάλλειν.) Duretus legiſſe videtur: ἃ μὴ ὀλίγον, et ſic quoque Lindenius. Mihi videtur debere ἦν

vel

vel ἂν ὀλίγον legi. Et fortaſſis Celſus hunc Hippocratis locum in animo habuit, quando ſcripſit: Cum quis mutare aliquid volet, paulatim debebit aſſueſcere. Lib. I. Cap. III. Μεταβάλλειν abſolute poſitum apud Hippocratem etiam lente aliquid mutare ſignificat. Vid. Lib. II. Aphor. 50.

d) βλάπτοιντο ἄν.) Haec verba Duretus omiſit, in textum autem cum reliquis Editionibus recipere, non dubitaui, et verto: Laeduntur autem et ii, qui ſolo potu vtuntur.

e) μάλιστα.) Addidi hoc, etſi omiſſum eſt a Dureto, et verto: in his, qui acutiſſimi ſunt, quam maxime.

f) αὐτὴ ἑωὐτῇ ἐμφερὴς ἀεὶ.) Minus planum eſſe exiſtimo, quid ſit: ipſa ſibi ſemper ſimilis atque cohaerens diaeta. Nonne clarior locus, ſi vertamus? quod ſi quis per totam vitam, ſe nullis diaetae cibi potionisque legibus adſtringat, magis omnino a periculo tutus et ſecurus eſſe poteſt. Diaeta ſusque deque habita, et ſibi ſemper ſimilis, videtur vtique ab ea non differre, quae ſemper negligitur, adeoque nunquam non ſusque deque habetur.

g) μέγα μεταβάλλοι.) Lindenius omiſit τὸ μέγα, et facile interponi potuit a librariis, propter ſimilitudinem cum μετὰ in μεταβάλλειν. Sed forte tamen ab Hippocrate eſt, qui adiecerit, quo indicaret, cum neque ex ordine mutationem fieri, quod ante vidimus μεταβάλλειν abſolute poſitum ſignificare, tum non omnem mutationem, ſed eam, qua quis ab accuratiſſima diaeta, et quae adeo vehemens ſit, tranſitum faciat, nocere.

h) ἐπὶ καὶ τοῖσι.) Hippocrates non tam rationem reddit noxae, quae ex tranſitu, a neglecta diaeta, ad accuratam oritur, quam varias diaetae mutationes narrat, quarum alia eſt, de qua iam dixit, alia, quam nunc profert, in numero cibationum facta. cetr.

i) ἐπιξηραίνεσθαι.) Quomodo quaeſo exſiccatum eſſe et onerari ſibi inuicem oppoſita ſunt? An, quod εὐθισμένη ἐπιξηραίνεσθαι, cum de ventriculo dicitur, eum ſignificat aſſuetum eſſe adeo eſſe vacuum, vt ne liquida, ne guttam quidem, excipiat? Certe quale mendum vocabulo ἐπιξηραίνεσθαι aliter ineſſe debeat, non inuenio.

k) Conf. Foeſii Oeconomia voce ἀναστηκῶσαι.

l) βραδείην συχνὴν.) Hunc locum breuius et accuratius ita Foeſius: vbi multos lenta deambulatione circuitus confecerint, neque ſtent, nihilque aut pauca, et innoxia coenent. Minus tamen placet, quod verba: μὴ στασίμως, neque ſtent, vertit. Mihi videntur τῷ πλανηθέντα oppoſita eſſe, et am-

bulationem indicare, quae non firmis quaſi greſſibus fiat, qui nempe fatigare debent, neque recta, ſed huc illuc titubante quaſi pede vult aegrum obambulare.

m) μὴ ὑδαρὲς.) Addit Duretus: ἄκρατοι, quod eſt in MSS. pariter et ἀκρατὲς, quod habet Lindenius.

n) Melius: ignaui. Sed vid. Scholia Dureti. no. 23.

o) τᾶντα τοιᾶντα.) pro τοιᾶντα videtur Duretus legiſſe ἅπαντα, vertit enim: haec omnia. Sine cauſſa.

p) ἀ τότε ἀνάριστος.) Et Duretus et Foeſius hunc locum ita interpretati ſunt, ac ſi particulae τότε vtroque loco otioſae eſſent. Mihi aliter videtur, et crediderim primo loco, aliquando, altero, demum, verti debere.

q) Haec ex ſitu viſcerum expedire non difficile eſt. Hepatis dexter lobus inteſtino colo, ſiniſter ventriculo, maximeque illi eius parti, incumbit, quae, ſenſim anguſtior facta, in pylorum deſinit. Ventriculus vero a zona coli transuerſa maxime, et inteſtinis ſubiectis, ſuſtinetur. Suſtinetur autem potiſſimum tum, cum repleta ſunt, quo quaſi aſſurgunt, et ventriculum ita ſuffulciunt, vt ipſe et jecinori et lieni, ob nexum, loco fulcri eſſe poſſit. Tum vero et muſculi abdominis huc aliquid faciunt, quibus maior ventriculi curuatura obuerſa eſt. Ad quam cauſſam altera accedit, ſcilicet, vaſorum in his viſceribus repletio, et inde orta maior firmitas, et vis quaſi ſe ipſa ſuſtinendi. Et hoc indicare videtur interpres per viſcerum rectitudinem. Hinc patet κρεμᾶσθαι eſſe ita ſuſpendi, vt partes, a quibus ſuſpenduntur, ab ipſis, tanquam pondere aliquo detrahantur.

r) Conf. Veſalius de Corp. Hum. Fabr. Lib. V. Cap. VIII. pag. 436. et Ill. Hallerus ad Boerhaauii Praelect. Tom. I. pag. 369. n. 40. πικρόχολοι τὰ ἄνω ſunt, quibus bilis ſacpius ad ventriculum refluit, vt ructus bilioſi erumpant, vel ipſa interdum ad fauces adſcendat.

V. Τὴν δὲ ἀσιτίην, τὴν παρὰ τὸ ἔθος, οἱ φλεγματίαι τὰ ἄνω εὐφορώτερον φέρεσι τὸ ἐπίπαν, ὥς τε καὶ τὴν μονοσιτίην, τὴν παρὰ τὸ ἔθος, εὐφορώτερον ἂν ἔτοι ἐνέγκοιεν. Ἱκανὸν μὲν ἦν καὶ τῦτο σημήιον, ὅτι αἱ μέγισαι μεταβολαὶ

τῶν

τῶν περὶ τὰς Φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξιας συμβαινόντων μάλιϛα νοσοποιέϵσιν.

Et certe qui alui parte ſuperiore ſunt pituitoſi [1], alacrius ferunt abſtinentiam [2] praeter morem ſuſceptam omnino. Eoque fit, vt etiam facilius perferre poſſe videantur ſingularem paſtum [3], qui praeter conſuetudinem eſt. Ergo firmiſſimum illud poſſe afferri argumentum [4], quod maximae mutationes [5] eorum, quae in naturas hominum [6] et habitus [7] cadunt, potiſſimum morbos efficiunt [8].

SCHOLIA.

1) Tum frigore alui, tum ipſius catharrhi affluxu nimia pituitae abundantia natat aluus his, qui pituitae ſurſum dominatu tenentur.

2) Minore valetudinis diſpendio, quod ſcilicet coquendi virtute minus valeant, tum quod pituita illis pro cibo eſt, ſanguinisque naturam coctione ſuſcipiat.

3) Cum tamen bis die cibum capere conſueuerint.

4) Ex his, quae demonſtrata ſunt.

5) Spiritus et diaetae.

6) Hoc eſt, ſubſtantiam rei principium motus in ſe habentis, hoc eſt, in temperamentum cuiusque partis proprium et accommodatum.

7) Hoc eſt, conformationem partium officialium, ſimilarium, totiusque corporis, quae in naturas hominum et habitum inſignes cadunt mutationes.

8) Vel in illis mutationibus morborum natura conſiſtit, ſymtomatumque omnium conſequutio adfertur.

COMMENTARIVS.

Hic vtitur nominibus φύσεως et ἕξεως, illud ad temperamentum vult referri Galenus, hoc vero ad partium ſtructuram. Atque mirum eſt, Galenum voluiſſe nomine ἕξεως ſiue ſtructurae, contineri bilis aliorumque humorum inclinatio-

nem

nem ἢ ἄνω, ἢ κάτω, ἢ ἔξω. Per Φύσιν intelligimus ποιὰν κρᾶσιν, de qua paulo ſuperius diximus. Caeterum mutationes, quae cadunt in habitum et naturam, ſunt a ſpiritu et diaeta; idque quatuor modis a plethora, cacochymia, maligna qualitate, alteratione.

VI. *a)* Οὐδ' εἰ οἷόν τε παρὰ καιρὸν, ἔτε σφοδροτάτας κενεαγγείας ποιέειν, ἔτε ἀκμαζόντων τῶν νοσημάτων, καὶ ἐν φλεγμασίῃ ἐόντων προσφέρειν, ἔτε ἐξαπίνης οἷόν τε ὅλῳ τῷ πρήγματι μεταβάλλειν, ἔτε ἐπὶ τὰ, ἔτε ἐπὶ τὰ. *c)* Πολλὰ δ' ἄν τις ἠδελφισμένα τετέοισι τῶν ἐς κοιλίην καὶ ἄλλα εἴποι, ὡς εὐφόρως μὲν φέρεσι τὰ βρώματα, ἃ εἰθισμένοι εἰσὶν, εἰ καὶ μὴ ἀγαθὰ ἦ φύσει· ὡσάυτως δὲ καὶ τὰ ποτά. Δυσφόρως δὲ φέρεσι τὰ βρώματα, ἃ μὴ εἰθισμένοι εἰσὶν, εἰ καὶ καλὰ ἦ. *d)* ὡσάυτως καὶ τὰ ποτά.

Non igitur fas eſt vacuationes inſignes [1] praeſcribere intempeſtiue [2], nec fas eſt cibi acceſſionem adiungere, cum morbi ſunt ſumma omnia, maximeque vigent et florent morbi [3]: et in ſummo morbi ſunt ardore. *b)* Nec vero licet mutare, toto curationis curſu totaque hiſtoria, aut in hanc aut illam partem [4]. Multa ſane his affinia [5] dixerit quis de rebus ad aluum pertinentibus [6], vt, quod alacriter bonisque naturae rebus ferunt

ferunt cibos, quibus illi ſint aſſueti, quamuis[7] natura boni non ſint, eodem modo et potiones. Contra vero moleſte et grauiter ferunt, quibus non ſunt aſſueti, quamuis mali non ſint[8]: eodem modo et potiones.

SCHOLIA.

1) *Galenus Comm. in hunc locum*, ait Hippocratem nihil aliud velle hoc loco docere, quam mutationes repentinas fugiendas *Aph. 51.* Lib. II. *Aph.* Per inediam tridui et quatridui, et per inſignes intelligimus, quae eo procedunt, vt actionem laedant.

2) Non ante perſpecta cognitaque morbi hiſtoria, viribus, peculiari natura, et conſuetudine; idem pene dixit antea.

3) Cum morbi et naturae certamen eſt in procinctu.

4) Nec addendo, nec deducendo, nec qualitatem medicamentorum immutando: ex quo innoteſcit illud, quod dixit in principio Aphor. ὁ καιρὸς ὀξύς.

5) In graeco eſt ἠδελφισμένα, quo verbo vſus eſt et antea quodam in loco.

6) In temperamento, habitu, et actione.

7) Temperamento, aut naturae craſſamento.

8) Quamuis ἔνχυμα καὶ ἔυπεπτα.

NOTAE.

a) ἀδ' ἃ οἷόν τε.) Curatius haec diſtinguit Foeſius, cum vertit: Neque intempeſtiuas, neque vehementiſſimas vaſorum inanitiones moliri fas eſt. Particula ἃ mihi abundare videtur, et nata probabiliter ex ſequente οἷόν τε.

b) Et in omni eo, quod artis opus eſt, nihil, ſiue in hanc, ſiue in illam partem, repente mutare licet.

c) Πολλὰ δ' ἂν τὶς.) Verto: Ac de rebus, ad aluum reliquasque partes pertinentibus, multa aliquis dixerit, quae his, de mutatione propoſitis, affinia ſint. Verba, καὶ ἄλλα Duretus non vertit, et non ſatis clarum eſt, quo pertineant. Si ab Hippocrate eſt, quod articulus deeſt, ad ἄποι referri debent, forte tamen omiſſus eſt, et ſcribendum καὶ τ' ἄλλα, tumque ad κοιλίην pertinent.

d) ὡσάυτως δὲ.) Cum priore loco legatur: ὡσάυτως δὲ καὶ τὰ ποτὰ, cum Mercuriali et hoc loco eandem lectionem eſſe debere, exiſtimaui, adeoque δὴ mutaui in δὲ.

Nunc

ARGVMENTVM.

Nunc docet, quod peccatum committatur in qualitate cibi mutata, non in ſpecie quidem, ſed in indiuiduo; vt hactenus conſtet diſputaſſe de mutatione ciborum in epularum numero.

VII. *a)* Καὶ ὁκόσα μὲν κρεηφαγίη πολλὴ παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα ποιέει, ἢ σκόροδα, ἢ σίλφιον, ἢ ὀπὸς, ἢ καυλὸς, ἢ ἄλλα ὁκόσα τοιϐτότροπα, μεγάλας δυνάμιας ἔχοντα ἰδίας, ἥσσον ἄν τις θαυμάσειεν, εἰ τὰ τοιαῦτα πόνϐς ἐμποιέει τῇσι κοιλίῃσι μᾶλλον τῶν ἄλλων. Ἀλλ' εἰ καταμάθης, ὅκως ἄν μάζα τε ὄχλον, καὶ ὄγκος, καὶ φύσαν, καὶ ϛρόφον τῇ κοιλίῃ παρέχοι, παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα, τῷ μὴ μαζοφαγέειν εἰθισμένῳ· ἢ αὐτός τε ὁ ἄρτος θερμὸς βρωθεὶς, ὄϊνν δίψαν παρέχει, καὶ ἐξαπιναίην πλιθώρην, διὰ τὸ ξηραντικόν τε καὶ *d)* βραδύπορον· *e)* καὶ οἱ ἄγαν καθαροί τε καὶ ξυγκομιϛοὶ παρὰ τὸ ἔθος βρωθέντες, οἷα διαφέροντα ἀλλήλων ποιέϐσι· καὶ μάζα τε ξηρὴ παρὰ τὸ ἔθος, ἢ ὑγρὴ, ἢ γλιχρή· καὶ τὰ ἅλφιτα οἷόν τι ποιέει τὰ ποταίνια, τοῖσι μὴ εἰωθῶσι, *f)* καὶ τὰ ἑτεροῖα, τοῖσι τὰ ποταίνια εἰωθόσι· καὶ οἰνοποσίη, καὶ ὑδροποσίη παρὰ τὸ ἔθος εἰς θάτερα μεταβλη-

βλιθέντα ἐξαπίνης, καὶ ὑδαρής τε οἶνος, καὶ ἄκρητος παρὰ τὸ ἔθος ἐξαπίνης ποθείς. Ὁ μὲν γὰρ πλάδον τε *b*) ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ ἐμποιήσει, καὶ φύσαν ἐς τὴν κάτω, ὁ δὲ παλμὸν φλεβῶν, καὶ καρηβαρίην καὶ δίψαν. Καὶ λευκός τε καὶ μέλας οἶνος παρὰ τὸ ἔθος μεταβάλλοντι, εἰ καὶ ἄμφω οἰνώδεες εἶεν, ὅμως πολλὰ ἂν ἑτεροιώσειαν κατὰ τὸ σῶμα, *i*) ὡς δὴ γλυκύν τε καὶ οἰνώδεα ὄινον ἧσσον ἄν τις φαίη θαυμαστὸν εἶναι, μὴ τωὐτὸ δύνασθαι ἐξαπίνης μεταβλιθέντα. *k*) Τιμωρητέον δὲ τοιόνδε τι μέρος τῷ ἐναντίῳ λόγῳ, ὅτι ἡ μεταβολὴ τῆς διαίτης τοτέοισιν ἐγένετο, ὁ μεταβάλλοντος τοῦ σώματος, ἤτε ἐπὶ τὴν ῥώμην, ὥσε προσθέσθαι δεῖν σιτία, ἤτε ἐπὶ τὴν ἀῤῥωσίην, ὥς τε ἀφαιρεθῆναι. Προστεκμαρτέα δὴ *l*) καὶ ἰσχὺς, καὶ ὁ τρόπος τοῦ νοσήματος ἑκάστοισι, καὶ τῆς φύσιος τοῦτε ἀνθρώπου, καὶ τοῦ ἔθεος, καὶ τῆς διαίτης τοῦ κάμνοντος, ὁ μόνον σιτίων, ἀλλὰ καὶ ποτῶν. Πολλῷ δὲ ἧσσον ἐπὶ τὴν πρόθεσιν ἰτέον. Ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελέει, ὅκου διαρκέειν μέλλει ὁ κάμνων, μέχρις

ρις ἂν τῆς νόσου ἡ ἀκμὴ πεπανθῇ. Ἐν οἷσισι δὲ τὸ τοιόνδε ποιητέον, γεγράφεται. Πολλὰ δ' ἄν τις καὶ ἄλλα ἀδελφισμένα τοῖσιν εἰρημένοισι γράφοι.

Atque [1] illud commemorabile eſt, vt taceam, quaecunque incommoda afferat liberalior carnium vſus, aut allia [2], aut ſilphium, aut *c*) ſuccus Cyrenaicus aut caulis [3], aut quaecunque alia eiusmodi ſunt [4]. Minus ſane mirari poſſit, ſi huiusmodi laborem et perturbationem ventriculis afferunt magis quam alia [5]. Verum minus admiraberis, ſi animaduerteris, quantam perturbationem, et tumorem, et flatum, et tormina offa [6] aluo importet, ſi praeter morem et inſtitutum ſumatur, ab eo, qui maza [7] vti non conſueuit. Aut etiam panis ipſe calidus deuoratus, quantam ſitim afferat et repentinam plethoram [8], quod humectet [9] maxime, nec ſit meabilis; et qui ſunt maxime puri [10] et confuſanei [11]. Tum etiam quid faciat offa praeter inſtitutum diaetae aut ſicca, aut humida, aut glutinoſa [12]. Item quid efficiant polentae recentes quidem, qui recentibus aſſueti non ſunt; et pridianae his, qui recentibus aſſueti ſunt. *g*) Tum etiam quid potio aquae et vini, ſi praeter morem inſtitutum in alterutrius vſum repente conuertatur, vinumque aqueum et dilutum, aut meracum repente potum: Illud enim dilutius facit, vt aluus natet humore multo excrementitio [13], flatumque [14] inferiori aluo inducit: hoc autem meracum arteriarum pulſum [15] aſpectabilem facit, capitis grauitatem, et ſitim. Quin etiam album et nigrum vinum, ſi quis ad alterutrum ſe praeter morem conuerterit: tametſi

vtrum-

vtrumque ſit generoſum, nihilominus corpus id multum alterare poterunt. Vt ſane mirum videri non debeat, vinum dulce et generoſum, ſi in alterius vſum repente fiat conuerſio, non idem poſſe. Quinetiam pars haec [16] eſt adiuuanda et ſtabilienda ratione aduerſariorum meorum contraria [17]. Quod ſcilicet his (ſanis) diaetae mutatio incidit, ſine vlla corporis mutatione, ad firmitatem ſcilicet et virium integritatem [18] priſtinam, vt cibi acceſſione opus ſit, nec ad infirmitatem [19], vt ſit deducendum. *p)* Iam vero ſignis ſyllogiſticis haec tenenda [20]; primum vires [21], tum morbi vniuscuiusque ratio [22] ſeu hiſtoria [23], tum etiam communis et peculiaris [24] naturae, tum inſtitutae diaetae [25], nec ſolum cibi, verum etiam potionis. Tibi vero erit adhibenda praeuiſio [26], vt multo minus ad cibi acceſſionem te conuertas. Quandoquidem ſaepe numero confert omnino cibum aegris deducere [27]; vbi ſcilicet vires aegri ſufficere poſſe videntur [28], donec in vigore [29] morbus mitificationem acceperit. *At vero quibus a paulo pleniore diaeta ad tenuiorem ſit declinandum, et quibus in totum deducendus cibus, ſcribetur. Exiſtunt multa et alia, quae quis poſſit ſcribere, his, quae modo dixi, affinia.

SCHOLIA.

1) Vt intelligamus ſcilicet, quam calamitoſa ſit aegris repentina ciborum mutatio, non ſolum in epularum numero, ſed etiam in cibi et potionis qualitate.

2) Vt propter ea incommoda commutationis rerum in ſpecie

3) Exempla ſunt ſuccorum et ciborum validorum ἀρωδῶν afferentium.

4) Magnis praedita facultatibus et viribus, vt cepa.

5) Quae ſunt mitiora, et imbecilliora.

6) Ex hordei torrefacti farina confecta.

7) Exempla ſunt ciborum ἀδενέων imbecillium.

8) Hoc eſt, ſatietatem et ſaturitatem partium nutritioni dicatarum.

9) In graeco eſt διὰ τὸ ξηραντικὸν, et dicendum, quod maza maxime deſiccet calefaciendo, et in diſtributione cunctetur.

10) Id eſt, omnino ſuo furfure caſtrati ſeu ſiliginei, qui de capitulo vulgo dicuntur, ex flore farinae confecti.

11) Tales piſti, qualis farina ex piſtrino importatur. Sic panum differentia ſumitur a materia, et praeparandi ratione.

12) Vt quae ſaepe ſubigitur ex melle.

13) Hic vertit πλάδον, vide *Galenum in Comm. in Lib. I. Epid. Conſtit. 2. part. 11.*

14) Stridentem, ſonorum, ſilentem.

15) Pulſum aſpectabilem temporum, quia caput replet ſtatim cauſis plethoricis, ob calorem, cum tenuitate coniunctum. In graeco eſt παλμὸς, et hoc loco ſumitur ἀντὶ τοῦ σφυγμοῦ φαινομένου. Quo in ſenſu dicebat ſupra καὶ οἱ κρόταφοι πάλλονται. Et apud *Hippocratem* nomen σφυγμοῦ ſignificat fere ſemper pulſum aſpectabilem, vt *in Lib. II. Epid. Sect. 2 Cui in cubito vena pulſat, etc.* neceſſario intelligit de vena micante, id eſt, arteria pulſum aſpectabilem faciente, vt interpretatur *Galenus Cap. 9. Lib. VI. de placit. Hippocr. et Plat.* Hunc quoque παλμὸν ita interpretatur quidam, cuius meminit *Hippocrates Hiſtor. 2. Sect. 3. Lib. I. Epid. et part. vltim. Sect. I. Lib. Prorrhet.* Multi dicunt ſequuti *Galenum*, nomen τοῦ σφυγμοῦ raro apud *Hippocratem* ſumi pro eo pulſu, qui attrectatione manus percipitur. *Vide Cap. 2. Lib. I. de differ. pulſ.* Et quomodo nomen σφυγμοῦ ἀντὶ τοῦ παλμοῦ acceptum ſit, *Vide Cap. 11. Lib. IV. de pulſ. differ.* Inter caeteros locos vide *Cap. 8. Lib. An animi mores ſequantur, etc.* Duretus vno tantum loco vult apud *Hippocratem in Coac.* vbi diſputat de lethargicis, σφυγμὸν pro pulſu imperceptibili capi.

16) Haec pars ſuſcepti operis, ſupple, qua inſtituendae diaetae tecmarſis continetur, ex perſpicientia non ſolum morbi, ſed et virium aegri, peculiaris et vniuerſalis naturae, et conſuetudinis.

17) Quod ſcilicet magnis mutationibus magnae quoque ſint opponendae, refellendo non ſolum aliorum ſententias, ſed etiam Achilleis argumentis probando id, quod noſtrum eſt, et, vt ita dicam, placito noſtro opem adferendo.

18) Iudicato morbo et criſi perfecta.

19) Cum

19) Cum ad ſtatum viam affectat.

20) Nunc docet, quae animo ſint tenenda et colligenda, vt rite diaetam praeſcribamus, et nunquam aberremus a ſcopo.

21) An valeant, an ſint infirmae; et, ſi valeant, an ſint cum ſecuritate. *Hippocrates Aph. 9. Lib. I.*

22) Ita vertit nomen τρόπου.

23) In ſpecie, magnitudine, more, motu, cauſis, ſymptomatis, paroxyſmis, criſibus.

24) Quae in temperamento, conformatione, et humoris dominatu conſiſtit.

25) Id eſt, diaetae, quam aeger in ſeruanda valetudine inſtituit, ſecundum victus qualitatem, quantitatem, vtendi modum et occaſionem; quibus accedit vitae inſtitutio.

26) Quoniam ſyllogiſticis ſignis difficile eſt tenere vires, morbi hiſtoriam, propriam et communem cuiusque naturam. Quaſi dicat, ita erit haec diaetae inſtituendae ratio, vt ante morbi ſtatum non cogaris te ad cibi acceſſionem adiungendam conuertere.

27) Sicco morbo, breui, et integris viribus detrahere.

28) Vt eo pacto naturae aciem in morbi ſolius profligationem conuertas.

29) Ad verbum eſſet dicendum, donec morbi vigor et ſtatus mitificatus fuerit. Eſt in graeco enim, νούσου ἀκμὴ πεπανθῇ.

COMMENTARIVS.

*Si velis legere ad verbum, ita dicendum eſt, *caeterum, quibus hoc aut illud ſit applicandum, deinceps dicetur.*

NOTAE.

a) Καὶ ὁκόσα.) Dureti et Foeſii verſiones mihi non videntur totum hunc locum planum reddere. Forte tamen ipſe ſic conſtituendus eſt· - - - μεγάλας δυνάμιας ἔχοντα ἰδίας; Ἥσσον ἄν τις θαυμάσειεν, εἰ τὰ τοιαῦτα πόνες ἐμποιέα τῇσι κοιλίῃσι μᾶλλον τῶν ἄλλων; ἄλλ' εἰ καταμάθῃς, ὅκως ἄν μάζα etc. Tumque verti deberet: Pariterque afferri poſſet, quot incommoda afferat liberalior, quam quis aſſueuerit, carnium eſus, vel allii genera, aut ſilphium, eiusque ſuccus aut caulis, aut quaecunque alia eiusmodi ſunt, valentiſſimi generis alimenta. Qualia ſi plus ventribus moleſtiae creant, quam alii imbecilles cibi, minus aliquis mirabitur. Magis

vero, ſi animaduerteris, quantam perturbationem cetr. Poſſet etiam interpungi poſt τοιαυτότροπα, et ſequentia iungi vsque ad verba τῶν ἄλλων, ſed tunc omnia minus plana forent. In verbis: ἄλλ' ἀ καταμάθῃς ſupplendum eſt, poſt ἄλλ', πλέω τις θαυμάσειεν, quod Hippocrates repetere noluit. Singularis etiam dictio eſt: κρεηφαγίη βρωθεῖσα.

b) Παρὰ τὸ ἔθος.) Certiſſime abundat, et vix crediderim ab Hippocrate eſſe.

c) De hoc ſucco exſtat doctiſſima Commentatio Phil. Douté, Lut. Pariſ. 1659. 4.

d) βραδύπορον.) Hoc vocabulum indicat, panis calidi particulas tardius cum ſubire vaſculorum orificia, tum per ea lentius moueri.

e) Καὶ ὁι ἄγαν.) Haec ſane ita ex Graeco vertas cum Foeſio: Et quam varia inter ſe efficiant panes puriſſimi et confuſanei, ſiue cibarii, praeter conſuetudinem, in cibo aſſumti.

f) Καὶ τὰ ἑτεροῖα.) Puto vocabulo ἑτεροῖα vitium ſubeſſe, idque confirmare videtur Duretus eo, quod pridianae, polentae ſcilicet, vertit. Sed quale vocabulum ſubſtituerimus? Forte quod praeſtat, retinere ἑτεροῖα, et interpretari, alterata, quod recentibus vtique oppoſitum eſt.

g) Tum ſi etiam potionis aquae et vini rationem habeas, ex quorum alterutro in alterum, praeter conſuetudinem, ſubito tranſitus ſit, atque aquoſi meracique vini, derepente, praeter morem, in potione aſſumti.

h) Ἐν τῇ ἄνω.) Addas igitur: ſuperior. Forte, quod ſuperior tenuia, inferior craſſa inteſtina ſignificat.

i) ὡς δὴ γλυκύντε.) Vt proinde minus admiratione dignum eſſe aliquis dicat, dulce et generoſum non eandem efficaciam habere, ſi ab vno ad alterum repente tranſitus fit. Sic puto vertenda haec verba eſſe.

k) Τιμωρητέον δὲ.) Verbum τιμωρέω, quod etiam hoc loco ſignificat: iuuo, ſecundum Galenum, vel auxilior, non ita ad ſequentia τοῖόνδε τι μέρος referendum eſt, vti Duretus fecit, quaſi aliqua pars, ſcilicet orationis antecedentis Hippocratis, iuuari, eaque vel ipſa aduerſariorum ſententia corroborari deberet, verum ad illa: τῷ ἐναντίῳ λέγῳ pertinet, fere vt Foeſius interpretatus eſt, et totus locus ita vertendus: Attamen aduerſariorum ſententiae (poſtquam contra eos diſputauimus) aliqua etiam ex parte ſubueniendum eſt, ſcilicet, quod aegris quidem in victus ratione aliqua mutatio, nulla vero in corpore contingat, vt neque validius reddi-

ditum,

ditum, cibos detrahendo, neque debilius factum, aliquid adiiciendo, alterari debeat. Hippocrates enim poſt illam diſputationem ea ſubiungit, quae aduerſariorum ſententiam tueri videntur. Et ſane apte admodum Hippocrates vocabulo τιμωρέω vtitur, ſcilicet, quod contrariae ſententiae, ab ipſo iam conuulſae propemodum ac labefactatae, ſuccurrendum ſit. Conf. Foeſii animaduerſio ad hunc locum. Mirum autem eſt, Foeſium non vidiſſe nodum totius rei, aut ſaltem non ſoluiſſe. Difficultas omnis prouenit a voce τετέοισι, quam cum Duretus, vt fere debere videbatur, de ſanis interpretaretur, non poterat inuenire, quae vere Hippocratis mens ſit. Reſcribas: νεσέοισιν, vt etiam interpretatus ſum, omnia expedita erunt. Sic autem emendari debere docent, quae ſequuntur: προστεκμαρτέα δὴ καὶ ἰχὺς καὶ ὁ τρόπος τᾶ νεσήματος ἑκάστοισιν etc.

l) Καὶ ἰχὺς.) Vocabulum ἰχὺς a Dureto quidem pro viribus in genere accipitur, et ad aegrum refertur, ſed certiſſime ad νόσημα pertinet: recte vero genitiui illi: φύσιος, ἔθεος, διαίτης a Dureto ad τρόπος referuntur; malo etiam cum Galeno ἢ ἰχὺς et ἑκάστᾳ legere.

Τό γε μὴν κρέσσον μαρτύριον. ὃ γὰρ ἠδελ- VIII.
φισμένον ἐσὶ τῷ πρήγματι, περὶ ᾧ μοί ὁ πλεῖσος λόγος ἔιρηται. ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρῆγμα ἐπικαιρότατόν ἐσι διδακτήριον. Οἱ γὰρ ἀρχόμενοι τῶν ὀξέων νοσημάτων ἐσὶν, ὅτε οἱ μὲν σιτία ἔφαγον ἀυθημερὸν, ἠργμένοι ἤδη, οἱ δὲ καὶ τῇ ὑσεραίῃ, οἱ δὲ καὶ ἐρρόφεον τὸ προσυχόν, *a*) οἱ δὲ καὶ κυκεῶνα ἐρρόφεον. Ἅπαντα δὲ ταῦτα κακίω μέν ἐσιν, ἢ εἰ ἑτεροίως τις διαιτηθείη. *b*) Πολλῷ μέν τοι ἐλάσσω βλάβην φέρει ἐν τέτῳ τῷ χρόνῳ ἁμαρτηθέντα, ἢ εἴ τις τὰς μὲν

πρώτας ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς κενεαγγήσειε τελέως, τεταρταῖος δὲ ὢν τοιάδε διαιτηθείη, ἢ καὶ πεμπταῖος. Ἔτι μέν τοι κάκιον, εἰ ταύτας πάσας τὰς ἡμέρας προκενεαγγήσας, ἐν τῇσιν ὕσερον ἡμέρῃσιν ἔτω διαιτηθείη, πρὶν ἢ πέπειρον γενέσθαι τὴν νῆσον. Οὕτω μὲν γὰρ θάνατον φέρει φανερῶς τοῖσι πλείσοισιν, ἢν μὴ παντάπασί τις εὐήθης ἡ νῆσος εἴη. Αἱ δὲ κατ' ἀρχὰς ἁμαρτάδες οὐχ ὁμοίως τούτῃσιν ἀνήκεσοί εἰσιν, ἀλλὰ πολλῷ εὐανεσότεραι. Τοῦτο ἓν ἡγεῦμαι μέγιστον διδακτήριον, ὅτι οὐ χρὴ τὰς πρώτας ἡμέρας τοῦ ῥοφήματος, ἢ τοίου, ἢ τοίου, τοῖσι μέλλουσιν ὀλίγον ὕσερον ῥοφήμασιν, ἢ τοίοις, ἢ τοίοις, χρέεσθαι. Πυθμενόθεν μὲν ἓν οὐκ ἴσασιν, οὐθ' οἱ τῇσι κριθώδεσι πτισάνῃσι χρεόμενοι, ὅτι αὐτέῃσι καυσοῦνται, ὁκόταν ῥοφέειν ἄρξωνται, ἢν προκενεαγγήσωσι δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας ἢ καὶ πλείους. Οὔτ' ἂν οἱ τῷ χυλῷ χρεόμενοι γινώσκουσιν, ὅτι αὐτέοισι βλάπτονται ῥοφέοντες, ὅταν μὴ ὀρθῶς ἄρξωνται τοῦ ῥοφήματος. Τότε μὲν φυλάσσουσι καὶ γινώσκουσιν, ὅτι μεγάλην τὴν βλάβην φέρει, ἢν πρὶν πέπει-

ρον

ρον τὴν νόσον γενέσθαι, κριθώδεα πτισάνην ῥοφήσῃ ὁ κάμνων, εἰθισμένος χυλῷ χρέεσθαι. Πάντα ἓν ταῦτα μεγάλα μαρτύρια, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἄγουσιν εἰς τὰ διαιτήματα οἱ ἰητροὶ τοὺς κάμνοντας, ἀλλ' ἐν οἷσί γε νόσοισιν d) οὐ χρὴ κενεαγγέειν, τοὺς μέλλοντας ῥοφήμασι διαιτᾶσθαι κεναγγέσιν. Ἐν οἷσί τε οὐ χρὴ μεταβάλλειν ἐκ κενεαγγείης ἐς ῥοφήματα, ἐν τούτῃσι μεταβάλλουσι, καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ e) ἁμαρτάνουσιν. Ἐνίοτε δὲ ἐν τοῖσι καιροῖσι μεταβάλλουσιν ἐς τὰ ῥοφήματα ἐκ τῆς κεναγγείης, ἐν οἷσι πολλάκις ἀρήγει ἐκ τῶν ῥοφημάτων πλησιάζειν τῇ κεναγγείῃ, ἢν ἔτως τύχῃ παροξυνομένη ἡ νοῦσος. Ἐνίοτε δὲ καὶ ὠμὰ ἐπισπῶνται, g) ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ περὶ τὸν θώρηκα τόπου, χολώδεα, ἀγρυπνίαι τε συνεμπίπτουσιν αὐτέοισι, δι' ἃς οὐ πέσσεται ἡ νοῦσος, περίλυποί τε καὶ πικροὶ γίνονται, καὶ παραφρονέουσι, καὶ μαρμαρυγώδεα σφέων τὰ ὄμματα, καὶ αἱ ἀκοαὶ ἦχοι μεσαὶ, καὶ τὰ ἀκρωτήρια κατεψυγμένα, καὶ ὦρα ἄπεπτα, καὶ πτύσματα λεπτὰ, καὶ ἁλυκὰ, i) καὶ κεχρωσμένα ἀκρή-

τῳ χρώματι σμικρὰ, καὶ ἱδρῶτες περὶ τὸν τράχηλον, καὶ διαπορήματα, k) καὶ πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ, πυκνὸν, ἢ μέγα λίην, ὀφρύες δεινώσιος μετέχουσαι, λειποψυχώδεα πονηρὰ, καὶ τῶν ἱματίων ἀποῤῥίψιες ἀπὸ τοῦ σήθεος, καὶ χεῖρες τρομώδεες. ἐνίοτε δὲ καὶ χεῖλος τὸ κάτω σείεται. Ταῦτα δὲ ἐν ἀρχῇσι παραφαινόμενα, παραφροσύνης δηλωτικά εἰσι σφοδρῆς, καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ ἀποθνήσκουσιν. Οἱ δὲ διαφεύγοντες ἢ μετὰ ἀποσήματος, ἢ αἵματος ῥύσιος ἐκ τῆς ῥινὸς, ἢ πῦον παχὺ πτύσαντες διαφεύγουσιν, ἄλλως δὲ ὀ.

At enim rei propoſitae [1] ampliſſimum hoc fuerit teſtimonium; non enim affinitate coniunctum eſt rei, de qua pluribus egi [2]. Sed ipſa res [3] eſt praeſtantiſſimum documentum [4]. Etenim ineuntibus morbis acutis, exiſtunt nonnulli, qui eo ipſo die cibis veſcuntur, ſimul atque febricitare coeperint; alii poſtridie. Alii etiam ſine delectu quiduis ſorpſerunt [5]. Nec defuerunt, qui moretum [6] ſumpſerunt. Sane haec omnia deteriora quidem ſunt, quam ſi quis aliter diaetam inſtituat [7]. Sed tamen multo leuior noxa infertur iis, quae hoc tempore [8] in vitio ſunt, quam ſi quis biduum, triduum inedia corpus plane confecerit; quartum vero morbi diem aut quintum agens, talem, (qualem antea diximus) diaetam inſtituerit. Multo etiam deterius eſt, ſi per omnes hos dies

fame

fame confectus, posteris diebus, talem diaetam instituat, priusquam mitificatus fuerit morbus [9]. Sic enim aperte mortis consecutionem afferet multis [10]; nisi omnino morbus leuis et mitis fuerit. *c*) Huc accedit, quod, quae principio morbi in vitio sunt [11], ea sane non aeque hoc tempore insanabilia sunt, atque ea, quae incidunt in morbi vigorem, sed multo sanabiliora. Hoc igitur arbitror praestantissimum argumentum [12], quod scilicet primi dies morbi defraudandi non sunt sorbitione huiusmodi [13], aut illiusmodi, iis scilicet, qui paulo post sorbitionibus huiusmodi aut illiusmodi vti debent [14]. Ex quo efficitur, omnino non scire vtendi modum, ne eos quidem, qui hordeacea ptissana sibi vtendum putant, quod eius vsu laedantur, cum primum incoeperint, cum abstinentia cibi biduum, aut triduum, aut eo plus fuerint exhausti: nec vero quibus cremor in vsu [15] est, animaduertunt se, ab ea sorbitione laedi, cum eam non recte iniuerint, sed tamen tunc cauent sedulo, et intelligunt, quod magnum dat malum, si, priusquam mitificatus fuerit morbus, ptissanam hordeaceam sumpserit, qui tantum cremori est assuetus. Haec igitur sunt amplissima propositae rei testimonia: quod non prudenter, nec recte Medici aegros ad diaetam adducunt. Sed quibus in morbis exhaurire [16] decet [17], qui sorbitionibus vti debent, non exhauriunt. Et contra, quibus in morbis conuertere non decet aegros ad sorbitiones ab inedia, in his imprudenter conuertunt Atque id faciunt [18] maximam partem exquisite [19]; *f*) etenim iis morbi temporibus aegros ad sorbitiones conuertunt ab exhausto et inedia [20], quibus confert a sorbitionibus proxime ad inediam accedere [21]: praesertim si tum contigerit inualescere mor-

bum[22]. Nonnunquam etiam[23] cruda attrahunt[24] a capite[25], et e thorace bilioſa; tum vigiliae cadunt in eos[26], quarum vitio efficitur, vt morbus non mitificetur[27]. Tum etiam triſtes redduntur et amarulenti[28], et delirant[29], tum etiam crebris micant ignibus oculi[30], tum ſono aures implentur[31], extimae partes frigent[32], *b*) tenues vrinae, ſputa tenuia et falſa et colorata, ſudores[33] circa ceruicem, iactationes[34], tum etiam ſpiratio in faucibus eliſa[35], cum inſpiratur frequens[36] aut admodum magna; ſupercilia morofitatem prae ſe ferentia[37]; Leipothymia praua, tum etiam veſtimentorum a thorace reiectio[38] et tremulae manus: nonnunquam etiam inferius labrum concutitur[39]. Quae omnia eiusmodi ſunt, vt, ſi ineunte morbo apparuerint[40], inſignis delirii ſignificationem afferant; ac fere omnes ita affecti moriuntur[41]. Caeterum, qui mortis periculo defunguntur, ii certe aut cum abſceſſu[42], aut ſanguinis profuſione per nares[43], aut craſſum pus expectorantes[44] defunguntur. Caeterum id nunquam fit aliter[45].

SCHOLIA.

1) Quod ſcilicet diaeta tenui peccant aegri, et ideo damnis augentur, ratione morbi, qui inualeſcit, et repentina mutatione ventriculi ab otio ad negotium.

2) Vbi ſcilicet coniuncta ſunt illa ſanorum exempla.

3) Sedulo et diligenter perſpecta.

4) Ne quis, ſcilicet veterum Gnidiorum, in praeſcribenda diaeta ignorantiam imitetur.

5) Vt ſorbitionem ptiſſanae, alicae, chondri.

6) Id eſt, cibum ex lactis, mellis, aquae, vini, caſei mixtione confectum, gallice vocatur *Tourteau*.

7) Quae aeque naturae ſtudeat et pugnet cum morbo.

8) Hoc eſt, morborum principio.

9) Ex quo efficitur, non ante concoctionem, de acceſſione cibi faciēnda cogitandum; ante vero ſemper locum eſſe debere deducendi potius quam adiungendi.

10) Auo-

10) Avocata natura ab inſtituto certamine, et inualeſcente morbo.

11) Hoc eſt, ſi quid ineunte morbo peccetur.

12) Quia, ſi quid ineunte morbo peccetur, hoc peccatum non aeque eſt inſanabile, & quod repentina mutatione ab inedia, inconſiderate praeſcripta, ad cibi vſum, morbi fiant lethales, alioqui ſanabiles, niſi forte ſint admodum mites.

13) Adhibita ſcilicet prouiſione purgationis, vacuationis, et alleuamenti doloris, vt quoque eſt opus.

14) Quod infirmae ſint vires, et cum maioris infirmitatis metu, aeger natura et temperamento bilioſus; quod diuturnior morbi hiſtoria; tum enim defraudato aegri per inediam genio, cibum exhibere cogeris, cum minime eſt opus, nec decet, crudo ſcilicet adhuc morbo, ventriculum ab otio ad negotium conuertere; ſic enim morbus, alioqui ſanabilis, redditur inſanabilis, acuto morbo, et natura quodammodo violata.

15) Qui loco non vtuntur, quamvis vti non debent.

16) In graeco eſt negatio ἐ, ſed male.

17) Vt in pleuritide ſicca, ſi vires valeant ſine infirmitatis metu.

18) Vt ab inedia ad cibi vſum conuertant.

19) Id eſt, ab exquiſita inedia ad largiorem cibi vſum, vel vt eo tempore mutationem ſuſcipiant, vt fiat mutatio materiae et aegri.

20) Inediam vertit *κενεαγγείαν*.

21) Id eſt, in inedia ipſa verſari, eaque extrema.

22) Vniverſali vel particulari acceſſione.

23) Ac ſi dicat *Hippocrates*, non ſolum ea mutatione ab inedia ad cibi vſum, priusquam mitificatus fuerit morbus, inſanabilis redditur; ſed etiam propter vim morbi iis damnis aegri ſuopte vitio augentur.

24) Exhauſta aluo.

25) Scilicet venae arefactae ventriculusque exhauſtus contrario ſuae naturae motu.

26) Somnum inire nequeunt, quod in ſomni neceſſitate ſomni cauſae naturales deſiderentur, nempe ſanguinis bona *ἀναθυμίασις*, et bona cerebri temperatio.

27) Fractis viribus, efferaque reddita morbi materia.

28) Moribus et ſapore.

29) Concepta in cerebro bile, aut efferueſcente in aluo; delirant itaque morum diſſimilitudine, indecora corporis conditione, abſurditate verborum, et imperceptione doloris.

30) Ab

30) Ab anathymiasi fuliginosa, vel a tenuiore sanguine; quorum illud delirium significat, hoc futuram crisim; nam μαρμαρυγώδεα ὄμματα aut sunt critica, aut symptomatica.

31) Tum per idiopathiam cerebri, tum per sympathiam eruditatis.

32) Male affecto morsu ventriculo.

33) Oboriuntur symptomatici virium infirmarum et malignae qualitatis.

34) Ἄλυσμοὶ nauseae participes, cum nullo consistunt loco.

35) Quae musculorum quandam conuulsionem significat.

36) Ob thoracis contumaciam et auctum vsum, cum virium robore.

37) Amborum scilicet conuulsione, aut alterutrius resolutione.

38) Ob oppressionem diaphragmatis.

39) Vellicato ore ventriculi, ab affluxu bilis acris, et est vomitus certissimum signum, per continuitatem interioris tunicae.

40) Vt nulla perturbationis criticae excusatio afferri possit.

41) Per alienationem cerebri, a forti alteratione.

42) Qui sit ἀντίῤῥοπος κατ' ἴξιν in parte totius materiae capace, a superioribus partibus ad inferiores vt *Lib. I. Epid. Hist.* 3. contigit Herophonti, qui, a delirio, abscessum habuit primum quidem in sinistro hypochondrio, mox in sinistro crure.

43) Vt in Metone *Lib. I Epid. Hist. 7. particul.*

44) Vt in Pythione *Lib. III Epid. Hist. 3.*

45) Ac si diceret, coctione, et excretione, vel abscessu causarum, periculo mortis natura defungitur, aliter vero nunquam.

NOTAE.

a) Οἱ δὲ καὶ Κυκεῶνα.) Κυκεὼν Erotiano dicitur πόμα μετὰ ἀλφίτα τεταραγμένον, potio cum farina mista.

b) πολλῷ μέν τοι.) Malim vertere; Sed quae hoc tempore praeter legem fiunt, et peccata committuntur, minus damni adferunt, et sic etiam Foesius. Duretus videtur ἁμαρτηθέντι legisse, quod etiam Lindenius habet; quod tamen non arridet.

c) Planius multo cum Foesio vertamus: Quae vero per initia errata committuntur.

d) ἐ

d) ἐ χρὴ κενεαγγέων.) Duretus particulam ἐ hic ſublatam ante κενεαγγέσι poſuit, et quidem male, vt apparet ex ſequentibus: ἐν ᾗσι δὲ ἐ χρὴ μεταβάλλειν; Imo probant etiam antecedentia.

e) ἁμαρτάνεσιν.) Duretus ſine dubio ἀπαρτὶ legit, quod Foeſio teſte, in optimis Codicibus eſt, et ab ipſo defenditur. Sed malo ἁμαρτάνεσιν, et hanc lectionem veram eſſe docent, quae proxime ſequuntur.

f) Vertendum: aliquando vero iis etc. Nam in Graeco eſt: ἐνίοτε δὲ. Quod ſequitur, καιροῖσι, an non praeſtat occaſionibus vertere?

g) ἀπὸ τῆς κεφαλῆς.) Nonne ſatius eſt ἐπί τε κεφαλῆς cetr. legere? et ad caput trahere. Quae cruda ad caput attrahi poſſint, animo comprehendere valeo, minus, quae detrahere. Et ſic quoque de pectore, ad quod aduocari bilioſa poſſe videntur, non deduci, niſi quis vellet hic τόπον περὶ τὸν θώρηκα hypochondrion dextrum intelligere, ſub quo hepar, bilis officina. Id enim Hippocrates alibi dicit in thorace poſitum eſſe. Duretus ſimpliciter e thorace vertit, ſed verius utique Foeſius: a thoracis regione.

h) Vertas potius tenues et crudae; in graeco enim: ἄπεπτα.

i) Καὶ κέχρωσμένα.) Vertas: et colore ſincero tincta et exigua. Quid vero ſit ſputum ſincerum, et quod colorato opponitur, ex Celſo diſcas, qui ait Lib. II. Cap. 8. nihil pejus eſt, quam ſincerum id edi, ſiue ruſum eſt, ſiue cruentum. Sed τὰ πτύαλα χρωματίζεσθαι, inter bona ſigna ab Hippocrate in Coacis refertur, τὰ ἄκρητα πτύαλα inter mala.

k) Καὶ πνεῦμα.) πνεῦμα προσπλαίον ἐν τῇ ἄνω φορῇ proprie denotat ſpiritum offendentem, dum ſurſum prodit.

Οὐ δὲ γὰρ τοιστέων ὡρέω ἐμπείρως τὸς ἰη- IX.
τρὸς, ὡς χρὴ διαγινώσκειν τὰς ἀσθενείας ἐν
τῇσι νόσοισιν αἵ τε διὰ κενεαγγείην ἀποτελῶνται,
αἵ τε δι' ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν, αἵτε διὰ πόνον,
καὶ ὑπὸ ὀξύτητος τῆς νόσε. Ὁκόσα τε ἡμέων

ἡ Φύσις καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισιν ἐκτετνῶι πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα, καί τοι σωτηρίην, ἢ θάνατον φέρει γινωσκόμενα ἢ ἀγνοόμενα τὰ τοιαῦτα. Μέζον μὲν γὰρ κακόν ἐσιν, ἢν διὰ τὸν πόνον, καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς νόσε, ἀθενέον τι προσφέρῃ τις ποτὸν, ἢ ῥόφημα πλεῖον, ἢ σιτίον, οἰόμενος διὰ κεναγγείην ἀθενέειν. Ἀεικὲς δὲ καὶ διὰ κεναγγείην ἀθενέοντα μὴ γνῶναι καὶ πιέζειν τῇ διαίτῃ. Φέρει μὲν γάρ τινα κίνδυνον καὶ ἄυτη ἡ ἁμαρτὰς πολλῷ δε *a*) ἧσσον τῆς ἑτέρης. Ἐι γὰρ ἄλλος ἰατρὸς ἢ καὶ ἰδίωτης εἰσελθὼν, καὶ γνὺς τὰ συμβεβηκότα, δῴη καὶ φαγεῖν καὶ πιεῖν, ἅ ὁ ἕτερος ἐκώλυσεν, ἐπιδήλως ἂν δοκοίη ὠφεληκέναι. *b*) Τὰ δὲ τοιαῦτα μάλισα καθυβρίζεται, τῶν χειρονακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· δοκέει γὰρ αὐτέοισιν ὁ εἰσελθὼν ἰητρός, ἢ ἰδιώτης, ὡσπερεὶ τεθνεῶτα ἀνασῆσαι. *c*) Γεγράφεται δ᾽ ἂν καὶ περὶ τετέε, σημήια, ὅισι δεῖ, ἕκασα τετέων διαγινώσκειν. παραπλήσια μέν τοι τοῖσι κατὰ κοιλίην καὶ ταῦτά ἐσι. Καὶ γὰρ ἢν ὅλον τὸ σῶμα ἀναπαύσηται πολὺ παρὰ τὸ ἔθος, ἐκ αὐτίκα ἔρρωται μᾶλλον.

d) Ἢν

d) Ἦν δέ δὴ καὶ πλείω χρόνον διελιννύσας ἐξαπίνης ἐς τὰς πόνους ἔλθῃ, *e*) φλαῦρόν τι πρήξειεν ἐπιδήλως. Οὕτω δὲ καὶ ἕν ἕκαστον τῶ σώματος, *f*) καὶ γὰρ οἱ πόδες τοιόν δέ τι πρήξειαν, καὶ τὰ ἄλλα ἄρθρα μὴ εἰθισμένα πονέειν, ἢν διὰ χρόνου ἐξαπίνης πρὸς τὸ πονεῖν ἔλθῃ. Ταῦτα δ' ἂν καὶ οἱ ὀδόντες καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ πάθοιεν, καὶ πᾶν ὁτιοῦν, *g*) ἐπεὶ καὶ ἡ κοίτη παρὰ τὸ ἔθος μαλθακὴ πόνον ἐμποιέει, καὶ σκληρὴ παρὰ τὸ ἔθος, καὶ ὕπαιθρος ἐυνὴ παρὰ τὸ ἔθος, σκληρύνει τὸ σῶμα. Ἀτὰρ καὶ τὰ τῶν τοιῶν δὲ πάντων ἀρκέει παραδείγματα γράψαι. Εἰ γάρ τις ἕλκος λαβὼν ἐν κνήμῃ, μήτε λίην ἐπίκαιρον μήτε λίην ἔυηθες ὄν, καὶ μήτε ἄγαν δυσελκὴς ὢν, μήτε ἄγαν ἐυελκὴς, αὐτίκα ἀρξάμενος ἐκ πρώτης κατακείμενος ἰητρέυοιτο, *b*) καὶ μηδαμῇ μιτεωρίζει τό σκέλος ἀφλέγμαντος μὲν ἂν ὅτως εἴη, καὶ ὑγιὴς πολλῷ θᾶσσον ὅτω γένοιτο, ἢ εἰ πλανώμενος ἰητρέυοιτο. Εἰ μέν τοι, πεμπταῖος, ἢ ἑκταῖος, ἢ καὶ ἔτι ἀνωτέρω ἀνασὰς ἐθέλοι προβαίνειν, μᾶλλον ἂν πονέοι τότε, ἢ εἰ αὐτίκα ἐξ ἀρχῆς πλανώμενος ἰητρέυοιτο.

υοιτο. Ἐι δὲ καὶ πολλὰ ταλαιπωρήσειεν ἐξαπίνης, πολλῷ ἂν μᾶλλον πονήσειεν, l) ἢ ἐκεῖνως ἰντρευόμενος ταῦτα ταλαιπωρήσειεν ἐν τάυτησι τῇσιν ἡμέρῃσι. Διὰ τέλεος ἓν μαρτυρεῖ ταῦτα πάντα ἀλλήλοισιν, ὁτι πάντα ἐξαπίνης μείζω πολλῷ τᾧ μετρίᾳ μεταβαλλόμενα ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τὰ, βλάπτει. m) Πολλαπλασίη μὲν ἓν κατὰ κοιλίην ἡ βλάβη ἐσὶν, ἢν ἐκ πολλῆς κενεαγγείης, ἐξαπίνης πλέον τᾧ μετρίᾳ προσαίρηται. Ἀτὰρ καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα, ἢν ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πλείω πόνον ἔλθοι, πολὺ πλείω βλαβείη, ἢ εἰ ἐκ πολλῆς, ἐδωδῆς ἐς κενεαγγείην μεταβάλλοι. Δεῖ μέν τοι καὶ τὸ σῶμα τετέοισιν ἐλιννύειν, καὶ ἢν ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίης ἐξαπίνης ἐς σχολὴν, τὸ καὶ ῥᾳθυμίην ἐμπέσῃ, δεῖ δὲ καὶ τετέοισι τὴν κοιλίην ἐλιννύειν πλήθεος βρώμης, ἢν δὲ μὴ, πόνον ἐν τῷ σώματι ἐμποιήσει, καὶ βάρος ὅλῳ τᾧ σώματος. Ὁ δὴ ἓν πλεῖσος μοι λόγος γέγονε περὶ τῆς μεταβολῆς τῆς, ἐπὶ τῆς διαίτης, καὶ ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τά. o) Ἐς πάντα μὲν ἓν ἔυχρηςον ταῦτα εἰδέναι, ἀτὰρ καὶ περὶ ἓ ὁ λόγος ἦν,

ὅτι

ὅτι καὶ ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νέσοισιν ἐς τὰ ῥοφήματα μεταβάλλεσι ἐκ τῆς κενεαγγείης. Μεταβλητέον γὰρ, ὡς ἐγὼ κελεύω ἤδη. Ἔπειτα δ' χρηϛέον ῥοφήμασι, πρὶν ἡ νῆσος πεπανθῇ, ἢ ἄλλο τι σημεῖον φανῇ, ἢ κατ' ἔντερον κενεαγγικὸν ἢ ἐρεθισικὸν, ἢ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια, ρ) ὁκοῖα γεγράφεται σημεῖα. Ἀγρυπνίη ἰσχυρὴ πόματα καὶ σιτία ὠμὰ καὶ ἀπεπτότερα ποιέει. Καὶ ἡ q) ἐπὶ τὰ ἕτερα ἦν μεταβολὴ διαλύει σῶμα καὶ ἐφθότητα, καὶ καρηβαρίην ἐμποιέει.

Extremum illud eſt, nec harum diſtinctionum [1] peritos noui medicos, quemadmodum oporteat ſcire virium infirmitates in morbis, ſiue illarum cauſa ſit vacuatio per inediam, ſiue ob aliud irritamentum [2], ſiue ob laborem alicuius partis principis, ſiue ob vehementiam morbi [3]. Tum autèm quaecunque ſua cuique natura et habitus pathemata aferat [4], variasque ſpecies, quamuis haec, ſi cognita fuerint aut ignorata a Medicis, ſalutem aut exitium afferunt. Etenim maius damnum aegro adfertur, ſi ei, qui ob laborem [5] morbique vim infirmior eſt, exhibeat quis potionem aut ſorbitionem largiore manu, aut cibum, ratus ab exhauſto infirmum eſſe. Dedecet autem (fateor) non intelligere et animaduertere eum, qui ab exhauſto [6] laborat, tenuique diaeta opprimere; periculum enim hoc affert, ſed multo minus, quam ſi aliter peccetur [7]; Eſt autem ridiculum magis hoc peccatum altero [8]. Etenim ſi alter Medicus aut plebeius

beius quispiam, qui ad aegrum accesserit, quae contigerint, nouerit, dederit ea, quibus alter aegrum prohibuit, aperte videatur adiumentum attulisse [9]. Talia vero cauillis et dicteriis incessuntur a vulgo: Etenim videtur is, qui postremo accessit, Medicus aut plebeius, aegri vitam ex faucibus fati ereptam restituisse. De his autem signa scribentur [10], quibus singulas causas distinguere et discernere oporteat. Enimvero similia sunt etiam haec iis, quae proprie ad aluum pertinent. Etenim si vniuersum corpus, praeter vitae institutum, multum quieuerit, non statim magis robustum euadit. Quod si etiam diutius feriatur corpus, vel ab otio traductum repente se ad labores conuerterit, perperam [11] efficiet, quidpiam si efficere velit. Eodemque modo de vnaquaque corporis parte iudicandum. Etenim pedes huiusmodi quidpiam [12] caeterique omnes artus, qui otio dediti fuerunt, nec laborare consueuerunt, si ex diuturniore otio ad laborem repente se conuerterint. Quinetiam et oculi ipsi [13] dentesque [14] idem patientur, atque adeo vnaquaeque pars corporis. Quando et cubile ipsum, praeter consuetudinem, molle [15], laborem affert; item et durum praeter morem. Tum etiam sub dio expositum praeter morem corpus indurat. Quinetiam istiusmodi omnium [16], quae adducta sunt in quaestionem, sufficiet exempla proponere. Etenim si quis vulnere sauciatus in crure, nec admodum magno [17], nec leui, atque is, qui vulnus accepit, nec admodum sit contumax curatuque difficilis, nec ita facilis; statim vt vulnus accepit, a primo die decumbens, medicinam suscipiat, ac nullo modo suspendatur crus [18], inflammationis tum erit expers ac celerius sanescet [19], quam si obambulando et deerrando medicina fiat: tum in quinto

aut

aut ſexto die aut tardius etiam ſurgens e lecto maius negotium faceſſet, *i*) quam ſi, ineunte morbo, in curatione peccaſſet. *k*) Quod ſi progrediendo ſe fatigarit, multo magis laborabit, quam ille, qui curationem recipiendo, illis ipſis diebus defatigatus fuerit. Atque vt in ſumma dicam, haec omnia ſibi inuicem adſtipulantur, quod omnia, quorum in hanc aut illam partem ſupra modum mutatio fit repentina [20], damnum afferunt [21]. At infinitis partibus maior eſt noxa, quae aluo infertur, ſi a diuturna vacuatione [22] repente plus cibi adiungatur. Quin etiam in vniuerſo corpore, ſi ex diuturno otio, repente quis ad vehementiorem laborem ſeſe conuerterit, ea multo grauioribus damnis augebit mutatio, quam ſi a liberaliore victu, ad inediam ſeſe conuerterit. Eſt igitur neceſſe, quorum corpus omnino quieſcere in otioque et vmbra viuere oportet, quamuis multo fractum labore, ad otium et ad ignauiam transferatur. Quin etiam et iis, qui abſtinentia cibi ſuum defraudauerunt genium, aluum ceſſare oportet [23] cibi copia; ſin minus [24], damnum et offenſionem corpori afferent, vniuerſique corporis grauitatem ſentient [25]. Sane longa fuit inſtituta diſputatio de mutatione *n*) [26], quae in hanc aut illam partem ſuſcipitur, ſed tamen haec omnia vtiliſſimum fuerit ſcire [27]. Caeterum illud eſt noſtri inſtituti proprium, quod ſcilicet in acutis morbis [28], veteres rerum ignari et inſolentes, ab inedia [29] ad ſorbitiones inconſiderate et imprudenter conuertunt [30]: mutandum quidem puto, vt praecipio iam inde vsque [31]. Deinde ſorbitionibus non eſſe vtendum, priusquam morbus fuerit mitificatus [32], aut aliud ſignum appareat [33], aut vacuationis per aluum [34], aut alui irritatae [35]: aut etiam collapſa atque ſuſpenſa appareant hy-

pochondria, quorum ſigna paulo poſt dicentur. Vigilia pertinax [36], potionem et cibos crudos omnisque coctionis expertes [37] reddit, mutatioque in contrariam partem facta [38], corpus effoetum [39] reddit, et corpus turgidulum excoctumque [40] facit, et capitis gravitatem inducit. [41].

SCHOLIA.

1) Vt, cum ex viribus ſigna duci debeant, ne falſa infirmitatis opinione decipiamur, non perſpecta infirmitatis cauſa, quae multiplex eſt, proptereaque cibum exhibendum putemus.

2) Vt medicamenti vſu, lumbricorum morſu.

3) Acuti, qui celeriter, continenter et vehementer mouetur.

4) Vnde multi, vel a temperamento, vel a corporis conformatione fiunt infirmi.

5) Principis partis.

6) Hoc eſt, diſſipatione noſtrae triplicis ſubſtantiae, per vacuationem aſpectabilem aut inaſpectabilem.

7) Id eſt, quam ſi ex falſa infirmitatis opinione, quis cibum exhibeat.

8) Quod committitur, cibum adiungendo, in falſo credita infirmitate, nempe illius infirmitatis cauſam eſſe vacuationem aliquam.

9) Qui conuenienter perſpecta infirmitatis cauſa, cibum exhibuit, quem prior Medicus prohibuerat.

10) Quaſi dicat, exemplo aliarum partium, facile quiuis intelliget, grauiſſimam eſſe mutationem ab otio ad negotium.

11) Ignauia enim exſoluit, ac proprii officii exercitatio robur augere ſolet.

12) Hoc eſt, inepti in progrediendo et ſtando reddun-tur, cruraque progrediendo titubant.

13) Videndo.

14) Mandendo.

15) Ei, qui decumbit.

16) Quae fiunt, quaeque apparent in repentina mutatione ab otio ad negotium.

17) Vel dignitate partis, vel amplitudine diuiſionis, vel humoris, maligna vi affluentis, vulnus magnum dicitur.

18) Hoc

18) Hoc eſt, neque ſtando, neque ſedendo, neque deambulando, ſed immotum crus maneat.

19) Per ſyſſarcoſim, quam inflammatio impediret. Inflammatio autem contingeret, ſi ſuſpenſum crus teneretur ſedendo, ambulando, ſtando.

20) A negotio ad otium, a deductione cibi ad adiunctionem, et contra.

21) Immutatione temperamenti et habitus, vnde illud firmiſſimum afferri poteſt, quod omnis mutatio inſignis, quae in naturas et habitus hominum cadit, maxime morbos parit.

22) Per abſolutam cibi detractionem.

23) His, qui feriantur a labore nimio.

24) Hoc eſt, qui tantum cibi feriando non deduxerit, quantum laboris.

25) Coctionis difficultate, digeſtionis prauitate, quia *ventris ſegnities vaſorum impuritatem et omnium confuſionem parit, aph. 1. Sect. 3. Lib. VI. Epid.*

26) Per theoremata, axiomata, et exempla ſymptomatum, quae cadunt in ſanos et aegros.

27) Tum ad conquirendam, tum ad conſeruandam ſanitatem.

28) Qui celeriter, continenter, et vehementer mouentur.

29) Hoc eſt, poſt tridui aut quatridui abſolutam deductionem cibi.

30) Cum non opus eſt, minimeque decet, quamuis illae ſorbitiones cum ſummo qualitatis delectu exhibeantur.

31) Ex perſpicientia naturae.

32) Si validae ſint vires cum ſecuritate, ſine infirmitatis metu.

33) Infirmarum ab exhauſto virium, non ab acuta vi morbi.

34) Aut alterius cuiuslibet manifeſtae aut inſenſibilis vacuationis, vnde certa magnae diſſipationis ſubſtantiae ſigna eluceant.

35) Morſu bilis acrioris, aut lumbricorum.

36) Cum ſtudia philoſophiae, et curae, cogitationesque nullam illi partem diei neque diurnae neque nocturnae impertiunt, ac omnino ſomni expers et aſſidua vigilia.

37) Ὠμὰ cruda ſunt, ſed coctionis capacia; ἄπεπτα cruda ſunt, ſed coctionis non capacia; Etiamſi videatur idem ὠμὸν καὶ ἄπεπτον. Ergo coctionis expertes diſſipatione caloris

ris natiui, qui per immoderatas vigilias, relicta naturali oeconomia, ad ambientem cursum inflectit.

38) Vt est diuturnior somnus, nempe coacto vitali calore et spiritu a superficie ad centrum, vt fit in tenebris: Etenim vt calor natiuus intro aut foras cursum inflectit; ita somni et vigiliarum inclinationes fiunt.

39) Hoc est, pigrum et plumbeum reddit.

40) Ob excrementa, quae diu dormiendo halituosa fiunt, apparentque turgiduli homines, pallidi, atque quodammodo excocti.

41) Capite oppleto fuliginosis excrementis, et imminuta caloris nativi, atque spirituum suauitate, tenuitate, atque adiuncta impuritate.

NOTAE.

a) ἧσσον τῆς ἑτέρης) Quam si illo altero, id est, priore modo, peccetur.

b) τὰ δὲ τοιαῦτα) Et ob eiusmodi maxime peccata artifices ab hominibus cauillis dicteriisque incessuntur.

c) γεγράφεται ἓν καὶ) Verba περὶ τατέκ interpretes vel non, vel male expressérunt. Περὶ hic idem est ac ἕνεκα, quare verti oportet: Propterea et signa scribentur, quae de horum singulis haberi debent.

d) ἦν δὲ δὴ) Vulgo legunt, ἢν δὲ δὲ, sed cum Lindenio mutaui in ἦν δὲ δὴ, quod frequenter occurrit apud Hippocratem, vt paullo inferius: ἦν δὲ δὴ καὶ ποδῶν ψυχρῶν ποτὲ ἐόντων ποθῇ.

e) φλαυρόντι) Manifesto damno afficietur. Πράσσειν hic pro πάσχειν positum est.

f) καὶ γὰρ ὁι πόδες) Foesius habet: καὶ γὰρ ἦν ὁι πόδες. Deleui τὸ ἦν, quod sensum manifesto turbabat, et vertere malim: Nam pedibus quoque et reliquis artubus, laborare non solitis, eadem euenient, si ex cetr.

g) Επὶ καὶ ἡ κοίτη.) Scriptum erat κοίτη ἥ, mutaui sedem articuli, vt natura linguae graecae postulabat.

h) καὶ μηδαμῆ μετεωρίζει,) Et nullo modo femina mouerit, nulla inflammatione corripietur, multoque ita facilius sanabitur, quam si ipsi, vel tantum ambulanti, medicina fiat. Cum κατακέμενος praegressum sit, μετεωρίζειν simpliciter mouere interpretari licet.

i) Vertendum est: Quam si ineunte morbo, sine mora interiecta, obambulando curationem admiserit.

k) Ver-

k) Vertendum eſt: Quod ſi repente graues labores ſuſceperit.

l) Ἢ ἐκείνως) Duretus legiſſe videtur ἐκείνος. Verum hoc nullum commodum ſenſum facit. Vera lectio eſt ἐκείνως, adeoque verti debet: Multo peius afficietur, quam ſi illo modo curatus, illis ipſis diebus, multa ſubito laborauerit. Ἐκείνως ſpectat ad verba: ἢ εἰ αὐτίκα ἐξ ἀρχῆς πλανώμενος ἐπετρέυοιτο.

m) Πολλαπλασίη.) Haec vox proprie multiplex ſignificat. Sed hic locus interpretibus admodum obſcurus habitus eſt, et ab eorum nullo ita conuerſus, ut, quae Hippocratis mens fuerit, aſſequi ex interpretatione liceret. Mihi videntur verba: ἀτὰρ καὶ κατὰ τὸ ἄλλο - - - - - πλέω βλαβέη vere interpoſita eſſe. Quare ſic verterim: Venter igitur varie laeditur, ſi poſt longam et magnam inanitionem, maior, quam cui quis adſueuit, cibi modus, ingeritur, (verum et ceterae partes, vbi quis a multo otio ad magnum laborem ſubito tranſitum facit, multo maiorem noxam patiuntur,) aut ſi a multo cibo ad abſtinentiam ſe conuertit. Et hos quidem quietem corpori concedere oportet. Imo ſi ex multo labore ad otium et ignauiam ſubito progrediuntur, vt venter etiam quieſcere valeat, de cibis aliquid detrahendum eſt. Reliqui Interpretes, quod in verbis: ἢ εἰ ἐκ πολλῆς ἐδωδῆς cetr. particulam ἢ per quam, reddiderunt, non potuerunt vtique commodum aliquem ſenſum elicere.

n) Addendum ſeu inſerendum ex graeco: in victus ratione: ἐπὶ τῆς διαίτης.

o) Ἐς πάντα μὲν ἔν.) Duretus ſeparauit haec a ſequentibus, praeter rationem. Neque aliter Foeſius interpunxit, etſi recte conuertit. Puto apertiſſimum eſſe, debere haec verba ſic, vt a nobis factum eſt, conſtitui. Ita autem verto: Haec igitur, cum in uniuerſum ſcire vtile eſt, tum ad id etiam, de quo ſermonem faciebamus, quod in acutis morbis, ab inanitione vaſorum, ad ſorbitionem tranſire (aegros) iubent. Sic enim tranſeundum eſt, vt iam ante praecepi.

p) Ὁκοῖα γεγράφεται.) Vertendum: qualia ſigna. Nempe ſe indicaturum eſſe illa ſigna dicit, quae, vbi apparuerint, cogere medentes poſſint, vt ante, quam morbus mitificatus ſit, ſorbitiones concedant.

q) ἐπὶ τὰ ἕτερα.) Mutationes in rebus vult, quas medentes non naturales nominant. Ex his ſomnus et vigilia, cuius noxam in cibo et potu indicauit. Si in reliquis ab vna ad alteram tranſitus fiat, corpus ſolui cetr.

HIPPOCRATIS COI
DE
VICTVS EXQVISITI RATIONE
IN MORBIS ACVTIS,
SIVE
DE TECMARSI,
LIBER TERTIVS
INTERPRETE
LVDOVICO DVRETO,
SEGVSIANO

I. Γλυκὺν δὲ οἶνον καὶ οἰνώδεα, καὶ λευκὸν, καὶ μέλανα, καὶ μελίκρητον, καὶ ὕδωρ, καὶ ὀξύμελι, τοῖσι δὲ σημαινόμενον, χρὴ διορίζειν ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νέσοισιν. Ὁ μὲν γλυκὺς ἧσσόν ἐσι καρηβαρικώτερος τᾷ οἰνώδεος, καὶ ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος, καὶ διαχωρητικώτερος δή τι τᾷ ἑτέρᾳ κατ' ἕντερον.

At vero dulce [1] vinum, et generoſum, et *a*) album, et nigrum, et melicratum, et aquam, et oxymel, his notis patefacta et ſignificata, diſtinguere oportet [2], in morbis acutis [3]. Nam dulce vinum minus capiti nocet [4], quam generoſum [5], minus arcem animi [6] inuadit, magisque aluum ſubducit, quam aliud quoduis [7].

SCHO-

SCHOLIA.

1) Vinum ſuccus eſt ex vite ſeu vuis expreſſus; qui feruendo vires acquirit: Dulce non aduentitio calore, cuiusmodi muſtum, ſed inſito cuiusmodi intra limites fundentis, mollientis, et lenientis conſiſtit.

2) Et conuenienter ad medendi vſum conuertere, vt ſcilicet proſint, non obſint; (de iis enim diſputat, quatenus ad Tecmarſim faciunt,) vt potius pugnent cum morbo, quam naturae ſtudeant.

3) Cum febre coniunctis, qui cum vehementia celeriter ſuam abſoluunt hiſtoriam aut ad ſalutem, aut ad mortem.

4) Minus auget plethoricis ſymptomatis.

5) Nam vinum generoſum habet inſitas duas cauſas τῆς ἄνω φορᾶς, tenuitatem ſcilicet cum calore coniunctam.

6) Id eſt, eam partem, quae mentis eſt et conſilii.

7) Tum per ſe, tum ex euentu; per ſe quidem, quia vinum nouum bilem generat, quae ſollicitet aluum, praeſertim in bilioſis: per accidens, quia vinum nouum non fertur in meatus vrinarios, et ſola aluus vino dulci fruitur. Quin et ratione ipſius ſubſtantiae, vinum dulce obſtructiones facit, eſt enim craſſum.

COMMENTARIVS.

Quoniam in morbis acutis, praecipuum Medici ſtudium in eo debet verſari, vt non tam naturae ſtudeat, quam pugnet cum morbo: Ideo alimentorum dotes, (quibus vtendum eſt) Hippocrates proſequitur; vnde in primo libro de Ptiſſana egit, propoſito nimirum exemplo, quod caeteras res eiusdem generis dignitate et perſpicuitate ſuperaret: Nunc de vino, aqua, oxymelite, et mulſa diſputat, dioriſmos et indicationes multas proponens, quibus aut inducatur aut deterreatur Medicus, ne praeſcribat ea. Galenus Hippocratem reprehendit initio ſui commentarii, quod non ſolum ἀτάκτως, ſed etiam ἀδιορίστως diuiſionem vini conſtituerit. At certe in opere alieno ingenioſus, nec per quem profecerit, profitetur. Non enim hoc intendit Hippocrates, vt

vini omnes differentias perſequatur, ſed quantum breuitas paſſa eſt, aliquot differentias explicauit. Cum enim in vino conſiderentur odor, color, conſiſtentia, ſapor, et vires; dum meminit vini albi, nigri, odorem quidem non adumbrat, ſed colorem et conſiſtentiam; ſaepe enim fit, vt album vinum tenuium ſit partium, nigrum craſſarum. Dum dulcis meminit, de ſapore intelligit; cum generoſi, de viribus. Odor autem cum habeat multas differentias, quae ſint inexplicabiles, et a ſapore iudicentur, ſubticuit, relinquens id iudicio lectorum. Ita Galenus, dum curioſius Hippocratem reprehendit, vehementiore reprehendendi ſtudio, Hippocratem voluit experiri. Caeterum omnes differentias Galenus perſequutus eſt *Comm. in part. I. huius Lib. et Lib. de Euchymia et Cacochym.* Porro non erit alienum exponere axioma vulgare, nos ali rebus dulcibus: Nomen dulcis ambiguum valde eſt; ſaepe enim ſignificat id, quod alienae omnis qualitatis expers eſt, et ab Hippocrate dicitur ἀδενὲς *Lib. VI. Epid. Sent. 18. Sect. 4.* Atque hoc loco nomen dulcis ita eſt accipiendum. Cum id, quod e nobis effluit, ſit amicum et iucundum nobis, id eſt, ex vſu ad reſtaurandum effluuium, quod rei deperditae deſiderium leniat: Hoc autem debet contineri intra limites rei fundentis, lenientis et mollientis; Quod iis contingit, quibus artus obriguerunt per niues, dum lauantur aqua calida: haec enim continetur intra limites rei fundentis, lenientis, et mollientis. Plus enim ab ea iuuantur, quam ſi corpus igni obieciſſent.

NOTA.

a) De vino albo vide ſis Garciae Lopii Commentar. de varia rei Medicae lectione. Cap. XVI.

Μεγα-

Μεγαλόσπλαγχνος δὲ σπληνὸς καὶ ἥπα- II.
τος. Οὐκ ἐπιτήδειος ἦν ἀδὲ τοῖσι πικροχόλοι-
σι· καὶ γὰρ ἦν διψώδης τοῖσί γε τετέοισίν ἐσιν,
ἀταὰρ καὶ Φυσώδης τῶν ἄνω, ἐ μὴν πολέμιός
γε *a*) ἀυτῷ ἐντέρῳ τῷ κάτω, ὡς κατὰ λόγον
τῆς Φύσης, καὶ τοί γε ἐ πάνυ πορίμη ἐσὶν, ἢ
ἀπὸ τᾶ γλυκέος ὄινε, Φύσα, ἀλλ' ἐγχρονίζει
περὶ ὑποχόνδρια· καὶ γὰρ ἦν ἧσσον ἦτος διερη-
τικὸς γίνεται τὸ ἐπίπαν τᾶ οἰνώδεος λευκᾶ.

Sed tamen tumorem hepatis, aut lienis adauget [1]: Ob eamque cauſam non picrocholis eſt accommodatum; etenim huiusmodi naturis [2] eſt ſitiferum. Quin etiam et inteſtino ſuperiore [3] flatus excitat; ſed tamen inteſtino inferiori non eſt admodum moleſtum, pro ratione flatus [4], quamuis non admodum ſit meabilis, qui a vino dulci excitatur, flatus: ſed in hypochondriis ipſis cunctatur. Etenim vinum hoc dulce *b*) minus eſt diureticum [5], quam generoſum album.

SCHOLIA.

1) Id eſt, efficit tumorem, et factum auget, quia, cum ſit dulce, crudum ab hepate inflammato trahitur, (hepar enim maiorem vim habet attrahendi, quam a ſe expellendi,) per anguſta viarum eo defertur, ex amplitudine inteſtinorum et venarum meſaraicarum, ibique tanquam concluſum in ergaſtulo, feruet et in bilem conuertitur.

2) Picrocholis ſcilicet, quia bilem adauget, dum feruet nouam qualitatem acquirendo; ſiue bilioſi ſint habitu aut natura: aliud enim eſt bilioſum temperamento, aliud bilioſum habitu: nam habitu mulieres ſunt bilioſae, tum quia canaliculus veſiculae fellis poteſt ferri ad fundum alui, tum quia

quia habet corpus δυσδιαφόρητον, ideo *Lib. I. Epid.* c) ὀξυθυμίαν mulieribus accommodat.

3) Hoc eſt, aluo.

4) Quia non prius erumpit materia, quam materia flatus ſuperata fuerit.

5) Id eſt, non tantam vim habet fundendi ſerum et ſegregandi a ſanguine: craſſum enim eſt; nullum autem craſſum eſt diureticum.

COMMENTARIVS.

Vinum maluaticum, vinum rubrum generoſum, et vinum nouum μεγαλοσπλάγχνοις valde nocent, ſed diuerſa ratione; vinum quidem nouum obſtructiones faciendo: at vinum generoſum καὶ μεγαλοσπλάγχνοις et melancholicis officit, quia flatus cumulate generat; quod ideo accidit, quia vſu vini generoſi μέλας χυμὸς ζυμοῦται, vnde flatuum cumulus. Ideo flatuoſis melancholicis confert vſus ſyrupi violac. cum decocto hordei, et vinum dilutiſſimum. Vinum dulce non eſt diureticum, quia διαχωρητικόν: Diureticum vero, quod vim habet fundendi ſerum et ſecernendi a ſanguine. Vbi notandum eſt, nullum diureticum eſſe proprium ad expectorandam pulmonum materiam, quia diureticum fundit ſerum, et tenuiorem partem abſorbet, vnde materiam expectorabilem contumaciorem reddit; ideo radix ari maxime nocet, contra multorum opinionem.

NOTAE.

a) αὐτῷ ἐντέρῳ.) Videtur Hippocrates colon inteſtinum intelligere, quare vertendum; ſed tamen huius inteſtini inferiori parti cetr.

b) Inſerendum: in vniuerſum: in graeco enim τὸ ἐπίπαν eſt.

c) Conf. Foeſii Oeconomia.

Πτο-

Πτυάλε δὲ μᾶλλον ἀναγωγός ἐςι τῦ ἑτέρε III.
ὁ γλυκὺς, καὶ οἷσι μὲν διψώδης ἐςὶ πινόμενος,
ἧσσον ἂν τέτοισιν ἀνάγοι, ἢ ὁ ἕτερος οἶνος, οἷσι
δὲ μὴ διψώδης, μᾶλλον ἀνάγοι ἂν τῦ ἑτέρε.
Ὁ δὲ λευκὸς οἰνώδης οἶνος ἔπηνται μὲν καὶ
ἕλκεται τὰ πλεῖσα καὶ τὰ μέγιςα ἤδη, ἐν τῇ
τῦ γλυκέος διηγήσει. Ἐς δὲ κύσιν μᾶλλον πό-
ριμος ἐὼν τῦ ἑτέρε, καὶ διερητικὸς, καὶ καταῤ-
ῥηκτικὸς, αἰεὶ πολλὰ προσωφελέοι ἂν ἐν τάυ-
τῃσι τῇσι νέσοισι. Καὶ γὰρ εἰ πρὸς ἄλλα ἀνε-
πιτηδειότερος τῦ ἑτέρε πέφυκεν, ἀλλ' ὅμως ἡ
κατὰ κύσιν κάθαρσις, ὑπ' αὐτῦ γινομένη, ῥύε-
ται, *b*) ἣν προτρέπηται, ὁκοῖον δεῖ. Καλὰ δὲ
ταῦτα τεκμήρια ἐςι *c*) τῆς περὶ ὄινε ὠφελίης
καὶ βλάβης, ὁκόσα ἀκαταμάθητα ἦν τοῖσιν
ἐμεῦ γεραιοτέροισι. Κιῤῥῷ δὲ ὄινῳ καὶ μέλανι
αὐσηρῷ *d*) ἐν τάυτῃσι τῇσι νέσοισιν, ἐς τάδε ἂν
χρήσαιο, εἰ καρηβαρίη μὲν μὴ ἐνείη, μηδὲ φρε-
νῶν ἄψις, μηδὲ τὸ πτύελον κωλύοιτο τῆς ἀνόδε,
μηδὲ τὸ ἦρον ἰχοίτο, τὰ διαχωρήματα δὲ πλα-
δαρότερα καὶ ξυσματωδέσερα εἴη. Ἐν δὴ τοῖσι
τετέοισι πρέπει ἂν μάλισα *e*) μεταβάλλειν ἐκ

τῦ

τῶ λευκῶ, καὶ ὁκόσα τετέοισιν ἐμφερέα. Προξυνιέναι δὲ δεῖ, ὅτι τὰ μὲν ἄνω πάντα καὶ τὰ κατὰ κύσιν, ἥσσον βλάπτει, ἢν ὑδαρέσερος ᾖ, τὰ δὲ κατ' ἔντερον, καὶ μᾶλλον ὀνήσει, ἢν ἀκρατέσερος ᾖ.

Sed certe maiorem vim habet promouendi [1] expectoratum, quam aliud quoduis [2]. Verum quibus ſitiferum eſt [3] epotum vinum dulce, minus quidem educit, quam aliud quoduis vinum [4]. At quibus non eſt ſitiferum, caeteris vinorum generibus *a*) antecellit. At [5] vero album vinoſum vinum importunitates et opportunitates, quas habeat, in vini dulcis hiſtoria explicuimus. Sed cum idem ad veſicam magis, quam aliud [6] quoduis meabile ſit, maioremque vim habeat ciendi vrinas, et liberandi obſtructa excutiendique, multum adiumenti adfert in huiusmodi morbis, a renum et venarum obſtructione natis ſcilicet. Namque vt concedam ad caetera [7] minus valere, quam aliud quoduis; tamen, quae per veſicam purgatio ab eo ſuſcipitur et fit, multorum eſt vindex [8] malorum, ſi, vt decet, mutatio fiat [9]. Haec ſunt praeſtantiſſima argumenta [10], quae ignota fuerunt maioribus meis. Porro autem vino fluuo [11] et generoſo et vino auſtero ſubaſtringente ad haec tibi vtendum putabis; fluuo quidem, ad intemperiem frigidam alui et ἀπεψίαν, ſi nulla ſit capitis grauitas, nec vlla mentis perturbatio [12]: auſtero vero, ſi expectorato ſputum non prohibeatur [13], nec vrina ſiſtatur [14]; item, ſi nimia ſit in aluo humoris abundantia, excrementaque ſint abradendo moleſta [15], in eiusmodi affectionibus [16] con-

conſentaneum fuerit conuertere ſe ſuppl. ad vini nigri et auſteri vſum, eodemque modo de ſimilibus iudicandum. Sit autem omnibus perſuaſum et ratum, ſuperiores partes [17] minus offendere, minusque partes vrinarias afficere, ſi ſit aquoſum: aluum autem ipſam iuuabit et recreabit magis, ſi meracius [18].

SCHOLIA.

1) Excitando naturae vim, quia nutrit, et eſt gratum thoraci et pulmoni, explicando alas pulmonum, et materiam expectorabilem reddendo meabilem. Hic dioriſmus petitur *ex Comm. in part. 4. huius Lib.*

2) Propterea aſthmaticis, pleuriticis, peripneumonicis ſedata inflammatione per venae ſectionem, conuenienter praeſcribitur.

3) Vt *μεγαλοσπλάγχνοις* et picrocholis.

4) Quia, qua ratione ſitim accendit, eadem materiam expectorabilem reddit contumacem.

5) Ita conuertendum eſt, *at vero vini albi generoſi opportunitates et incommoda in vini albi hiſtoria explicauimus.*

6) Quod ſcilicet vrinas cieat, renes et veſicam expurget, ſed mentem inuadat, cephalalgiam pariat, nec promouendo ſputo, cum dulci ſit conferendum.

7) Vt ad aluum ducendam aluinaque ſymptomata, et promouendum expectoratum.

8) Hoc eſt, nephritico dolore ſoluit.

9) Id eſt, ſi couuenienter ad medendum conuertatur.

10) Hoc eſt, ſigna ſyllogiſtica, vnde tecmarſis comparatur.

11) Vinum fuluum, gallice *a fleur de peſcher*, quod ſcilicet modice palatum cogit feritque, dum bibitur.

12) Quae duo ſymptomata incrementum accipiunt vini purpurei vſu, per anathymiaſeos efferam vim, vt in totum ſit abſtinendum in capitis grauitate, et mentis perturbatione.

13) Propter meatuum anguſtiam, et materiae contumaciam.

14) Obſtructione vreterum.

15) Vt in leienteria et dyſenteria aphthode.

16) In aluo infirma et lubrica.

17) Vt caput, et cerebrum.

18) Quia vinum generoſum parca manu aluum deſiccat.

NO-

NOTAE.

a) Inferendum ex graeco: in euocando, scilicet eo, quod pulmones vexat.

b) Ἢν προτρέπηται.) Optime, vt videtur, Lindenius: si, quale oportet, propellatur vel cedat. Scilicet, quod optimum est, si talia purgantur, qualia, per aegri naturam, et morbi indolem, et alia, decet. Videbatur autem Clarissimo, et mihi amicissimo, Ernesti accommodatius fore, si scriptum esset: ἢν προσφέρηται, ὁκοῖον δεῖ. Et hanc lectionem in nonnullis exemplaribus inueniri, Foesius habet. Quia vero προτρέπεσθαι apud multos auctores sensu propellere legitur, et de vrina ipsa Galenus habeat, Lib. I. ad Glauc. crediderim, nihil mutandum esse. Imo paullo post Hippocrates oxymel vocat ἐς ἄρησιν προτρεπτικόν.

c) Τῆς περὶ.) Haec verba, τῆς περὶ ὄινε ὠφελίης, καὶ βλάβης, quae vertas: de vini vtilitate et noxa; sine caussa a Dureto omissa sunt.

d) Ἐν τάυτῃσι.) Haec ita vertenda: In his morbis, tum quidem vtaris, si nulla sit cetr. Nam quae a Dureto inserta sunt, in graeco non reperiuntur.

e) μεταβάλλειν.) Ab vsu vini albi transitum facere, scil. ad generosum austerum vinum.

DE MELICRATO.

IIII. Μελίκρητον δὲ πινόμενον διὰ πάσης τῆς νόσε, *a*) ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισι, τὸ ἐπίπαν μὲν τοῖσι πικροχόλοισι καὶ μεγαλοσπλάγχνοισιν ἧσσον ἐπιτήδειον, ἢ τοῖσιν, ἃ τοιάτοισίν ἐσιν. Διῤῥώδες γε μὴν ἧσσον τᾷ γλυκέος ὄινε. Πνεύμονός τε γὰρ μαλθακτικόν ἐσι, καὶ πτυέλε ἀναγωγὸν μετρίως, καὶ βηχὸς παρηγορικόν. Ἔχει γὰρ σμηγματῶδες τι *b*) ὁ μᾶλλον τᾷ μετρίᾳ, καταγλιχραίνει τὸ πτύελον. Ἐσὶ δὲ καὶ

καὶ ἐρητικὸν μελίκρητον ἱκανῶς, ἢν μή τι τῶν ἀπὸ σπλάγχνων κωλύῃ, d) καὶ διαχωρητικὸν δὲ κάτω χολώδεων, ἐσὶ μὲν ὅτε καλῶν, ἐσὶ δ' ὅτε κατακορεσέρων μᾶλλον τῷ καιρῷ, καὶ ἀφρωδεσέρων. Μᾶλλον δὲ τὸ τοιῶτο τοῖσι χολώδεσί τε καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι γίνεται. Πτυάλῳ μὲν ἓν ἀναγωγὴν, καὶ πνεύμονος μάλθαξιν, τὸ ὑδαρέσερον μελίκρητον ποιέει μᾶλλον. Τὰ μέν τοι ἀφρώδεα διαχωρήματα καὶ μᾶλλον τῷ καιρῷ κατακορέως χολώδεα, καὶ μᾶλλον θερμὰ, τὸ ἄκρητον μᾶλλον τῷ ὑδαρέος ἄγει. Τὸ δὲ τοιόνδε διαχώρημα ἔχει μὲν καὶ ἄλλα σίνεα μεγάλα. Οὔτε γὰρ ἐξ ὑποχονδρίων κᾶυμα σβεννύει, ἀλλὰ ὁρμᾷ, δυσφορίην τε καὶ ῥιπασμὸν τῶν μελέων ποιέει, ἑλκωδές τέ ἐσι καὶ ἐντέρων καὶ ἕδρης. Ἀλεξιτήρια δὲ τέτων γεγράφεται. Ἄνευ μὲν ἓν ῥοφημάτων, μελικρήτῳ χρεώμενος ἀντ' ἄλλε ποτῷ, ἐν τάυτῃσι τῇσι νέσοισι, e) πολλὰ ἂν ἐυτυχόιης, καὶ ἐκ ἂν πολλὰ ἀτυχόιης. Οἷσι δὲ δοτέον, καὶ οἷσι μὴ δοτέον, τὰ μέγισα εἴρηται, καὶ δι' ἃ ἐ δοτέον. Κατέγνωσαι δὲ μελίκρητον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων,

ὡς καταγειῶι τὲς πίνοντας, καὶ διὰ τῦτον ταχυθάνατον εἶναι νενόμισαι. Ἐκλήθη δὲ τῦτο διὰ τὲς g) ἀποκαρτερέοντας. Ἔνιοι γὰρ μελικρήτῳ μόνῳ χρέονται ποτῷ, ὡς τοιῶδε δὴθεν ἐόντος. Τὸ δὲ ὃ παντάπασιν ὧδε ἔχει, ἀλλ' ὕδατος μὲν πολλῷ ἰσχυρότερόν ἐσιν πινόμενον μᾶνον, ἢν μὴ ἐκταράσσῃ τὴν κοιλίην. Ἀταὶρ καὶ ὄινε λευκῦ καὶ λεπτῦ, καὶ ὀλιγοφόρε, καὶ ἀνόσμε, ἧ μὲν ἰσχυρότερον, ἧ δε ἀσθενέσερον. Μέγα μὴν διαφέρει καὶ ὄινε, καὶ μέλιτος ἀκρητότης ἐς ἰσχὺν ἀμφοῖν. Ὅμως τοίνυν εἰ καὶ διπλάσιον μέτρον ὄινε καὶ ἀκρήτε πίνοι τις, ἢ ὁκόσον μέλι ἐκλείχοι, πολλῷ ἂν δήπε ἰσχυρότερος εἴη ὑπὸ τῦ μέλιτος μᾶνον, εἰ μὴ ταράσσοι τὴν κοιλίην, πολλαπλάσιον γὰρ καὶ τὸ κόπριον διεξίοι ἂν αὐτέῳ.

Melicratum [1], quod potui datur, toto morbi *a*) decurſu [2], omnino quidem hominibus biliosis [3], et quibus viſcera tumore ſunt obſeſſa, minus eſt accommodatum, quam iis, qui non ſunt ita affecti [4]. Sed certe minus, quam vinum dulce, ſitiferum eſt: Etenim emollit pulmones [5], atque modicam vim habet promouendi expectoratum [6], tuſſimque ſedat [7]; nonnulla enim vis detergendi ineſt melicrato, haec [8] tamen aliquando

do efficit, vt viſcoſius et glutinoſius ſputum fiat. Vrinas etiam melicratum ciet [9] *c*) modice, niſi quid impedimenti viſcerum [10] ipſorum vitio accedat. Quinetiam facit, vt bilioſis [11] excrementis aluus feratur, aliquando bonis naturae rebus [12]; nonnunquam etiam meracioribus [13], quam conueniat, magisque ſpumantibus [14]: atque id potiſſimum accidit bilioſis, et quibus viſcera praetumida ſunt. Verumenimuero maiorem vim habet promouendi expectoratum, ipſumque adeo pulmonem demulcendi dilutius [15] melicratum, quam meracius. Sed certe ſpumantia excrementa alui, et plus aequo bilioſa [16] et maxime calida meracius educit melicratum [17], quam dilutius. Tale autem alui excrementum bilioſum et alia magna ſecum affert incommoda [18]; non enim extinguit [19] hypochondriorum calorem, ſed contra facit [20]. Tum inquietudinem et artuum iactationem affert: quinetiam inteſtinum et ſedem ipſam exulcerat [21]. Sed earum calamitatum [22] remedia [23] poſt ſcribentur. Si quis igitur, omni ſorbitione abſtinens, melicrato vtatur, pro omni potione, in morbis acutis, partim votis Medici reſpondebit, partim non ſatisfaciet [24]. At vero quibus ſit eo vtendum conuenienter, quibus non, item et quamobrem non ſit exhibendum, *f*) antea explicatum eſt. Sed tamen vulgo melicrati vis derogatur, et eius authoritas labefactatur, quod eo vtentes proſternat, ad extremamque infirmitatem perducat; atque ob eam cauſam, etiam citam mortem afferre putatur. Sed id in hominum peruagato ſermone verſatur, ob eos, qui ſuum defraudant genium [25]. Nonnulli enim ſolo melicrato in potu vtuntur [26]. Quaſi vero vim habeat labefactandi [27] et ipſum corpus infirmum faciendi, *b*) hoc autem non omnino ſic habet [28].

Sed aqua longe fortius eſt melicratum [29], ſi id ſolum potui detur, niſi immoderate aluum ad excretionem irritet. Quinetiam vino albo [30] tenui et paucifero et odoris experte idem quadam ratione [31] habet plus ſucci alibilis, alia ratione imbecillius [32]. Etenim prout meracius vinum aut mel, ſic vtriusque facultas aut eluceſcit, aut effoeta languet [33]. Sed certe duplam menſuram vini meraci [34] biberit quis, aut tantum mellis lambendo deglutiat, multo videri poſſit fortior a mulſa meraciore, niſi immodice aluum ſubducat, etenim plus ſtercoris vſu melicrati efficietur [35].

SCHOLIA.

1) Id eſt, aqua mulſa, quae in vſum praeſentem paratur, aeſtate quidem ex duodecim partibus aquae, aut, vt ego ſoleo, viginti quatuor et vna mellis; hyeme autem ex octo vel duodecim partibus aquae et vna mellis.

2) Quando ſcilicet ptiſſana vti non licet, quia ſiccus eſt morbus, et cum virium integritate ſine infirmitatis metu, pepaſmus expectari debet, vt in morbis acutis, ſpirandi difficultate, ſicca tuſſi, et ſimilibus.

3) Hoc eſt, qui bilis dominatu tenentur in temperamento, habitu, et vitae inſtituto.

4) Nam caeteris non ita affectis aeque naturae ſtudet, et pugnat cum morbo.

5) Id eſt, materiam expectorabilem, alioqui contumacem, reddit meabilem.

6) In materia craſſa, non autem viſcida, idque facit pulmonum vim excitando, alas eorum explicando, materiam meabilem faciendo.

7) Quae fit contentione thoracis et pulmonis, materiam moleſtam excludere conantis.

8) Id eſt, ea vis deterſoria non ſufficit promouendo expectorato materiae glutinoſae; quod fit, vt, dum impar eſt materiae per accidens, ea materia glutinoſior eſt facta, et cum pari contrariorum vſu debeat oppugnari contrarium, ſi melicratum non ſufficiat ad incidendam materiam, quae maxime eſt viſcoſa, ex accidenti reddetur viſcoſius.

9) Le-

9) Leniendo ſcilicet, non autem ſerum a ſanguine ſecernendo, ideo Hippocrates non dicit, melicratum diureticum.

10) Si qua enim inflammatio viſcerum, facile bileſcet.

11) Ante, ſupple, collectis, et ſuo ſynathriſmo moleſtis.

12) Quod ſcilicet aegri ferunt alacriter, et alleuantur.

13) Quorum generatio in viſcerum inflammatione conſiſtit, et ſunt flaua, ruffa, et craſſa.

14) Velut fermentatione a calore praeter naturam.

15) Quod ſcilicet fit ex duodecim vel viginti partibus aquae et vna mellis, idque per ſe et ex euentu; per ſe, quia magis meabile eſt; ex euentu, quia non ſitiferum eſt, nec in viſceribus feruet, bilemque facit.

16) Quae non minus calamitatem partis, vnde manant, arguunt, quam ipſis partibus, quas peruadunt, calamitoſa ſunt.

17) Naturam ſtimulando ad excernendum.

18) Id eſt, deiectiones meracae, ſpumantes meracioris melicrati vſu in viſceroſis et bilioſis, quoniam in ardore viſcerum perennis generatio humoris bilioſi poſita eſt.

19) Alexiterium et alexipharmacum alterant et vacuant: alterant qualitatibus contrariis, vacuant proprietate ſubſtantiae, tenuitate partium. Alexiterium et alexipharmacum vtrumque ἀπὸ τῦ ἀλέξεσθαι, id eſt, iuuare; illud ad morſus, hoc ad potus deleterios praeſcribitur: ſed confunditur diſtinctio.

20) Per oppreſſionem viſcerum cum ardore coniunctam.

21) Sua feritate abradendo et exaſperando, vnde lethales dyſenteriae ſaepe naſcuntur.

22) Quas meracius melicratum bilioſis et viſceroſis affert, dum ſcilicet facit, vt bile meraciore aluus feratur noua generatione, non excretione critica.

23) Quibus talium humorum generatio prohibeatur, feritas infringatur, copia excludatur conuenienter naturae.

24) Idque pro vario delectu; nam victus tenuis et accuratus in morbis acutis loco non exhibitus, periculoſus.

25) Atque, vt ita dicam, ſuae naturae ſunt voluntarii inimici.

26) Proptereaque infirmitatis cauſam ipſi adſcribunt, quamuis omni culpa vacet.

27) Ipſum per ſe ſi conſideretur.

28) Id eſt, non omnino efficit per ſe, ſed per accidens, quod ſcilicet vſu diuturno id, quod affluit, non reſpondet proportione ei, quod effluit.

29) Id est, melicratum habet maiorem vim refocillandi vires ex qualitate dulci et substantia, quatenus nutrit. Aqua enim non nutrit, sed habet vim corpora refocillandi, reducendo scilicet ad mediocritatem corpora aestu resoluta; id quod enim nutrit, debet esse πρόσφορον καὶ ὁμόφυλον.

30) Vinum dicitur ὀλιγοφόρον, quod paucae aquae admistione resoluitur, et vires amittit. *Galenus Comm. in part. I. huius Lib.* definit vinum aquosum, quod est aquae valde simile colore, consistentia, odoris carentia, et non manifesto calore.

31) Si sit dilutius et aluum non proritet, tunc magis nutriens.

32) Si sit dilutum, sed proritet aluum, minus nutriendo, et plus alterando.

33) Id est, vini et mellis vim auget meracitas, id est, mistionis vacuitas.

34) Nuper commemorati, nempe albi pauciferi.

35) Quia, quibus alui perturbationem affert, iisdem robur non affert, sed infirmitatem.

NOTAE.

a) Ἐν τῇσιν ὀξέῃσι.) Haec verba omisit Duretus, quare vertas: Melicratum, quod potui datur, toto morbi decursu, ex acutorum genere in vniuersum.

b) ὃ μάλλον τῇ μετρίῃ.) Haec verba vertas: quae, si modum excedit, efficit, vt iusto viscosius cetr.

c) Sufficienter: in graeco enim est: ἱκανῶς.

d) καὶ διαχωρητικὸν.) Legendum esse videtur: καὶ διαχωρητικόν τε κάτω τῶν χολώδεων.

e) Πολλὰ ἄν.) Optima Foesii versio: vt multa feliciter consequaris, ita non multum successu frustraberis.

f) Recte Foesius: Maxima ex parte dictum est.

g) ἀποκαρτερέοντας.) Hoc Foesius recte vertit ex Cicerone: qui vita per inediam discedunt, quod mortis genus apud veteres non infrequens fuit.

h) Adde: et mortem accelerandi. Respiciendum enim ad ἀποκαρτερέοντας.

ARGVMENTVM.

Argumentum est Hippocratis vltima periodo contentum, quo vult docere, melicratum plus succi alibilis corpori praebere, quam vinum oligophorum: sicque est distinguendum; Quicquid multam facit κόπρωσιν, illud alimentum de se corpori multum praestat; atqui ex melicrati vsu maior sequetur κόπρωσις, quam ex vini pauciferi vsu. Ergo etc.

Ἐ

Ἐι μέν τοι ῥοφήματι χρέοιτο πτισάνῃ, ἐπι- V.
πίνοι δὲ μελίκρητον, ἄγαν πλησμονῶδες ἂν εἴη,
καὶ φυσῶδες, καὶ τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια
σπλάγχνοισιν ἀξύμφορον. Προπινόμενον μὲν
πρὸ ῥοφήματος μελίκρητον, ἐ βλάπτει ὅκως με-
ταπινόμενον, ἀλλά τι καὶ ὠφελέει. ἐφθὸν δὲ
μελίκρητον ἐσιδεῖν μὲν πολλῷ κάλλιον τῆ ὠμῆ.
Λαμπρὸν γὰρ καὶ λεπτὸν, καὶ λευκὸν καὶ
διαφανὲς γίγνεται. Ἀρετὴν δὲ, ἥντινα αὐτέῳ
προσδέω, διαφέρεσάν τι τῆ ὠμῆ, ἐκ ἔχω.
Οὔτε γὰρ ἥδειόν ἐσι τῆ ὠμῆ, ἢν τυγχάνοι γε
τὸ μέλι καλὸν ἐὸν, ἀσθενέσερόν μέν τοί γε τῆ
ὠμῆ, καὶ ἀκοπρωδέσερόν ἐσιν, ὧν ἐδ' ἕτερον εἰς
τιμωρίην προσδέεται μελίκρητον. Ἄγχισα δὲ
χρησέον αὐτῷ τοιῷδε ἐόντι, εἰ τὸ μέλι τυγχά-
νοι πονηρὸν ἐὸν, καὶ ἀκάθαρτον, καὶ μέλαν,
καὶ μὴ ἐυῶδες. Ἀφέλοιτο γὰρ ἂν ἡ ἔψησις
τῶν κακοτήτων αὐτέων τὰ πλείονα τῆ αἴσχεος.

Verumenimuero ſi quis ſuo iure ptiſſanae ſorbitione vtatur[1], ſuperbibat autem melicratum, multum illud replebit, tumultumque efficiet et flatus excitabit, item viſceribus hypochondriorum pondus inutile[2]. At ſi ante ptiſſanam, potui detur melicratum, non laedit, vt cum ſuper-

bibitur, ſed non nihil prodeſt [3]. Iam vero coctum melicratum aſpectu pulchrius eſt, quam crudum; etenim abſoluta perfectaque coctione, fit clarum, album, tenue, et pellucidum. Sed quas illi dotes attribuam, cum excellentia praeſtantiaque crudi, non habeo. Non enim ſuauius eſt, ſi contigerit mel optimum eſſe, ſed certe infirmius eſt crudo, minusque ſtercoris particeps; quorum neutro, vt adiumentum afferat, opus habet [4], *a*) proxime autem vtendum eſt melicrato cocto, ſi contigerit mel impurum, malum, nigrum, nec boni odoris: Ipſa enim coctio auferre poterit deprauatione eius, quae ipſum turpe efficiunt, maximam partem.

SCHOLIA.

1) Dum os humeſcere coeperit, et ad illud tempus melicrato ſolo vſus fuerit.

2) Haec eo pertinent, vt doceat Hippocrates, Ptiſſanam eſſe conſortis expertem, itaque valde nocet praeſcribere melicratum aut aquam, niſi longo, ante ſorbitionem Ptiſſanae, interuallo.

3) Anacatharſim procurando, vrinas ciendo, aluum ſubducendo, et oeconomiam naturalem ſuo ſtatu continendo.

4) Id eſt, virtute, et coctione.

NOTA.

a) Melius: praecipue, vt Foeſius, aut, maxime, vel etiam fere, propemodum.

DE OXYMELITE.

VI. Τὸ δὲ ὀξύμελι καλεόμενον ποτὸν πολλαχῆ μὲν ἔυχρηςον ἐν τάυτῃσι τῇσι νόσοισιν ἐυρήσεις ἐόν. Καὶ γὰρ πτυάλε ἀναγωγόν ἐςι, καὶ ἔυπνοον. Καιρὸς μέν τοι τοιός δε ἔχει. *b*) Τὸ μὲν γὰρ κάρτα ὀξὺ ὀδὲν ἂν μέζον ποιήσειε πρὸς τὰ πτύε-

πτύελα τὰ μὴ ῥηιδίως ἀνιόντα. c) Εἰ γὰρ ἀνάγοι μὲν τὰ ἐγκέρχοντα, καὶ ὄλιθον ἐμποιήσειεν, καὶ ὥσπερ διαπτερώσειε τὸν βρόγχον, παρηγορήσειεν ἄν τὸν πλεύμονα, μαλθακτικὸν γὰρ αὐτέθ. Καὶ, εἰ μὲν ταῦτα συγκυρήσειεν, μεγάλην ἄν ὠφελείην ποιήσειεν. Ἐσὶ δ' ὅτε τὸ κάρτα ὀξὺ ἐκ ἐκράτησε τῆς ἀναγωγῆς τῶ πτυέλθ, ἀλλὰ προσεγλίχρηνέ τε καὶ ἔβλαψε.

Iam vero *a*) oxymel [1] vulgo dictum multis modis magnum afferre adiumentum reperies, in morbis eiusmodi acutis [2] epotum: Nam expectoratum promouet et facit, vt ſpiritus ducatur ex facili [3]. Sed certe oxymelitis ſunt hi delectus [4]. Etenim, quod eſt meraciſſimum, oxymel [5], nihil modice facit ad expectorata, quae per ſe non educuntur, et contumacius adhaerent [6]. Etenim quibus ſcreando fruſtra contenditur et tuſſiendo, ſi ea exaſperantia educat, et, vt ita dicam, gutturis alas explicet [7], et meatus aperiat, pulmonemque demulceat: nam ipſum natura emollit [8]. Si haec omnia conſequatur, magnum ſane afferet adiumentum [9]. Sed nonnunquam ea incidunt tempora, vt, quod acerrimum, oxymel non habeat potentiam educendi expectoratum, atque ita nocuit [10].

SCHOLIA.

1) Acetum mulſum ex octo partibus aquae, vna mellis, et aceto ad guſtum: vt ex octo libris aquae, vna mellis, et aceti vnciis tribus.

2) Vt, dum crudi manent, et materiae praeparatione, et meatuum libertate opus eſt, et cum non ſolum attenuandum, ſed incidendum.

3) Expediendo ſcilicet reſpirationis inſtrumenta excipientia et deducentia, quorum impedimento parua et frequens redditur reſpiratio.

4) In quantitate et qualitate, et vtendi modo.

5) Hoc eſt, in quo acrimoniae acetoſae ſumma ſunt omnia, quale eſt, quod conficitur ex quadruplo aquae, duplo mellis, et ſimplo aceti.

6) Aut enim ea praeclare ciet, aut contumaciora reddit.

7) Obſtructiones tollendo.

8) Siccitatem ab inflammatione natam tollendo, ſuccum mellis alibilem deducendo; ac ſi diceret, ſi tale oxymel eo delectu exhiberetur, vt contumacem materiam faceret omnino meabilem, obſtructiones tolleret, naturae vim excitaret, ſane promouendo expectorato et ſpirationis libertati reſtituendae accommodatum eſſet.

9) Id eſt, faciet, vt ſpiritus ducatur ex facili.

10) Cum ſcilicet difficultas expectorandi in lateris infirmitate conſiſtit, ſed ipſum glutinoſius reddit.

COMMENTARIVS.

Λεπτομερία aceti facit, vt anfractus penitiſſimos ſubeat, et caeteris, quae ſunt illius generis, antecellat. Cum autem fit oxymel ex aqua, melle, et aceto, fit contemperatio qualitatum eorum, quae admiſcentur: nam aquae cruditas corrigitur ab aceto, mellis bilioſa ſubſtantia ab vtroque infringitur. Sic ex ea ſymmetria oxymel miras ad medendum opportunitates nactum eſt. Quatuor item propoſuit in oxymelite inſpiciendo Hippocrates, quae in omni quoque medicamento compoſito notanda ſunt; nempe ἐπαγγελίαν oxymelitis, cum dixit τὸ πτυέλου ἀναγωγὸν: σύνθεσιν, cum diximus ex melle, aceto, et aqua compoſitum eſſe oxymel: ἐπιγραφὴν, vt cum nominis originem excutimus: καιρὸν, vt ſciamus quando, et quibus eſt accommodatum oxymel, vt cum docuit Hippocrates vix educere τὰ ἐγκέρχοντα.

NOTAE

NOTAE.

a) De Oxymelite vid. Crucii Quaesita per Epist. Cap. XXXII. et Thadd. Duni, et Franc. Cigalini Epist. mutuae. Tiguri 1592. 8.

b) τὸ μὲν γὰρ.) Vulgo probabiliter putabatur, quo magis acre sit oxymel, eo maiorem vim debere habere ad sputum tenacius soluendum. Hippocrates ergo dicit, ἧσσον ἂν μίζον ποιήσαι, quod verto, non maiorem efficaciam habebit.

c) εἰ γὰρ ἀγάγοι) Malim equidem ita vertere: Etenim quae tenacius in spiritus viis haerent, et stridorem efficiunt, si ea euocaret, et lubricitatem viis induceret, ac liberius guttur redderet, eiusque veluti alas explicaret, sane pulmones demulceret, quoniam ipsos emollit, et si haec omnia euenirent, insignem vtique vtilitatem afferret. Incidit autem, vt aliquando acrius oxymel non potuerit sputum euocare, sed glutinosius id efficiendo, homini damno fuerit. Verba: μαλθακτικὸν γὰρ ἀντέχ pro glossemate habeo.

Μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν, οἵπερ καὶ ἄλλως ὀλέθριοί εἰσι, καὶ ἀδύνατοι βήσσειν τε καὶ ἀποχρέμπτεσθαι τὰ ἐνεχόμενα. Ἐς μὲν οὖν τόδε προστεκμαίρεσθαι χρὴ τὴν ῥώμην τῷ κάμνοντος, κἢν ἐλπίδα ἔχῃ, διδόναι. Διδόναι δέ, ην δίδως, ἀκροχλίαρον, καὶ κατ' ὀλίγον τὸ τοιόνδε, καὶ μὴ λάβρως. VII.

Sed haec potissimum calamitas in eos incidit [1], quibus cum alias morbus sit pernicioſus [2], tum vero tussiendi sunt impotentes, et excreandi, quae in pulmonum bronchiis concepta sunt [3]. In hunc ergo finem signis syllogisticis aegri vires animo complecti oportet. Et si bona spes futurae salutis affulgeat [4], exhibere oportet [5]. Atque si exhibendi sit locus, egelidum dare oportet, et paullatim, nec plena manu [6].

SCHO-

SCHOLIA.

1) Vt ſcilicet oxymelite, quod in ſuo genere acerrimum eſt, lentoris acceſſio fiat, et propterea maior expectorandi difficultas conſequatur.

2) Magnitudine morbi, vehementia ſymptomatum, et infirmitate naturae.

3) Hic notanda ſunt duo, quae efficiunt, vt in propinquo ſit mors; funeſta vis, et infirmitas naturae.

4) Si omnia, quae apparent, ſigna eo ſpectent, vt in virtute naturae ſpem collocare poſſis.

5) Vt ſcilicet incidendo ſputum glutinoſum reddat meabile, gutturis alas explicet, naturae vim excitet, et ita promouendo expectoratum, quod difficultatem ſpirandi parit, ſpiritus ducatur ex facili.

6) Ne ſua acrimonia ſitim excitet, ventriculi vim labefactet, eoque fiat, vt ad thoracis calamitoſam vim morbi accedat infirmitas naturalis oeconomiae.

COMMENTARIVS.

Porro non erit alienum admonere de tribus verbis, quibus Hippocrates in contextu uſus eſt, τὸ πτύελον ὄλιθον ἐμποιεῖν, τὸν βρόγχον διαπτερῶν, τὰ πνεύμονα παρηγορεῖν. In quibus admirabiliter tria, quae ad facienda corpora fluxilia ante purgationem requiruntur, complexus eſt Hippocrates. Haec tria ſunt vis naturae excitata, meatuum libertas, et materiae praeparatio. Galenus quidem meminit praeparationis materiae, et excitatae naturae virtutis *Comm. in part. 4. Lib. III. Acut.* Idem *Comm. in aphor. 9. Lib. II.* meminit praeparationis materiae, et libertatis meatuum; ſed haec mance et mutile. Diuinus vero Hippocrates foecunda breuitate tria perſtringit. Itaque verbum hoc ἐμποιεῖν τὸ πτύελον ὄλιθον, materiae praeparationem ſignificat. Illud vero διαπτεροῦν τὸν βρόγχον, libertatem meatuum declarat. Excitatio vero naturae vis ſignificatur ex hoc, τὰ πνεύμονα παρηγορεῖν.

Τὸ

Τὸ μέν τοι ὀλίγον ἔποξυ ὑγραίνει μὲν τὸ σό- VIII.
μα καὶ Φάρυγγα, ἀναγωγὸν δὲ πτυέλε ἐσὶ καὶ ἄδιψον, ὑποχονδρίῳ δὲ καὶ σπλάγχνοισι τοῖσι ταὐτη ἐυμενές. Καὶ γὰρ τὰς ἀπὸ μέλιτος βλάβας τᾶυτας κωλύει. Τὸ γὰρ χυλῶδες ἐν μέλιτι κολάζεται, ἐσὶ δὲ καὶ Φυσέων καταῤῥηκτικὸν, καὶ ἐς ἔρησιν προτρεπτικὸν, ἐντέρε μέντοι τῷ κάτω μέρει πλαδαρώτερον, καὶ ξύσματα ἐμποιέει. Ἐσὶ δ' ὅτε καὶ Φλαῦρον τᾶτο ἐν τῆσιν ὀξείησι νέσοισι γίνεται, μάλισα μὲν ὅτι Φύσαν κωλύει περαιᾶσθαι, ἀλλὰ παλινδρομέειν ποιέει. Ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γειοῖ, καὶ τὰ ἀκρωτήρια ψύχει. Ταύτην καὶ ὦιδα μόνην δὶ ὀξυμέλιτος γινομένην βλάβην, ἥτις καὶ αἰξίη γραφῆς. Ὀλίγον δὲ τὸ τοιόν δε ποτὸν, νυκτὸς μὲν καὶ νήσει πρὸ ῥοφήματος ἐπιτήδειον προπίνεσθαι. Ἀτὰρ καὶ ὁκόταν πολὺ μετὰ ῥόφημα ᾖ, ἐδὲν κωλύει πίνειν. Τοῖσι δὲ ποτῷ μᾶνον διαιτωμένοισι ἄνευ ῥοφημάτων, διὰ τόδε ἂν ἐπιτήδειόν ἐσιν αἰεὶ, καὶ διὰ παντὸς χρέεσθαι τέτῳ, μάλισα μὲν διὰ ξύσιν, ἢ τρηχυσμόν τᾶ ἐντέρε, a) ἀκόπρῳ γὰρ ἐόντι μᾶλλον

ἐμ-

ἐμποιέῃ ἄν, καὶ ταῦτα κενεαγγείης παρεόσης. Ἔπειτα δὲ καὶ τὸ μελίκρητον τῆς ἰχύος ἀφαιρέοιτο ἄν, ἤν μέν τοι ἀρήγειν φάινηται πρὸς τὴν ξύμπασαν νοῦσον, πολλῷ ποτῷ τούτῳ χρέεσθαι. ὀλίγον χρὴ τὸ ὄξος παραγέειν, ὅσον μοῦνον γινώσκεσθαι. Οὕτω γὰρ καὶ ἃ φιλέει βλάπτειν, ἥκιστα ἂν βλάπτοι, καὶ ἃ δεῖται προσωφελέειν, προσωφελοίη ἄν. Ἐν κεφαλαίῳ δ' εἰρῆσθαι, αἱ ἀπὸ ὀξέος ὀξύτητες πικροχόλοισι μάλλον, ἢ μελαγχολικοῖσι ξυμφέρουσι. Τὰ μὲν γὰρ πικρὰ διαλύεται, καὶ b) ἐκφλεγματοῦται, c) μετεωριζόμενα ὑπ' αὐτέου. Τὰ δὲ μέλανα ζυμοῦται, καὶ μετεωρίζεται, καὶ πολλαπλασιοῦται, d) ἀναγωγὸν γὰρ μελάνων ὄξος. Γυναιξὶ δὲ τὸ ἐπίπαν e) πολεμιώτατον ἢ ἀνδράσιν ὄξος, ὑστεραλγὲς γάρ ἐστι.

Sed certe dilutius oxymel [1] os atque fauces humectat [2], sed et expectoratum promouet [3], et sitis expers. [4]. Tum hypochondrio atque viscеribus ibi locatis consentaneum, et iis partibus incommoda [5] mellis prohibet; Nam quod in melle biliosum inest, aceti vis corrigit. Quinetiam flatus discutit [6], et ad faciendam vrinam viam affectat [7]. Sed tamen inferiori intestino nimiam saepe affert humoris abundantiam [8], ipsumque abradit. Itaque nonnunquam fit, vt hoc in mor-

morbis acutis ſit calamitoſum, maxime vero, quod inteſtinorum flatus non ſinat exire, atque, vt ita dicam, traiicere, ſed veluti ſurſum reuocat et recurrere facit. Huc accedit, quod diuturnus vſus labefactat vires, et extremas partes refrigerat [9]. Atque vnicum hoc eſt incommodum, quod ſecum affert oxymel [10], quod litteris et commendatione dignum ſit. Ergo deſcriptum modo dilutius oxymel, de nocte, prima luce [11], et vacua aluo, ante ſorbitionem ptiſſanae, potui accommodatum eſt, atque interiecto multo tempore, a ſorbitionis vſu, nihil vetat, quo minus altera ſorbitionis doſis, ſub veſperam, detur. At vero quibus [12] oxymelitis ſolo potu neceſſario eſt victitandum, ſine ſorbitionibus [13], ob hancce ſane cauſſam non eſt conſentaneum, toto morbi decurſu, ſemper oxymelite vti; maxime vero, quod abradendo et exaſperando inteſtinum, eſt permoleſtum [14]. Atque haec ſymptomata potiſſimum affert in vacuitate foecum [15]. In inedia adde, quod ipſum melicratum nonnihil vires labefactat [16]. Verum enimuero ſi magnam opem afferre poſſe videatur et prodeſſe, potu hoc multo vti toto morbi curſu, paucum aceti eſt affundendum [17], tantum ſcilicet, vt percipi poſſit. Sic enim quibus incommodare ſolet, minimum incommodabit [18], et quae ſunt huius indigentia opis, multum adiumenti percipient [19]. Atque vt paucis abſoluam [20], omnis, quae ab aceto vis in oxymelite micat, bilioſis potius quam melancholicis [21] prodeſt. Etenim amara [22] diſuuntur et pituiteſcunt, veluti ſubacta; nigra vero fermentantur, et maiorem acquirunt molem, incrementisque augeſcunt. Sed et mulieribus omnino magis bellum indixit acetum, quam viris, nam vtero [23] dolorificum eſt.

SCHO-

SCHOLIA.

1) In quo vis aceti non eluceſcit, et cuius acrimonia remiſſior eſt.

2) Refrigerando et aquae vim in penitiores partes vehendo.

3) Quia ſputum contumax meabile facit.

4) Ob eamque cauſam melicrato praeſtantius.

5) Vt aeſtum, inflammationem, ſitim, et obſtructionem.

6) Oxymel non diſcutit flatus per ſe, quia calorem non habet materiae flatulentae potentem, ſed per accidens, nempe parando viam materiae craſſae, et oxymel, dilutius ſcilicet, flatus diſſipat, qui in hypochondriis concepti exitum non habent, modo non ſint humoris melancholici ſoboles, quem fermentat.

7) Non quod ſecernat ſerum a ſanguine, ſed partium tenuitate.

8) Labefactata ſcilicet primum ventriculi facultate, vnde pro chyloſi fit cruditas: Deinde ſtimulatis quodammodo inteſtinis, et reſolutis aceti acrimonia.

9) Quod ſcilicet aluo bellum indixerit, nec habeat multum ſucci alibilis.

10) Quod ſcilicet inteſtina effoeminet, et irritet eorum membranas, quibus natura ſunt delicatiora.

11) Horis quatuor aut quinque ante cibum, ne ſe cum ſorbitione miſcens ſtomacho tumultum inferat.

12) Vt quibus hiſtoria morbi eſt breuis, crudus morbus, integrae vires ſine infirmitatis metu, quod ſolido corpore pituitoſi ἄνω et ſucco abundent laudabili.

13) Quia iis nec iure, nec loco vti poſſint.

14) Facitque, vt humores et flatus motu inteſtinorum periſtaltico, naturali contrario, palindromen habeant inferne ſurſum.

15) Id eſt, in ſtercoris vacuitate ob inediam, et cibi abſolutam detractionem.

16) Id eſt, abſoluta cibi deductione a Medico praeſcripta, vt ſcilicet per liberam anacatharſim libertas ſpirandi reſtituatur.

17) Saepe, et multum vel cum ptiſſanae acceſſione, vel pro eiusdem vacuitate, dum ſiccus manet morbus, et glutinoſa eſt materia; neque melicratum ſufficit ad materiae contumaciam, aut forte ſitiferum eſt, vt in viſceroſis, et bilioſis.

18) Vt

18) Vt melancholicis, hyſtericis, aluinis; neruis, membranis.

19) Vt cruditas pleuritidis, et ſpirandi difficultas, quae in materiae contumacia conſiſtit, viſcerum obſtructio, vrinae ſuppreſſio.

20) Caput eſt ad bene vtendum.

21) Praeſertim his, qui atrae bilis dominatu tenentur.

22) Vt bilis flaua, dilutiora fiunt ab oxymelite ſubacta.

23) Quia membranoſus; omnibus enim membranis bellum indixit, quas vellicat.

NOTAE.

a) ἀκόπρῳ γὰρ ἐόντι.) Hunc locum aliter ſine dubio legit Duretus. Verba autem: ἔπειτα δὲ καὶ cetr. non ſolum docent, debere illa κενεαγγείης παρεσης ab antecedentibus non ſeparari, verum etiam haec ita conſtituenda eſſe: μᾶλλον ἐμποιέῃ ἂν ταῦτα, καὶ κενεαγγείης παρεσης. Manifeſtum enim eſt, ſi faeces inteſtinis non inſint, et humorum quoque vacuitas adſit, facilius poſſe inteſtina abradi et exaſperari.

b) ἐκφλεγματᾶται.) Si bilis reſoluitur, poteſt ita reſolui, vt vel acris fiat, vel iners, frigida, et talem humorem pituitam nominamus.

c) μετεωριζόμενα.) Hoc neque cum διαλύεται cetr. neque cum ſequentibus conſtare poteſt, quae contrarias, in atra bile factas, mutationes indicant. Duretus, quod vertit, veluti ſubacta, videtur mentem Hippocratis aſſecutus eſſe. Sed quodnam vocabulum ſubſtituendum?

d) ἀναγωγὸν γὰρ.) Haec verba Duretus ſine cauſſa omiſit, vertas autem: Acetum enim nigra per ſuperiora euocat.

e) πολεμιώτατον.) Superlatiuum pro comparatiuo poſuit, quod non rarum eſt. Idem occurrit apud Aretaeum de Curat. Diut. Lib. I. Cap. V. pag. 124. ἥδε γὰρ ἡ ἀφαίρεσις πολλόν τι ἐπικαιροτάτη τῆς φλεβοτομίης.

DE AQVA.

Ὑδατι δὲ ποτῷ ἐν τῇσιν ὀξείῃσιν νέσοισιν ἄλλο μὲν ἐδὲν ἔχω ἔργον, ὅ, τι προσθῶ. Οὔτε γὰρ βηχὸς παρηγορικόν ἐσιν ἐν τοῖσι περι- IX.

πλευμονικοῖσιν, ἔτε πτυέλε ἀναγωγὸν, ἀλλ' ἧσσον τῶν ἄλλων, εἴ τις διὰ παντὸς ὕδατι ποτῷ χρέοιτο. Μεσηγὺ μέν τοι ὀξυμέλιτος καὶ μελικρήτε ὕδωρ ἐπιῤῥοφέομενον a) ὀλίγον, πτυέλε ἀναγωγόν ἐσι, διὰ τὴν μεταβολὴν τῆς ποιότητος τῶν ποτῶν· πλημμυρίδα γάρ τινα ἐμποιέει. Ἄλλως δὲ ἔτε δίψαν πάυει, ἀλλ' ἐπικραίνει. Χολῶδες γὰρ Φύσει χολώδει, καὶ ὑποχονδρίῳ κακὸν, καὶ κάκισον ἑωϋτε, καὶ χολωδέσατον καὶ Φιλαδυναμώτατον, ὅταν ἐς κενεότητα ἐσέλθῃ. Καὶ σπληνὸς δὲ αὐξητικὸν, καὶ ἥπατός ἐσιν, ὁκόταν πεπυρωμένον ᾖ, καὶ ἐγκλυδασικόν τε καὶ ἐπιπολασικόν. Βραδύποόν τε γάρ ἐσι διὰ τὸ ὑπόψυχρον καὶ ἄπεπτον εἶναι, καὶ ἔτε διαχωρητικὸν, ἔτε διϐρητικόν. Προσβλάπτει δέ τι καὶ διὰ τόδε, ὅτι ἄκοπρόν ἐσι Φύσει. Ἢν δὲ δὴ καὶ ποδῶν ψυχρῶν ποτε ἐόντων ποθῇ, πάντα ταῦτα πολλαπλασίως βλάπτει, ἐς ὅ, τι ἂν αὐτέων ὁρμήσῃ. Ὑποπτεύσαντι μέν τοι ἐν τάυτῃσι τῇσι νέσοισι ἢ καρηβαρίην ἰσχυρὴν, ἢ Φρενῶν ἄψιν, παντάπασιν οἴνε ἀποχετέον. Ὕδατι δὲ ἐν τῷ τοιῷδε χρησέον,

ξέον, ἢ ὑδαρέα καὶ λευκὸν παντελῶς δοτέον οἶνον, καὶ ἄοσμον παντάπασι, καὶ μετὰ τὴν πόσιν αὐτῷ, ὕδωρ μεταποτέον ὀλίγον. Οὕτω γὰρ ἂν ἧσσον τὸ ἀπὸ τῷ οἴνῳ μένος ἅπτοιτο τῆς κεφαλῆς καὶ γνώμης. Ἐν οἷσι δὲ μάλισα αὐτῶν ὕδατι ποτῷ χρηξέον, καὶ ὁκότε πολλῷ κάρτα καὶ ὅκῳ μετρίῳ καὶ ὅκῳ ψυχρῷ καὶ ὅκῳ θερμῷ, τὰ μέν κῳ πρόθεν εἰρέαται, d) τὰ δὲ ἐν αὐτέοισι τοῖσι καιροῖσι ῥηθήσεται. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων ποτῶν, οἷον τὸ κρίθινον, καὶ τὰ ἀπὸ χλοιῆς ποιέυμενα, καὶ τὰ ἀπὸ σαφίδος, καὶ σεμφύλων, καὶ πυρῶν, καὶ κνίκῳ, e) καὶ μύρτων, καὶ ῥοιῆς, καὶ τῶν ἄλλων, ὅτε ἕν ἄν τινος αὐτέων καιρὸς ᾖ χρέεθαι, γεγράψεται παρ' αὐτῷ τῷ νεσήματι, ὅκως τε καὶ τ' ἄλλα τῶν συνθέτων Φαρμάκων.

Aquae vero, quae potui [1] datur [2] in morbis acutis, nullum ſane inuenio munus, quod illi tribuendum putem [3]. Neque enim tuſſim ſedandi vim habet [4], in morbis pulmonum et thoracis [5], nec expectoratum promouendi vim habet [6], ſed minimum omnium [7], ſi quis toto morbi decurſu aqua potabili vtatur. Sed certe medio loco inter melicratum et oxymel aqua hauſta nonnullam expectoratum promouendi vim habet, ob

qualitatis mutationem, quae fit in his potionum generibus[8]. Etenim humoris abundantiam quandam inducit: alioqui neque ſitim ſedat[9], ſed *b*) amareſcit[10]. Eſt enim bilioſa, et in bilem degenerat homini, natura bilioſo, et hypochondriis moleſta[11]. Sed peior euadit, et ſeipſa bilioſior, et vires admodum labefactat, cum in caeterorum ciborum vacuitate bibitur. Quin et lienis et hepatis molem adauget, cum aeſtu et incendio conflagrant, fluctuatque in aluo, ipſamque nimia humoris abundantia ſtagnantem facit. Eſt enim in meando pigra, quod frigida ſit et coctionis expers[12], nec vllam ſubducendi aluum aut vrinas ciendi vim habet. Ad haec mala illud etiam accedit, quod ſtercoris vacuitatem afferat[13]. Quod ſi frigidis pedibus[14] forte bibatur, admirabile eſt, quanto grauiora afferat incommoda, quocunque illa ſe conuerterit ſuppl. ad male de parte aliqua merendum. Si vero in huiusmodi morbis acutis ſuſpicio ſit vehementis cephalalgiae[15], inſignisue capitis grauitatis, aut mentis commotae et delirii[16], tum certe omnino abſtinendum a vino[17]: aqua autem in eiusmodi ſignis[18] vtendum, aut certe vinum aquoſum et omnino album, odorisque expers[19] exhibendum, et a vini hauſtu, nonnihil aquae ſuperbibendum. Sic enim minus vini potentia caput et arcem mentis inuaſerit[20]. *c*) At quibus in morbis aqua potui danda[21] ſit, et plena manu et quando modica[22], tum quando frigida et quando egelida, haec quidem antea a nobis dicta ſunt, et partim etiam in cuiusque morbi curatione dicentur. De aliis vero potionum generibus, cuiusmodi aqua hordei, et quae ab herbis viridibus concinnantur, et quae ab vua paſſa et vinaceis et tritico et cnico et malo punico et aliis, cum

ea-

earum potionum neceſſarius inciderit vſus, in cuiusque morbi explicatione dicetur; quo loco etiam caetera omnia compoſitorum medicamentorum genera explicabuntur.

SCHOLIA.

1) Vt inde excludantur omnia aquarum genera, quae bibi non poſſunt.

2) Vt fontana, putealis, pluuialis, fluuialis, omnis alienae qualitatis expers.

3) Quemadmodum caeteris potionum generibus tribui.

4) Quae tum influxu, tum effluxu, tum etiam humoris manſione excitatur.

5) Hoc loco nomen vſurpauit περιπνευμονικὸς, quod improprie ſumitur.

6) Non enim excitat vim naturae, nec materiam praeparat, cum non detergeat, nec incidat, nec meatus liberet.

7) Vini, oxymelitis, oxycrati.

8) Id eſt, ſaepe fit, vt oxymel ſit meracius, et ratione ſuae meracitatis, tenuiorem ſputi partem abſumat, et per conſequens reddat ſputum ipſum contumacius, vt dictum eſt. Item melicratum aliquando meracius ſitiferum eſt, et promouendi vim retardat; aqua autem haec corrigit: Sic ex accidente promouet expectoratum, ſi interiiciatur in potione.

9) Quia non ſit meabilis, ſed vehiculo opus habet ad eam ſedandam.

10) Cunctando, et per corruptionem.

11) Id eſt, partibus in hypochondrio contentis, lieni et hepati.

12) Haec omnia aquae vitia frigidae *Galenus* confirmat *Lib. IX. Method. med. Cap. V.* cuius easdem noxas recenſet, additque permultis ſubitam parere ſpirandi difficultatem.

13) Niſi ventriculi et inteſtinorum relaxatis rugis, diarrhoeam pariat.

14) A frigore et rigore periodico.

15) Ex vrinis, iumentorum ſimilibus, quae fiunt a contento in venis flatulento ſpiritu, et calore praeter naturam. *Lib. IV. Aph. 69.*

16) Ex verborum abſurditate, indecora corporis compoſitione, diſſimilitudine morum.

17) Quod tenuitate, et calore arcem mentis inuadat.

18) Quae ſigna aut cephalalgiae, aut delirii metu nos terrent.

19) Quod eſt expers vitiorum aquae et vini.

20) Et propterea minus cephalalgiam et delirium excitabit.

21) Vt in ardentibus febribus et ſynochis, quando maior ratio qualitatis, quam materiae eſt habenda.

22) Vt infirmiore aluo, intumeſcente liene, murmurantibus hypochondriis.

NOTAE.

a) Ὀλίγον πτυάλε.) Haec verba, quae Duretus coniunxit, cum Foeſio et aliis non dubitauimus ita ſeparare, vt ὀλίγον ad ὕδωρ referretur. Nam cum alibi, tum paulo poſt etiam haec vox ita poſita inuenitur apud Hippocratem; ὕδωρ ὀλίγον pauxillum aquae ſignificat. Vocabulum μεσηγὺ indicat aquam cum oxymelite et melicrato ſemper inuicem aſſumi debere.

b) Melius hic Foeſius: Sed irritat, ſiquidem bilioſae naturae ſcil. hominibus bilioſa eſt, et praecordiis mala.

c) Vertendum potius: Sed in quibus maxime ex his morbis cetr.

d) Τάδε ἐν ἀντέοισι.) Proprie vertendum: ſuo quaeque tempore, ἐν ἀντέοισι τοῖσι καιροῖσι, quod tamen eſt in curatione cuiusque morbi, in quo conuenit aquam dare.

e) Καὶ μύρτων.) Et myrti baccis. Haec a Dureto omiſſa ſunt.

DE BALNEO.

Λετρὸν δὲ συχνοῖσι τῶν νεσημάτων ἀρήγοι ἂν χρεομένοισιν, ἐς τὰ μὲν ξυνεχέως, ἐς τὰ δ' ἔ. Ἐσὶ δὲ ὅτε ἧσσον χρηϛέον, διὰ τὴν ἀπαρασκευασίην τῶν ἀνθρώπων. Ἐν ὀλίγῃσι γὰρ οἰκίῃσι παρασκέυασαι τὰ ἄρμενα, καὶ οἱ θεραπέυοντες ὡς δεῖ. Ἐι δὲ μὴ παγκάλως λέοιτο, βλάπ-

βλάπτοι τ' ἂν ὀ σμικρά. Καὶ γὰρ σκέπης ἀκάπνου δεῖ, καὶ ὕδατος δαψιλέος, καὶ τῶ λετρῶ συχνῶ, καὶ μὴ λίην λάβρου, ἤν γε μὴ ἕτω δέοι. Καὶ μᾶλλον μὲν μὴ σμήχεσθαι; ἤν δὲ σμήχηται, θερμῷ χρέεσθαι αὐτέῳ, καὶ πολλαπλασίῳ, ἢ ὡς νομίζεται, σμήγματι, καὶ προσκαταχεῖσθαι μὴ ὀλίγῳ, καὶ ταχέως μεταπαταχεῖσθαι.

At vero aqua [1] dulcis, quae lauando praeſcribitur, plurimis morbis confert, qui ea vtuntur. Atque inter eos aliis continenter [2], aliis vero non [3]. *a*) Sed etiam ea incidunt tempora, vt non ſolum ratione morbi et aegri minus vtendum ſit balneo, ob inſuetam minimeque accommodatam bene parandi rationem. Nam paucis in domibus balneorum inſtrumenta ſunt in promptu, atque balneorum miniſtri, quales eſſe decet: Quod ſi culpa miniſtrorum aut inſtrumentorum penuria, *b*) non conuenienter praeſcribatur, multum nocet. Etenim tecto opus eſt, quod fumo careat [4], et aqua liberaliter, aequaliter, et continenter affuſa [5], nec tamen admodum larga et affatim, niſi forte ſit opus [6]: at multo minus ſmegmatibus vtendum [7]: quod ſi ſit detergendum, tum calido vtendum eſt ſmegmate, multa aqua diluto, magis, quam conſuetum fuerit, et ſubinde multa aqua affundenda, et *c*) ſine intermiſſione [8].

SCHOLIA.

1) Frigida, calida ſimplici, et ſingulari, et vniuerſali balneo.

2) Vt hecticis febribus vniuersalis; nephriticis semicupium.

3) Vt cruda materia infirma aluo, catharrho, haemorrhagia, aut viscerum effoeta vi.

4) Ne capiti graue sit; ne item fumus cum aere ab aegro ducatur, sicque partes respirationi dicatas offendat.

5) Ne vicissitudine caloris et frigoris offendatur aeger.

6) Vt si iuuenis quadratus tetano correptus, aestate media tali sit aquae frigidae perfusione curandus.

7) In morbis acutis, in quibus id propositi habemus, vt reficcata corpora humectentur, humor acerrimus exudet, non, vt sordes detergeantur; Et detersionis molestiam non facile ferunt, et quae detergendi vim habent, ad morbos acutos conuenienter adhiberi non possunt.

8) Graece legitur ταχέως, quod idem significat, quod πυκνῶς.

COMMENTARIVS.

Balnei quatuor sunt partes, aer calidus propter vaporem, qui effertur ab aqua balnei: Deinde debet esse aqua egelida: Tertio paulo calidior: A calidiore affundendum aliquantum aquae frigidae, vt rarefacta cutis paulum densetur: Quarta pars est, vt a balneo in lectum feratur aeger et sudet, sudorque detergeatur. Vsus balnei est, vt exudet humor inutilis, qui toti corpori molestus est: Deinde vt partes siccae solidaeque aquae benignitate fruantur, et humefiant; vtendumque balneo tum particulari, tum vniuersali, si corporis non adsit cacochymia, tum enim abstinendum; Item si prima corporis regio sit impura: Tertio si adsit imbecillitas alicuius visceris, aut partis principis: vnde experientia notum est, multos, vlcus in pulmonibus habentes, in balneo exspirasse, rupta vomica. Itaque hecticis quotidianum balneum prodest, si putredinis et inflammationis internae nulla suspicio; si non sit infirmum viscus aliquod. Item in hecticis febribus prodest balneum, si horror non adsit. Nephriticis prodest particulare ἐν τῇ διαμονῇ, ἐν διεξόδῳ, ἐν γενέσει. Ictericis ictero critico laborantibus.

NO-

NOTAE.

a) Haec breuius ita vertas: Interdum vero et eam ob cauſſam balneo minus vtendum eſt, quod id homines non recte parare ſciunt.

b) Malim vertere: Non accurate vel exquiſite aliquis lauetur, plurimum inde damni ſentiet.

c) Foeſius vertit: Celeriter diffundenda, in graeco enim eſt: ταχέως μεταναταχᾶσθαι. An non Hippocrates ad aquam reſpexerit, quae ad abluendum ſuperaffundebatur? Putauerim ſane ita hunc locum vertendum eſſe: Dumque ſmegma adhibetur, multa ſubinde aqua affundenda eſt, et protinus ſuper aegro diffundenda.

Δεῖ δὲ καὶ τῆς ὁδῷ βραχείης ἐς τὴν πύελον, καὶ ἐς εὐέμβατον, καὶ ἐς εὐέκβατον. Εἶναι δὲ καὶ τὸν *a*) λελόμενον κόσμιον, καὶ σιγηλὸν, καὶ μηδὲν αὐτὸν προσεξεργάζεσθαι, ἀλλ' ἄλλες καὶ καταχέειν καὶ σμήχειν· *b*) καὶ μεταπέρασμα πολλὸν ἡτοιμᾶσθαι καὶ τὰς ἐπαντλήσιας ταχείας ποιέεσθαι· καὶ σπόγγοις χρέεσθαι ἀντὶ σληγγίδος, καὶ μὴ ἄγαν ξηρὸν χρίεσθαι τὸ σῶμα. Κεφαλὴν μέν τοι ἀνεξηράνθαι χρὴ, ὡς οἷόν τε μάλισα ὑπὸ σπόγγε ἐκμασσομένην. Καὶ μὴ διαψύχεσθαι τὰ ἄκρεα, μήτε τὴν κεφαλὴν, μήτε τὸ ἄλλο σῶμα· καὶ μήτε νεορρόφητον, μήτε νεόποτον λέεσθαι, μηδὲ ῥοφέειν, μηδὲ πίνειν ταχὺ μετὰ τὸ λετρόν. Μέγα μέν τοι μέρος χρὴ νέμειν τῷ κάμνοντι, ἢν ὑγιαίνων

XI.

ἢ φιλόλετρος ἄγαν, καὶ εἰθισμένος λέεθαι. Καὶ γὰρ ποθέεσι μᾶλλον οἱ τοιοῖδε, καὶ ὠφελέονται λεσάμενοι, καὶ βλάπτονται μὴ λεσάμενοι. c) Ἁρμόζει δὲ ἐν περιπλευμονίῃσι μᾶλλον, ἢ ἐν καύσοισι τὸ ἐπίπαν, καὶ γὰρ ὀδύνης τῆς περὶ πλευρὴν, καὶ σήθεα, καὶ μετάφρενον, παρηγορικόν ἐσι τὸ λετρὸν, καὶ πτυέλε πεπαντικὸν, καὶ ἀνάγωγον, καὶ εὔπνοον, καὶ ἄκοπον. Μαλθακτικὸν γὰρ καὶ ἄρθρων, καὶ τῶ ἐπιπολαίε δέρματος, καὶ ἐρητικὸν δὲ, καὶ καρηβαρίην λύει, καὶ ῥῖνας ὑγραίνει. e) Ἀγαθὰ μὲν ἓν λετρῷ τοσαῦτα πάρεσιν, ὧν πάντων δεῖ. Ἢν μέν τοι τῆς παρασκευῆς ἔνδειά τις ᾖ, ἑνὸς ἢ πλειόνων, κίνδυνος μὴ λυσιτελέειν τὸ λετρὸν, ἀλλὰ μᾶλλον βλάπτειν. Ἓν γὰρ ἕκασον αὐτέων μεγάλην φέρει τὴν βλάβην, μὴ παρασκευαθὲν ὑπὸ τῶν ὑπεργῶν, ὡς δεῖ. Ἥκιςα δὲ λέειν καιρὸς, οἷσιν ἡ κοιλίη ὑγροτέρη τῶ καιρῶ ἐν τῇσι νέσοισιν, ἀταρ ἐδὲ, οἷσιν ἐσήκει μᾶλλον τῶ καιρῶ, καὶ μὴ προελιλύθῃ. Ἀλλ' ἐδὲ τὲς γεγυωμένες χρὴ λέειν, ἐδὲ δὴ τὲς ἀσώδεας, ἢ ἐμετικὲς, ἐδὲ τὲς ἐπανεργμέ-

νες

νες χολῶδες, ἐδὲ τὲς ἐκ ῥινῶν αἱμορῥαγέοντας, g) εἰ μὴ ἔλασσον τῷ καιρῷ ῥέοι. Τὲς δὲ καιρὲς οἶδας. Ἢν δὲ ἔλασσον τῷ καιρῷ ῥέοι, λύειν, ἤν τε ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὰ ἄλλα ἀρήγει, ἤν τε τὴν κεφαλὴν μᾶνον. Ἢν ἓν αἱ παρασκευαὶ ἔωσιν ἐπιτήδειοι, καὶ ὁ κάμνων μέλλῃ ἓυ δέξασθαι τὸ λυτρὸν, λύειν χρὴ ἑκάσης ἡμέρης. Τὲς δὲ φιλολυτρέοντας καὶ δὶς τῆς ἡμέρης εἰ λύοις, ἐδὲν ἁμάρτοις. Χρέεσθαι δὲ λυτροῖσι, τοῖσι ὅλῃσι πτισάνῃσι χρεομένοισι παραπελὺ μᾶλλον ἐνδέχεται, ἢ τοῖσι χυλῷ μᾶνον χρεομένοισι. Ἐνδέχεται δὲ καὶ τύτοισι ἐνίοτε, ἤκιστα δὲ καὶ τοῖσι ποτῷ μᾶνον χρεομένοισιν· ἐσὶ δε καὶ οἷσι τύτων ἐνδέχεται. Τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ τοῖσι προγεγραμμένοισιν, ἔς τε μέλλῃ λυτρὸν ὠφελέειν, ἐν ἑκάστοισι τῶν τρόπων τῆς διαίτης, ἔς τε μὴ. Οἷσι μὲν γὰρ προσδέεταί τινος κάρτα τυτέων, ὁκόσα λυτρὸν ἀγαθὰ ποιέει h) λύειν, καὶ ὅσα ἂν λυτρῷ ὠφελέηται. Οἷσι δὲ τύτων μηδενὸς προσδεῖ, καὶ πρόσεσιν αὐτέοισι τῶν σημείων, ἐφ' οἷσι λύεσθαι ξυμφέρει, ἃ δεῖ λύειν.

Sed

Sed et via breuis ad vas balnearium esse debet [1]. Tum etiam vasis balnearii sit descensus facilis et ascensus. Quin etiam eum, qui balneo vtitur, modestum esse decet, beneque compositum et constitutum a natura, et taciturnum [2]: tum etiam ipsum omnino feriari [3]: sed ministros aquam affundere et detergere. Praeterea, in promptu habere oportet temperationis varietatem [4]. Tum autem sine intermissione perfundendum corpus [5]; praeterea spongiis vtendum pro strigili: praeterea nec valde siccum corpus oleo illinendum. At vero caput omni studio resiccandum est, postquam spongia deterseris: Et cum soli capiti mador sit noxius, frigus non minus a caeteris partibus arcendum. Itaque ne caput frigoris appulsum recipiat, neque extimae partes, nec adeo vniuersus corporis habitus. Adde, quod nec potu, nec cibo saturatum corpus lauare est aequum [6]. Nec vero sorbendum nec bibendum statim a balneo [7]. Enimuero illud imprimis maximi faciendum, si per sanitatem is, qui aegrotat, balnei esset cupidus, eique diu multumque assueuerit: huiusmodi hominum naturae sunt maxime balnei appetentes, atque plus adiumenti percipiunt, quam caeteri, contraque damnis augentur, si non lauantur. Caeterum magis accommodatum est balneum peripneumoniae [8], quam febribus ardentibus. Etenim dolorem costarum et pectoris [9] et sterni et dorsi [10] sedandi quoque vim habet [11], *d)* tum etiam materiam morbificam concoquit atque educit [12], proptereaque facit, vt excludatur ex facili sputum, quibus omnibus opus est [13]. Praeterea balneum partes recreat lassitudine fractas [14]; etenim articulos emollit, ipsamque adeo superiorem cutim: tum vrinas ciet, et capitis grauitatem sanat, et

nares

nares humectat. Sunt igitur balnei commoditates et opportunitates ad bene medendum. Sed tamen si praeparationis vna desideretur ratio, vel etiam plures [15]; verendum sane tum, ne nihil opis afferat, sed contra maximis damnis augeat. Etenim eorum, quae ad balneum rite administrandum praescripta sunt, si vnumquodque non bene sit paratum a ministris, vt decet, maxima secum affert incommoda. Qui per morbos plus aequo liquidiore sunt aluo [16], aut quibus supra modum adstricta [17] est, *f*) illi balneo committi non debent [18]; vt neque ii, quibus infirmae [19] sunt vires, aut qui fastidio ciborum, aut vomitione [20] tenentur, aut qui bilioſa eructant, aut quibus sanguis e naribus [21] erumpit, nisi minus, quam occasio postulat, feratur. Nec ignorare debes occasiones: Etenim si pro occasione parcius fluat, quam par sit, lauandus est aeger, siue totum corpus, siue caput tantum ita iuuari videatur. Ergo si singula commode sunt comparata [22]; si aeger citra noxam lauacrum subire potest, quotidie lauandus est. Quod si praeterea balneo delectatur, eum si quotidie bis laueris, non laedes. Satius vero est illos balneo vti, qui integram ptisanam [23], quam qui solum eius cremorem assumunt; etsi aliquando his etiam vsui est. Qui autem potu tantum vtuntur [24], balneum non subeant, quamquam horum aliqui ab ipso arcendi non sint [25]. Coniicere itaque oportet ex his, quae supra ostendimus, quibus balneum, et in qua victus ratione opitulari possit, nec ne: si enim quidpiam eorum, quae ad balnei praestantiam attinent, deest; quamuis aliquid commodi ex balneo speraueris, lauari tamen non oportet. Quod si nihil horum deest, videaturque ex notis quibusdam vtile fore, tum lauari praestat.

SCHO-

SCHOLIA.

1) Ne repentina aeris mutatione offendatur.

2) Quia, ſi facile iocorum fluctuet aeſtu, et ſit temerarius homo, reuocabitur foris intro calor, quod aduerſum eſt naturae. Sit taciturnus, quia ſi vociferetur, et loquatur diutius, accendentur pulmones, et augebitur cordis calor; ſic ex vſu erit duplo magis ducere ſpiritum, et attrahetur calor caliginoſus balnei, quod nocet.

3) Ne motu laborantes muſculi, plus excrementi ab aliis partibus trahant, quam ab iis exudet humoris.

4) Vt ſcilicet a calido ad egelidum, ab egelido ad frigidiorem fiat egreſſus: Sunt enim quatuor balnei partes; aer, aqua calida, aqua frigida, ſudoris deterſio.

5) Immerſione vtimur in ſecuritate leipothymiae; ſi metus adſit leipothymiae, affuſione continenter facta ſolum vtendum.

6) Ne cruda materia ex aluo in venas rapiatur: Tamen hecticis praeſcribitur lac aſininum ad vncias quatuor, antequam deſcendant in balneum: Duretus hoc non probat, priusquam lac coctum in ventriculo fuerit.

7) Quia excitato calore partium ſolidarum et totius habitus vis rapiendi praeripit occaſionem et cauſam mitificandi et coquendi.

8) Nomen peripneumoniae hoc loco ſumitur pro omni dolore thoracis, quia peripneumonia eſt expers dolorum, quos recenſet Hippocrates.

9) Inflammatione membranae per mammariam venam affluente ſanguine.

10) Ex ſanguinis affluxu per venas thoracicas.

11) Materiae acrimoniam infringendo, digerendo, et immutatum partis habitum reſtituendo.

12) Naturam excitando, materiam praeparando, meatus expediendo.

13) Ad tollendos et ſedandos dolores pulmonum et thoracis.

14) Materiam digerendo, calorem fouendo.

15) Vt in aqua, in vaſe balneario, in ſolio, in cibo et via, et aliis ſupradictis.

16) Ex ventriculi imbecillitate, et alui cruditate.

17) Quia his tepidum balneum reſeratis poris et euocato ad cutim ſeroſo humore, ephidroſim mouere poſſet, et ſic aluum ſicciorem reddere.

18) Ne maioribus incommodis augeantur.

19) Quia

19) Quia his ita conſtitutis, partes nobiles imbecillae fuſis humoribus obruerentur, viresque magis proſternerentur.

20) Ex alui impuritate, nam eiusmodi prius repurgari debent, quam balneo mergantur; ne excrementa balneo liquata, priores venas magis obſtruant.

21) Ne tepido balnei calore ſanguis extrorſum magis moueatur.

22) Hoc eſt, in vniuerſum ad tutiorem balnei vſum, ſi tria a corporibus abſint, nimirum acrium humorum copia, partium, praeſertim nobilium, imbecillitas, et ciborum vel humorum cruditas, ex *Galeno Lib. X. Method. med. Cap. 10.*

23 Quia ex *Galeno Lib. de Ptiſſana*, ad corporis robur et nutritionem magis conducit ptiſſana.

24) Qui ſcilicet infirmiore ſunt ventriculo.

25) Hi praeſertim, quibus cremor ptiſſanae facilius coquitur, promptiusque diſtribuitur, quam ptiſſana integra.

NOTAE.

a) λεόμενον κόσμιον.) κόσμιον Foeſius admodum concinne vertit, moderate ſe componat. Dureti tamen verſio aeque bona, modo deleretur, a natura.

b) Καὶ μετακέρασμα.) μετακέρασμα denotat aquam calidam et frigidam, qua in vtramque partem temperatio facile fieri poteſt.

c) ἁρμόζει δὲ.) Secundum Dureti verſionem deberet peripneumonia a febre ardente prorſus diſtincta eſſe. Sed omiſit τὸ ἐπίπαν. Vertendum igitur: Balneum vero peripneumoniae magis, quam febribus ardentibus in vniuerſum, accommodatum eſt.

d) Breuius vertas cum Foeſio: Sputum maturat, educit et facilem ſpirationem reddit, et laſſitudines tollit.

e) ἀγαθὰ μὲν ἔν.) Malim vertere: Tot igitur commoda balneum affert, quibus omnibus opus eſt. Verba: ὧν πάντων δεῖ, Duretus transpoſuit, et quaſi ſequerentur poſt: καὶ ἔυπνοον, quod antecedit, interpretatus eſt.

f) Inſerendum ex graeco: Neque prius ſoluta.

g) εἰ μὴ ἔλασσον.) Niſi minus, quam opportunum ſit, fluat.

h) λέαν καὶ ὅσα.) Non dubitaui hunc locum ita, vt factum eſt, emendare, quod fere conuenit cum Mercurialis et Lindenii lectione, et omnibus verſionibus reſpondet, et, quod praecipuum, ſenſus manifeſte poſtulat.

HIP-

HIPPOCRATIS MAGNI

SECTIO PRIMA
LIBRI SECVNDI
EPIDEMION.

INTERPRETE ET ENARRATORE

LVDOVICO DVRETO,

SEGVSIANO

ARGVMENTVM.

Conſtitutio ſeu Sectio prima, qua ſcilicet temporum ac tempeſtatum vires, morborumque, qui ab iis principia cauſasque ducunt, ſpecies, magnitudo, atque motus continentur in vniuerſum.

I. *a)* Ἀνθρακες ἐν Κρανῶνι θερινοί. ἦεν ἐν καύμασι ὕδατι λάυρῳ δι' ὅλε. Ἐγένετο δὲ μᾶλλον νότῳ.

Carbunculi [1] Cranone [2] aeſtiui [3] ſuppl. graſſabantur; rapidis cum ſummo aeſtu continenter aquis pluebat, idque tempeſtate magis auſtrina [4].

SCHOLIA.

1) *Carbunculi*, hoc eſt, vlcera quaedam cruſtoſa cum partium vicinarum inflammatione, picis modo candente, cum pulſu et renixu atque dolore coniuncta. Carbunculorum materia duplex, vna ſanguis exuſtus, qui in atram bilem degenerat, et eſt cruſta cinericia: altera, ſanguis eſt quidem eiusmodi craſſus, ſed cum ichore quodam venenato coniunctus. Carbunculus tres ob cauſas dicitur; tum quod cruſtam

ſtam ambuſtis ſimilem habeat, tum quod inſtar carbonis deflagret, tum quod exurat.

2) In vrbe illa Theſſaliae, in conuallibus Tempes, ſita, quae ventis perflatur auſtrinis.

3) Id eſt, qui tempeſtatis illius naturam ſequebantur, generatione ſcilicet noui humoris, non familiaris cuiusque naturae ſuppreſſione.

4) Quae cerebro, neruis, et integritati humorum bellum indixit.

NOTA.

a) De his carbunculis vide ſis, quae diſputata ſunt inter Cl. Viros Werlhofium et Hahnium de Variolarum Antiquitatibus.

Καὶ ὑπεγίνοντο μὲν ἐν τῷ δέρματι ἰχῶρες, ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο, καὶ κνησμὸν ἐνεποίεον. Εἶτα φλυκταινίδες ὥσπερ πυρίκαυσοι διανίσαντο, καὶ ὑπὸ τὸ δέρμα καίεσθαι ἐδόκεον. II.

Ichores [5] acuti ſubnaſcebantur [6]; qui demum concluſi cum incaleſcerent [7], pruritum excitabant; indeque puſtulae, ambuſtis conſimiles [8], erumpebant, tanto ſub cute ardoris ſenſu, vt exuri videretur.

SCHOLIA.

5) Seroſi humoris maligna qualitate praediti, omnisque pepaſmi expertes. Quid ichor, et quomodo ſumendus ſit hoc loco, *Galenus* declarat in *Comm. in part. 38. Sect. 2. Lib. VI. Epidem.*

6) Exitumque non habebant, effoeta naturae vi.

7) Et in atram bilem conuerterentur.

8) Ac ſi ferro candente excitatae fuiſſent: Vbicunque ſeri bilioſi et venenati copia eſt, generatio perennis, atque ſuppreſſio; ibi carbunculorum magnus fit prouentus.

III. Ἐν καύμασιν ἀνυδρίης οἱ πυρετοὶ ἀνιδρῶτες τὰ πλεῖσα. Ἐν τετέοισιν δὲ ἢν ἐπιψεκάσῃ, ἱδρωτικώτεροι γίνονται κατ' ἀρχάς. a) Τᾶυτα δυσκριτότερα μένει, ἢ ἄλλως, ἀταὲ ἧσσον, εἰ μὴ εἴη διὰ τᾶυτα, ἀλλὰ διὰ τῆς νόσε τὸν τρόπον.

Cum aeſtu coelum incanduit atque fuit ſudum omnino, febres exiſtunt, maximam partem ſudoris expertes [9]; Sed in his tamen ſi vel ſtiriis pluerit exiguis, ſudoribus illae febres abundant initio [10]; atque haec ſunt ſiniſtri magis iudicii [11], quam ſi aliter contingeret: ſed minus [12], ſi non ab auſtrinis pluuiis ſudorem profundant, ſed peculiari ipſius morbi natura [13].

SCHOLIA.

9) Ab exhauſto humoris, qui ſudoris materia eſt, quamuis in promptu ſit cauſa effectrix.

10) Ardoris vi, humorem excrementitium foras euocantis, et leui opera exhaurientis. Cum coelum rapidis impluit imber aquis, nimbus dicitur: ὄμβρος dicitur quid medium inter nimbum et ψεκάδα; ψεκὰς dicitur tenuis et mollis pluuia, et cum pluit ſtiriis mollibus.

11) Cum ſcilicet ad bilis procreatae et ſuppreſſae copiam, vi ardoris noua accedit putredinis cauſa.

12) Id eſt, non aeque formidabiles ſunt illae febres.

13) Sudor manet ſupple.

NOTA.

a) τᾶυτα δυσκριτότερα.) Verba ἢ ἄλλως et εἰ μὴ εἴη διὰ τᾶυτα, videntur interpretibus maximas moleſtias creaſſe. Puto Hippocratem velle, febres, ſub ſqualidis aeſtibus ortas, ſi ab initio morbi ſudores expreſſerint, difficilius iudicari, quam ſi alio tempore aeger ſudauerit. Minus tamen difficulter iudicari, ſi per naturam morbi, cum prima febre, ſudor

ſudor prodeat, quam ſi propter tempeſtatem. Transpoſitio verborum, ἀλλὰ διὰ τῆς νόσε τρόπον, et illorum ἐὰ μὴ ἔῃ διὰ ταῦτα non parum obſcurare hunc locum videntur. Plerique interpretes τὸ δυσκριτότερα putant verba: πυρετοὶ ἀνιῶντες reſpicere, neque nego, hanc expoſitionem admitti poſſe. Sed ſudor, qui ab initio fluit, eo, quod humidum corpori detrahit, criſin morbi difficiliorem facit, quam ſi nullus prodierit. Et, ſi illam expoſitionem admittimus, quid fiet cum verbis, ἢ ἄλλως ?

Οἱ καῦσοι ἐν τῇσι θερινῇσι a) μᾶλλον γίνονται, καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ὥρῃσιν, ἐπιξηραίνονται δὲ μᾶλλον θέρεος. IIII.

Febres ardentes [14] aeſtiuis temporibus et tempeſtatibus magis fiunt [15], quam aliis anni temporibus [16]; ſed tamen illae [17] ingraueſcunt et exacerbantur magis aeſtate [18].

SCHOLIA.

14) Sine intermiſſione cum linguae ſcabritie, et inexplebili ſiti coniunctae.

15) Seri bilioſi generatione, nec non in venulas arefactas attractione.

16) Hoc eſt, febres ardentes ſunt aeſtuanti coelo congeneres, et eaedem non ſolum efficientis cauſae, ſed ſuſcipientis naturam ſequuntur.

17) Cum coelum aeſtu incanduit.

18) παροξύνονται legendum eſt, non ξηραίνονται, vt in graeco codice.

NOTA.

a) μᾶλλον γίνονται.) An non μᾶλλον primo loco tollendum eſt? Hippocratis enim haec ſententia eſt: Febres ardentes et aeſtate, et alio anni tempore fiunt, aeſtate tamen, ob ſiccitatem, magis ardentes fiunt, et quaſi extorrent. Legendum enim ſine dubio, ἐπιξηραίνονται. Nam παροξύνονται, ſi in codicibus inuenitur, e margine, tanquam gloſſema τὰ ἐπιξηραίνονται, in textum receptum eſt.

V. Φθινοπώρῳ μάλιστα *a*) θηριώδεες, καὶ ἡ καρδιαλγία, *b*) καί τοι καὶ αὐτὴ ἧσσον κακοήθης γέοι ἂν, αὐτῷ τῷ νοσήματος τετέθ ἐόντος. *c*) Αἱ ἀσκαρίδες δείλης ὁμοίως τούτῳ. καὶ ἐκεῖνα τηνικαῦτα ὀχλέουσι τῆς ἡμέρης τὰ πλεῖστα, οὐ μόνον διὰ τὸ μᾶλλον πονέειν, ἀλλὰ καὶ αὗται διὰ σφᾶς ἐωϋτάς.

Autumno potiſſimum ferini morbi gignuntur [19]; atque dolor cordis et ſtomachi [20]. Aſcarides veſperi ſimiliter huic [21], et illi tunc infeſtant in die plerumque [22], non ſolum ideo, quod magis affligunt, ſed etiam ipſi per ſe ipſos [23].

SCHOLIA.

19) Vt tabes, maniae, lumbrici, ſcilicet ab ortu arcturi ad occaſum vergiliarum.

20) Quamuis haec affectio ſit minus calamitoſa, quod propria ſit autumno.

21) Vermes ſunt tenues et teretes, quibus fere ſedes in recto inteſtino et ſphincture muſculo.

22) Quo tempore magis vexant aſcarides; quibus origo eſt a cruda materia, et crapula.

23) Quadruplex feritas eſt, prima lumbricorum; ſecunda feritas deſtillationis; tertia maniae; quarta cancri et elephantiaſeos, vid. *Galenus in Comm. in Sent. 14. Lib. VI. Epid.*

NOTAE.

a) θηριώδεες.) Horum verborum optima interpretatio eſt Foeſii, qui vermium omne genus indicatum ab Hippocrate eſſe docet, quod intus in viſceribus generari ſoleat; quod ipſa καρδιαλγία, a locorum propinquitate orta, confirmat, cui aliter inter malignos morbos, locus, isque primus, dari non potuiſſet. Sed cur ſubiicit Hippocrates; αἱ ἀσκαρίδες δείλης ὁμοίως τούτῳ, ſi θηριώδεες ad animalcula pertinet, quae in inteſtinis naſcuntur? An θηριώδεες peculiare vermium genus indicat?

dicat? quod autumno ſe maxime manifeſtet, et oris ventriculi dolorem faciat, vt aſcarides eundem affectum veſpertino tempore excitent.

b) Καί τοι καὶ αὐτή.) Etſi hic (dolor), dum ille morbus viget, minus infeſtus eſt. Haec verba a Dureto omiſſa ſunt. Sed non ſatis conſtat, de quo morbo Hippocrates loquatur, an de animalculis ipſis, an de oris ventriculi dolore. Si illud, videtur Foeſio accedendum eſſe, qui θηριῶδες legit. Si hoc, ἤ ſubintelligendum eſt. Senſus autem hic eſt. Dolor oris ventriculi, vbi vermibus accedit, id eſt, ſymptoma eſt, minus malignus eſt, quam ſi per ſe ipſe morbus eſt. Et hoc ſane Hippocratem voluiſſe crediderim, niſi obſtarent verba ὁμοίας τούτῳ.

c) αἱ ἀσκαρίδες.) Haec quam optime ita vertas: Aſcarides veſperi, ſeu, quando dies inclinat, adeoque ſimili autumno tempore, tanquam anni veſpere, infeſtant. Eaque animalcula hac in primis diei parte, turbas excitant, non ſolum, quod tum magis afflicta corpora dolor excipit, verum etiam, quia ipſa ſua ſponte (ſcilicet fame ſtimulata) feruntur ad inteſtina inuadendum.

a) Ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται νόσοι καὶ θανατωδέσταται τὸ ἐπίπαν, ὅμοιον τῷ δείλης παροξύνεσθαι, ὡς τὸ ἐνιαυτὸ περίοδον ἔχοντος τῶν νόσων, οἷον ἡ ἡμέρη τῆς νόσου, οἷον τὸ δείλης παροξύνεσθαι. Τοιοῦτον τῆς νόσου καὶ ἑκάσης κατασάσιος πρὸς ἀλλήλας, ὅταν μήτι νεωτεροποιηθῇ ἐν τῷ ἄνω εἴδει, εἰ δὲ μὴ, ἄλλης ταῦτα κατασάσιος ἂν ἄρχοι. VI.

Autumno acutiſſimi morbi [24] et funeſtiſſimi [25]; In vniuerſum ſimile [26], vt veſperi recrudeſcant, vt quod annus habeat circuitum vniuerſalem morborum, vt quisque dies morbi priuati; et quale eſt idipſum veſperi recrudeſcere, eiusmodi

fere eſt morbi cuiusque, aut omnium tempeſtatum inter ſe conditio; praeſertim ſi nihil nouatum fuerit, exacta praeteritorum temporum hiſtoria [27]; ſin minus, alterius temporis tempeſtatem conſequitur.

SCHOLIA.

24) Symptomatum vehementia.

25) Hoc eſt, cacoethia, venenata humoris qualitate, inflammatione, impedimento partium, quarum officio vita carere nequit, curandi difficultate, quod cum bilioſi humoris cacochymia coniuncta ſit cruditas, tum propter ipſius temporis inaequalitatem.

26) Id eſt, commune omnium morborum autumnalium.

27) Ac ſi diceret, exiſtunt tempora, in quibus vis maior ſuppreſſionis, quam generationis.

NOTA.

a) Ἐν φθινοπώρῳ.) Mihi ſane totus hic locus, a Dureto verſus, obſcurior eſſe videtur, quam vt inde fere commodus quidam ſenſus elici queat. Et quamuis etiam graeca minus plana et intellectu facilia ſint, ſatis tamen appoſite ita verti poſſunt: Autumnus in vniuerſum acutiſſimos morbos, maximeque exitiales gignit, ſimiliter vt veſpere morbi exacerbantur et grauiores fiunt. Nam inter annum et diem ea ſimilitudo intercedit, quod ſicut ille omnium morborum circuitum, et autumnali tempore eorum nouas acceſſiones habet, ita dies ſingulorum morborum, qui veſpere exacerbantur. Haec autem contingunt, ſi morbi et anni conſtitutio inter ſe ſimiles fuerint, niſi, aeris natura mutata, et in hac aliquid mutatum fuerit. Tum enim morbi in aliud anni tempus incident, et orientur; quare et ipſe annus eiusque partes ita procedere, ac ſe inuicem habere debent. Cum enim conſtantia ſuique ſimilia anni tempora ſunt, et ſingulorum mutatio ordine et tempeſtiue fit, bene morati cetr. Τῷ δείλης παροξύνεσθαι non placet, malim τὸ, vt reſpondeat ὅμοιον, et denotet, veſpertinas acceſſiones acutis autumni morbis ſimiles eſſe. Ad hunc vero locum et ſequentia conferri merentur plura, quae in Lib. de Humor. Part. III. in hunc ſenſum dicta ſunt.

Ὥσε καὶ τὸν ἐνιαυτὸν πρὸς ἑωϋτὸν ἔτως ἔχειν. Ἐν τοῖσι καθεσεῶσι καιροῖσι καὶ ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδοῦσιν ἔτεσιν, εὐσαθέες, καὶ εὐκρινέσατοι αἱ νοῦσοι, ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταξάτοισιν, ἀκατάξατοι καὶ δύσκριτοι. Ἐν γῦν περίνθῳ ὅταν τι ἐκλίπῃ ἢ πλεονάσῃ ἢ πνευμάτων, ἢ μὴ πνευμάτων, ἢ ὑδάτων, ἢ αὐχμῶν, ἢ καυμάτων, ἢ ψύξεων. VII.

Quae cum ita ſint, poteſt perſpici, annum ad ſe redire, id eſt, anni partes ita ſe habere, definitis ſeptem anni temporibus atque partibus, ac tempeſtiue[28] repreſentantibus tempeſtates partium ſingularum proprias[29], bene morati fiunt morbi et ſecundi iudicii[30]; incertis vero et inconſtantibus[31], ſiniſtri iudicii[32], vt Perinthi contigiſſe vidimus, cum deeſt aut redundat quidpiam ventorum, aut tranquillitatis, aut pluuiarum, aut ſiccitatis, aut aeſtus aut frigoris.

SCHOLIA.

28) Id eſt, loco et conuenienter.

29) Vt ventos, tranquillitates, pluuias, et caetera.

30) Qui ad ſalutem iudicantur, ſua quisque propria, criſi, ſine vllo periculi aut recidiuae metu.

31) Cum nec tempeſtates propriae, nec tempori cooriuntur.

32) Magnitudine cauſae, ſymptomatum vehementia, et naturae infirmitate.

Τὸ δὲ ἔαρ τὸ ἐπίπαν ὑγιεινότατον καὶ ἥκιστα θανατῶδες. VIII.

Ver autem ſaluberrimum eſt, minimeque funeſtum.

IX. Πρὸς τὰς ἀρχὰς σκεπτέον τῶν νόσων εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ. Δῆλον δὲ τῇ ἐπιδόσει. a) Τὰς δὲ ἐπιδόσιας τῇσι περιόδοισι.

Patefacta morborum geneſi, atque idea, initio[33] attente conſiderare et animo complecti oportet, ociusne an tardius floreſcant morbi[34]; id autem perſpicuum fit incremento[35]; ipſas autem acceſſiones ſymptomatum periodis et circuitibus[36].

SCHOLIA.

33) Id eſt, ſimul atque medicinam aegro facere inſtitueris.

34) Id eſt, celerius aut tardius ad vigorem perueniant, vt ſcilicet ex breuis aut diuturnae hiſtoriae perſpicientia ad eam legem diaetam inſtituas, qua naturae vires ad confirmandum et triumphandum inſtituantur, non opprimantur.

35) Ob mutationem et vehementiam irritata natura, et inchoata coctione.

36) Tum vniuerſalibus, tum particularibus. Epidoſis eſt acceſſio ſymptomatum. Endoſis remiſſio.

NOTA.

a) Τὰς δὲ ἐπιδόσιας) Vertendum ſine dubio eſt: ipſa autem incrementa ex circuitibus cognoſcuntur. Atque ex his, pariter atque ex acceſſionibus, quae in periodis fiunt, criſes innoteſcunt. Videndum autem eſt, an illae acceſſiones celerius aut tardius fiant, an diutius durent, nec ne, tuncque vehementiores ſint, an minus.

X. Καὶ αἱ κρίσιες ἐντεῦθεν δῆλοι, καὶ τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυσμοῖσιν, εἰ πρωιαίτερον ἢ ὀ, καὶ εἰ πλείονα χρόνον ἢ ὀ, καὶ εἰ μᾶλλον ἢ ὀ. Πάντων δὲ τῶν συνεχέων, a) ἢ διὰ-

διαλειπόντων ἢ χρονίων, *b*) καὶ τρωμάτων καὶ πτυέλων ὀδυνωδέων καὶ φυμάτων φλεγμοναί. καὶ ὅσα ἄλλα ἐπιφαίνονται ὕσερον. Ἴσως δὲ καὶ ἀλλων πραγμάτων κοινῶν τὰ μὲν θᾶσσον, βραχύτερα, τὰ δὲ βραχύτερον, μακρότερα.

Inde criſes ipſae [37], atque in paroxyſmis periodicis, ſi celerius accedant, aut non; tum diutius protrahantur, aut non, et vehementius infeſtarint, aut non; quin omnium febrium continuarum aut intermittentium acutarum et diuturnarum vrinae [38], aut deiectiones aut ſputa, et tromatum ipſorum et phymatum inflammationes, vel quaecunque poſt apparere dicuntur, fortaſſe et aliarum rerum communium [39], quo celerius fiunt et apparent, breuiores fore morbos, oſtendunt, contra, quod tardius, tardiores.

SCHOLIA.

37) Quae irritatae naturae coctionis et excretionis ſunt conſequentes. Cum humor impetum facit et ὀργᾷ, ſicque natura irritatur, criſis fieri poteſt, etiam incocta materia, vt in Metone apparuit *Lib. I Epid. Aeger. VII.* Criſis fit etiam concoctione, vt cum materia excocta eſt, ſalutariter excernitur, idque opus eſt fieri in fixis humoribus. Vbicunque irritatur natura, concoctio fit celeris, et putredo adeſt celeris, criſis quoque eſt celeris; vnde in quartana febre putredo tarda, concoctio tarda, et tarde irritatur natura; itaque tarda criſis.

38) Crudae, coctae, aut prauae.

39) Quae celeriter cadunt in morbos et communiter.

NOTAE.

a) Ἢ διαλειπόντων) Recte Lindenius: διαλειπόντων ἢ χρονίων cetr. Cum enim de febribus hic praecipue ſermo ſit, διαλειπόντων non intermittentium vertendum eſt, ſed remittentium, aut quae ſic deſinunt, vt tantum minuatur aliquantum ex febre, non autem ex toto ſequatur integritas. In quibus hoc, illi χρόνιοι ſunt.

b) καὶ τρωμάτων) Hic locus non vno nomine pro difficillimo haberi debet. Verba; καὶ ὅσα ἄλλα indicant, Hippocratem de iis dicere, quae pro ſymptomatibus τῶν συνεχέων χρονίων haberi poſſunt. Apparet quoque in verbis, καὶ τρωμάτων etc. horum aliqua certiſſime proponi. Cum in his verbis φλεγμοναὶ vnicus nominatiuus ſit, credi poſſet τρωμάτων cetr. huc referri debere. Et ab hac ſententia alienus non eſſem, niſi parum intelligerem, quid ſit φλεγμονὴ πτυέλων ὀδυνωδέων. Foeſius vult ſingula vocabula, nempe τρωμάτων cetr. per ſe ſtare, et totidem ſymptomata indicare. Verum nonne abhorret a loquendi ratione, genitiuos pro nominatiuis ponere? Quod ſi vero et non abhorreret, ſecundum Foeſii expoſitionem, haec non tam ſymptomata eſſent, quam criſes, de quibus tamen non videtur hic ſermo eſſe. Omnibus accurate perpenſis, eo inclino, vt τρωμάτων cetr. ad φλεγμοναὶ referenda putem. Per τρῶμα vulnus, per φῦμα tuberculum, abſceſſum intelligo. Haec ſi adfuerunt ante, quam aliquem morbus occupauit, videndum, an in morbo ipſis inflammatio accedat. Sed quid faciendum cum πτυέλων ὀδυνωδέων? An accipiendum pro parte, ex qua prodit? nempe, ut ponatur homo, ante morbum tuſſi humida cum aliquo dolore laboraſſe, quo pectus afflictum fuit, quod nunc etiam inflammatio occupat. Forte autem vitium eſt in voce πτυέλων? Caeterum quod Duretus de vrina et deiectionibus adiecit, in reliquis Editionibus non inuenio. Sed iam ante vidimus, Duretum aliqua modo addere, modo omittere. Et hoc ipſum probabile reddit, vel Codice quodam uſum fuiſſe, de quo parum conſtat, vel memoriae nimis confiſum, conuerſionem ſine graeco textu confeciſſe.

XI. Καὶ ἐν περιόδοισι τὸ ἐπιπρωιαίτερον, καὶ ἄλλης ἐπιδόσιος ἀπαυδώσης τῆς νόσου. Καὶ γὰρ τῶν παραχρῆμα *a*) ἀπολλυμένων, ταχύτεραι αἱ κρίσιες, ὅτι ταχέες οἱ πόνοι, καὶ ξυνεχέες καὶ ἰσχυροί.

Sed tamen ita periodicarum febrium comparata eſt ratio, vt morbus non recipiat celeriorem

rem acceſſionem, cum aliorum ſymptomatum acceſſione [40]. Etenim eorum, qui celerius opinione intereunt [41], celeriores ſunt criſes [42], quod celeriter et continenter et vehementer laborum ſumma ſint omnia.

SCHOLIA.

40) Quae ſymptomata dicuntur ἐπιγενόμενα.

41) Vt Philiſci.

42) Ad mortem repentinae mutationes.

NOTA.

a) ἀπολλυμένων) Hoc verbum interpretes de aegris accipiunt, ac vertunt, intereunt. Sed cum toto hoc loco de morbis dictum ſit, non de aegris, interpretari non dubito: interficiunt.

Τὰ δὲ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον, μὴ αὐτίκα ἐπιφαινέσθω. XII.

Quae vero ſecundum aegri ſalutem, iudicandi vim habent, ne ſtatim appareant [43].

SCHOLIVM.

43) Id eſt, criticae cauſae, editis pepaſmi ſignis: Nam quo tempore natura morbificis cauſis opprimitur, eſtque humorum cruditas, non poteſt quidquam excerni ſalutariter.

Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα. XIII.

Quae iudicandi vim habent, vel iudicatoria, ſigna et cauſae ac ſigna diei critici [44], non iudicantia [45], alia quidem funeſta ſunt [46]; alia vero ſiniſtri iudicii [47].

SCHOLIA.

44) Et criſeos ipſius, cauſae item criticae per abſceſſum, vel excretionem.

45) Id eſt, indicandi et iudicandi facultate carentia, quae fruſtra fiunt et fruſtra apparent.

46) Id

46) Id eſt, ſi cum iis ſint coniuncta ſymptomata, omnino funeſta, partibus ipſis, vnde manant, et quo feruntur, calamitoſa; criſima, ſunt ſigna; criſima, cauſae; criſima, dies critici; criſima ſigna ad tempus criſis, vt vrina cocta quarto die, *Lib. IV Aphor. 70.*; alia ad ſpeciem criſeos apparent, vt rubor genarum, venae micantes, diſtentio hypochndriorum, et ſimilia.

47) Quae morbi motu, non vi naturae fiunt, ſi modo ſine ſymptomatis funeſtis maneat humoris morbifici cruditas.

XIV. Τὰ προκρινόμενα, ἢν ὡμῶς κριθῇ, ὑποσροφὴ, ἢν δὲ μὴ, ἀκρισίαι. Γένοιτο δ' ἂν καὶ ὀλέθρια τὰ μὴ σμικρά.

Quinetiam, quae ante diem iudicantur [48], ſi cum cruditate iudicium habuerint, recidiuae accidunt [49]; ſin minus, ſiniſtrae aut nullae omnino criſes. *a*) Exiſtunt etiam huiusmodi funeſta, quae non ſunt exigua [50].

SCHOLIA.

48) Symptomatum vehementia et cauſae magnitudine, vt in Metone, et ictero ſexti diei, *Lib. Epid. I. Aeger. VII.*

49) Superſtite morbi foco.

50) Vt cum abſceſſus fit, aut excretio naturae potens.

NOTA.

a) Melius vertiſſe videtur Foeſius: Pernicioſae quoque euadunt, ſi modum excedant.

XV. Ὅσα κρίσιμα σημεῖα γινόμενα τὰ αὐτὰ ταῦτα μὴ γινόμενα δύσκριτα. Τὰ ἐναντία δὲ σημαίνοντα κακὸν· ἐ μόνον, ἢν παλινδρομέῃ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχαίης Φύσιος τὰ ἐναντία ῥέποντα, ὥσπερ καὶ τῶν κακῶν σημεῖον ἐπὶ ταναντία ῥέποντα.

Quae-

Quaecunque iudicatoria ſigna ſpecie ſunt, ſi eam vim indicandi aut iudicandi non habeant, ſunt *a*) ſiniſtri iudicii; contraria vero toto genere et naturae infeſta malum prae ſe ferunt, non ſolum, ſi eo, vnde manauit, recurrat, ſed quae contra priſtinae ſuae naturae conditionem, curſum huc aut illuc inflectunt, vt et ex malis toto genere ſignis quaecunque contraria incidunt [51].

SCHOLIA.

51) Verum enimuero abſceſſuum diſtinctionem an conuenienter et ſecundum morbi naturam, tum vero fiantne κατ' ἴξιν. Tanta enim vis eius, quod dicitur κατ' ἴξιν, vt ſi omnia ſecundum naturam fiant, et hoc vnum deſideretur, bene tamen cum aegro non agatur.

NOTA.

a) Malim vertere; difficilem iudicationem faciunt, et ſic etiam paullo ante.

Θεωρεῖν δὲ ἔτω δεῖ, *a*) χρωμάτων, συμ- XVI.
πτώσεων φλεβῶν, ὄγκων ὑποχονδρίων, ἀναρρο-
πίων, καταῤῥοπίων.

Animo complecti oportet colores [52], venas collapſas [53], tumores hypochondriorum [54]; *b*) ſurſum deorſumue inclinantium.

SCHOLIA.

52) Contra naturam, qui in oeconomiae naturalis vitio ſocum habent perennem.

53) Id eſt, quarum pulſus non cernitur, aut quae non conquieſcunt. Micatio arteriarum apparens ſine tactu, ſignum ſymptomaticum eſt plenitudinis; quamquam fieri poſſit in his, qui laborant foedis coloribus, vt a reſolutione melancholici ſucci, flatus ſequatur, qui palpitationem cordis et arteriarum micationem generet.

54) Aut contra eorundem hypochondriorum aequalitates.

NOTAE.

a) χρωμάτων) Omnes fere Codices βρωμάτων habent, quod maxime cibi potusque quantitatem, adeoque πληθώρην ſecun-

ſecundum Foeſium, indicat. Sine dubio in χρωμάτων id mutauit Duretus, quoniam de coloribus plura in Libro de Humoribus, quae ad criſes diiudicandas pertinent. Idem et Caluus fecit, quos adeo ſequi non dubitaui.

b) Malim: morbi ad ſuperiora, vel ad inferiora inclinationes.

XVII. Πολλὰ δὲ καὶ τῶν τοιούτων, οἷον ἀποφθειρουσέων οἱ τιτθοὶ προσιγνάινονται, οὐδὲ γὰρ ἐναντίον, οὐδὲ βῆχες χρόνιαι, ὅτι ὄρχιος οἰδήσοντος παύονται. Ὄρχις οἰδήσας ἀπὸ βηχέων, ὑπόμνημα κοινωνίης, σηθέων, μαζῶν, γονῆς, φωνῆς.

Quinetiam multae ſignificationes et certae ex his petuntur [55], vt mulierum abortientium [56] mammae extenuantur [57], nec id contrarium eſt [58]; nec quod diuturnae, tuſſes teſte intumeſcente, ceſſant, *a*) et contra tumidus a tuſſe teſtis argumentum memorabile eſt ſocietatis [59] mammarum, genitalis, et ſeminis, vocis.

SCHOLIA.

55) Scilicet ex naturali partium ſympathia.

56) Quae ante diem foetus excludunt.

57) Inopia alimenti.

58) Id eſt, non eſt contra naturam.

59) Generis ſimilitudine, vaſorum communione, et operis ſocietate.

NOTA.

a) Aptius haec ita vertas: Talis igitur teſtium tumor, ob tuſſim ortus, nos quidem communionis commonefacit, quae pectori et mammis et genitalis ac voci intercedit. Vid. Lib. de Humoribus. Part. II. §. 28.

XVIII. Ἀποσάσιες ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ δι' ὀσέων, ἢ νεύρων, ἢ δέρματος, ἢ ἐκτροπέων ἑτέρων. χρη-

σαὶ

σαὶ δὲ αἱ κάτω τῆς νόσε, ὅιον κιρσοὶ, ὀσφύος βάρεα ἐκ τῶν ἄνω. c) Ἄρισα δὲ μάλισα αἱ κάτω, καὶ αἱ κατωτάτω κοιλίης καὶ προσωτάτω ἀπὸ τῆς νόσε, καὶ αἱ κατ' ἔκρεν, ὅιον αἷμα ἐκ ῥινέων, d) πύον ἐξ ὠτὸς, πτύαλον, ἔρον, e) κατ' ἔκρεν, ὅισι μὴ ταῦτα, ἀποσάσιες, ὅιον ὀδόντες, ὀφθαλμοὶ, f) ῥὶς, ἱδρώς.

a) Abſceſſus [60] per venas atque arterias [61], aut neruos [62], aut per oſſa [63], aut neruos [64], aut cutim [65], aut per alia diverticula, bono ſunt, qui *b*) infra morbum oboriuntur [66], vt varices [67], tum lumborum grauitas ſuperne inflexo curſu: Atque illi ſunt optimi abſceſſus inferiores [68]. Praeterea apoſtaſes illae ſunt optimae [69], quae a morbo remotiſſimae [70], et quae per excretionem, vt ſanguis e naribus, pus ex aure, ſputum, vrina; quibus vero non contingunt abſceſſus, erunt velut dentes [71], oculi, nares, ſudor [72].

SCHOLIA.

60) Materiae morbificae, et morbi ipſius, tum per excretionem, tum per materiae decubitum.

61) In haemorrhagia, in purulenta vrina peripneumoniae critica.

62) Qui ſenſum et motum impertiuntur, vt hypochyma oculi, paraplegia, quae in apoplexiam cadit, iſchias in colicum dolorem.

63) Vt, quaecunque oſſa vitium attingunt, incremento prohibentur. *Galenus Cap. I. Lib. de oſſibus* ait, quoties νεῦρον legitur abſolute apud Hippocratem, ſignificat neruum, quod hoc loco non obſeruatur; nam νεῦρον ſignificat tendines et ligamenta.

64) Vt tendines et ligamenta.

65) Vt eryſipelatum mutatio; ophthalmia per excluſionem materiae a pericranio tunica.

66) Vt

66) Vt crurum tumor in peripneumonia.

67) Insanientibus et costarum articulis tuberculis scatentibus. Si varices sint insanientibus criticae, non iudicatoriae tantum, bonum est; nam si insania a succo melancholico oriatur, varices etiam obortae sunt iudicatoriae saepe, vnde malo sint loco aegrorum res: Aliud est ἔχειν αἱμορῤῥοίδας, aliud ἔχεσθαι ἀφ' αἱμορῤῥοίδων; illud enim significat naturam potentem, hoc contra.

68) Et partibus alui infimis.

69) Vt signa et caussae.

70) Quod hic significatio fiat naturae integrae, materiae praeparatae, libertatis meatuum.

71) Id est, dolores dentium.

72) Per neruos fiunt apostases, vt in oculo hypochyma; quod si per neruum fiat, vix curationem recipit; si per venam, contra. Arthritis fit affecto ab humore neruorum involucro; apoplexia affecta medulla neruorum. Fractio calcis efficit, vt per neruum communicetur affectus cerebro, vnde delirium; per arteriam cordi, vnde febris ardens; per chordas, vnde conuulsio.

NOTAE.

a) Melius: Quae abscedunt, ea cetr. Vox φλέβες tria vasorum genera, arterias, venas et neruos significat.

b) Scilicet infra partem, in qua morbus residet.

c) ἄριστα δὲ) Haec, cum sequentibus iuncta, ita vertamus: Praestant autem maxime illa, quae ad inferna loca, et plurimum infra ventrem, et quam remotissime a morbi sede fiunt, tum quae per excretionum vias, vt sanguis e naribus, pus ex aure, sputum, vrina. In aliis vero non hac ratione abscedunt, scilicet, in quibus ad dentes se conferunt, vel ad oculos, ad nares, ad sudoris vias. Quin etiam ea huc pertinent, quae sub cute abscedunt, et tuberculorum forma erumpunt, qualia sunt tangae, et in pus abeuntes tumores, aut ulcus, et similes pustulae aut desquamationes, et pilorum defluuium, vitiligines, leprae, aut similes abscessus, qui fiunt, cum humor confertim, nec sensim confluit, et quae alia commemorata fuerunt, etsi solutioni atque excretioni morbi aliquantum respondeant.

d) πύον ἐξ ὠτὸς) Haec interpretes, tanquam planissima intacta dimiserunt. Verum pus ex aure fluere, eoque hominem optime a morbo liberari, nemo mihi persuadebit. Sordes aurium aliquando sic fluere, vt leuent aegrum, id quidem noui.

noui. Quare, ſi ſanus locus eſt, πύον non pus verti debet, ſed humor ſpiſſus et coctus. Sed magis eo inclino, vt locum corruptum putem.

e) κατ' ἔκρηξιν ὄισι.) Verba κατ' ἔκρηξιν poterant abundare videri, ac vere abundarent, ſi iungerentur cum verbis πτύαλον, ἔρον. Ergo non dubitaui coniungere cum ſequentibus. Et puto ita interpungendum locum eſſe: κατ' ἔκρηξιν ὄισι μὴ, ταῦτα ἀποστάσιες. Nam ſi interpunctio poſt ἔκρηξιν ponitur, ſtatui videtur, ac ſi ἀπόστασις in dentes e. g. maior praeſtantiorque ſit ea, quae fit κατ' ἔκρηξιν, quod tamen foret contra mentem Hippocratis.

f) ῥὶς, ἰδρὼς) Sudor videtur ad illa pertinere, quae κατ' ἔκρηξιν, eodem iure, ac ἔρον, nullo autem iure ad ἀποστάσιες. Putaui igitur, ἰδρὼς vel tranſpoſitum eſſe, vel debere poſt ἔρον ſequi, vel debere emendari. Sed nulla vox ſuccurrit, quae ſubſtitui poſſit. Nam vocabula ἕδρη vel ἀιδοῖον, quod aliquando conieci, nimis videntur a vulgata ſcriptura recedere.

Ἀταὶρ καὶ τὰ ὑπὸ δέρμα ἀφισάμενα ἐς τὸ ἔξω φύματα, ὅιον ταγγαὶ, καὶ ἐκπυῆντα, ἢ ἕλκος, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐξανθήματα, ἢ λοποὶ καὶ μάδισις τριχῶν, ἀλφοὶ, λέπρα, ἢ τὰ τοιαῦτα, ὅσα ἀποσάσιες μέν εἰσιν ἀθρόως ῥεύσασαι, καὶ μὴ ἡμιῤῥόπως, καὶ ὅσα ἄλλα εἴρηται, καὶ ἢν μὴ ἀναξίως τῆς περιβολῆς τῆς νόσε, ὅιον τῇ Τιμενέῳ ἀδελφιδῇ ἐκ νόσε ἰσχυρῆς, ἐς δάκτυλον ἀπεσήριξεν, ἐχ ἱκανὸν δὲ δέξαθαι τὴν νῆσον ἐπαλινδρόμησεν, ἀπέθανεν. Ἀποσάσιες ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ διὰ κοιλίης, ἢ διὰ νεύρων, ἢ διὰ δέρματος, ἢ κατὰ ὀσέα, ἢ κατὰ τὸν νωτιαῖον, ἢ κατὰ τὰς ἄλλας ἐκροὰς, σόμα, αἰδοῖον, ὦτα, ῥῖνας. XIX.

Quinetiam quae ſub cute foras abſcedunt, affectiones partium ſingularum extimarum, vt tangae [73], et ſuppuratum edentia, aut vlcus, aut caeterae eiusmodi puſtulae [74], aut deſquamationes, aut capillorum defluuium, aut vitiligines, ſcabies, aut eiusmodi alii, quicunque exiſtunt abſceſſus, confertim fluentes, non autem ex dimidio, et quaecunque alia commemorata, etſi non indigne [75], vt Temenei nepti, ex vehementi morbo, in digitum influxit materia, illicque ſe obfirmauit; ſed cum excipiendo morbo non eſſet pars illa par, intro recurrit atque ita interiit. Abſceſſus aut per venas, aut per aluum, et ſecundum ventrem, aut per neruos, aut cutim, aut ſecundum oſſa, aut ſpinalem medullam, aut alia emiſſaria, vt os [76], pudendum [77], aures, nares [78].

SCHOLIA.

73) Tangae dicuntur ſudamina quaedam, vel hidrotes quidam oleoſi et viſcidi; ſimiles enim ſunt oleo rancido.

74) Quales Simon habebat, iisque eſt perfecte iudicatus.

75) Et pro dignitate, materiam morbi complectatur.

76) In vomitione, ptyeliſmo.

77) Vt in purulentae vrinae profluuio, a peripneumonia.

78) Vt in diuturno capitis dolore.

XX *a) Ἐξ ὑστέρης ὀκταμήνῳ τὰ τῶν κρίσεων, τῇ ὑστεραίῃ ὡς ἄν ἐς τὴν ὀσφὺν, ἢ ἐς τὸν μηρὸν.*

Ex vtero [79] octauum menſem agenti, ab abortione et vteri oedemate, criſes incidunt [80] hyſtericae mulieri, vt in lumbos et femur.

SCHOLIA.

79) Id eſt, ex abortiuo foetu et vteri oedemate, cum ſuperuenerit dolor ad ſynciput.

80) Id eſt, abſceſſus fiunt in iſchio, et fit iſchias et emmotum.

NOTA.

a) ἐξ ὑστέρης.) Vnum ex obſcuriſſimis hunc locum eſſe, plane a Foeſio expoſitum eſt. Mulierem ὀκτάμηνον accipio, quae, vbi octauo menſe pepererit, qui partus, ſecundum Hippocratem, nullo modo naturalis erat, in morbum incidat, eumque, vbi iudicetur, in lumbos aut femur decumbere. Quare ita verto: ſi mulier, quae octauo menſe partum edidit, ex vtero laborat, (hoc puto indicari per τῇ ὑστεραίῃ) et morbus iudicatur, quod iudicatum eſt, ſe vel ad lumbos, vel ad femur conuertit. Verba, καὶ ἐς ὄρχιας ad ſequentia retuli, vt etiam Foeſius in verſione fecit, etſi aliter in graeco textu habet. Poſſunt tamen illa verba et ad praecedentia referri, vt per ὄρχιας ouaria cum veteribus intelligantur, in quae cauſſa mali non raro proruit.

XXI. Καὶ ἐς ὄρχιάς ἐσι ὅτε δὲ ἐκ βηχέων, καὶ ὄρχις αὐτὸς ἐφ' ἑωϋτῦ. Βηχώδεες ἀποσάσιες, αἱ μὲν ἀνωτέρω τῆς κοιλίης, ἐχ ὁμοίως τελέως ῥύονται.

a) Eodem modo in teſtes fit ſaepe, ex tuſſi diuturna [81], cum teſtis ipſe antea laboraret per ſe [82]; Tuſſiculares abſceſſus [83], qui ſuperiore ventris parte conſiſtunt, non aeque perfecte liberant [84].

SCHOLIA.

81) Scilicet oboriantur abſceſſus, et tuſſiendi finem faciant aegri.

82) Et in ſuae affectionis ſympathiam pulmones traheret.

83) Qui a tuſſi diuturna oriuntur.

84) Sed ſaepe maiorem calamitatem afferunt, vt in puerulis, ſi oboriantur in brachio.

NOTA.

a) Malim haec ita vertere: Sed fiunt etiam abſceſſus in teſtibus, quorum alios tuſſes, alios per ſe teſtes gignunt. Sed ex illis abſceſſibus, qui ex tuſſi fiunt, illi minus perfecte liberant, qui in ſuperna corporis parte oboriuntur.

XXII. Αἱμορῤῥαγίαι λαῦροι ἐκ ῥινῶν ῥύονται a) πολλαὶ, οἷον τὸ Ηραγορέω, ϑὴ ἐγίνωσκον οἱ ἰητροί.

Sanguinis larga e naribus profluuia plerumque ab interitu vindicant [85], vt fuit illud, quod Eragorae contigit, nec huius rei Medici erant ſcii, ſed inſolentes.

SCHOLIVM.

85) Cum materia eſt effera, et febris ardens; quamuis nulla pepaſmi ſigna praeceſſerint; tanta eſt enim vis excretionis, vt, cum materia eſt effera, per hanc ſolam ſalus affulgeat, licet pepaſmum non receperit.

NOTA.

a) πολλαὶ.) Ita reponere non dubitaui cum Mercuriali, aliisque fere omnibus, etſi Foeſius, qui tamen pariter πολλαὶ legendum eſſe ait, retinuit in textu σολλαὶ, vocem obſcuriſſimam, aut potius nullius ſenſus.

XXIII. a) Τὰς φωνὰς οἱ τρηχέας φύσει ἔχονται, καὶ αἱ γλῶσσαι ὑποτρηχέες, καὶ ὅσαι τραχύτητες ὑπὸ νόσων ὡσάυτως. Αἱ ἦν ἐῶσαι σκληραὶ τῇ φύσει καὶ ἄνοσοι τῶτ' ἔχουσιν. Αἱ δὲ μαλθακαὶ καὶ ῥᾳότεραι ἐς ἁμαρτωλίην, ἢ χρηςὸν.

Quibus natura voces ſunt aſperae [86], aſperas quoque linguas habent [87]: et quae aſperitates vocis et linguae cadunt in morbos [88], eodem modo fiunt. Ergo, quae ſunt natura durae voces et morbi expertes, ita ſe habent; contra, quae ſunt linguae molles [89] et tardiores, in vitio ſunt, non bene ſunt, niſi talis fuerit priſtina natura: ſed illa quoque attente conſiderare oportet, num id vitio [90].

SCHO-

SCHOLIA.

86) Temperamento et conformatione partium vocalium, et ratione materiae vocalis.

87) Siccitate illius tunicae, quam a vocalibus inſtrumentis, lingua ſuſcipit, modo afferri non poſſit excuſatio raucedinis, aut arteriae inaequaliter dilatatae, vt in iuuenibus, qui incipiunt hircire.

88) Calore febrili.

89) Vt in balbis, qui alui profluuio tentantur.

90) Diaetae contigerit, vt ebrietate.

NOTA.

a) τὰς φωνὰς.) Hunc locum ita vertendum exiſtimo: Quibus natura aſpera vox eſt, et linguae ſubaſperae ſunt, et quae alia ſolent aſpera eſſe, in iis haec etiam in morbis talia ſunt. Quae igitur dura vox a natura eſt, ea in morbo etiam talis eſt. Sed mollis vox facilioris in malum vel bonum mutationis notam exhibet. Itaque, cum quae a prima natura, tum quae viuendi genere acquiſita ſunt, conſiderari oportet. Taliaque ſunt, magna et oblonga capita, ac cervices, per magnas inflexiones, oblongae redditae, tum venarum amplitudo et craſſities, ab eadem cauſſa orta, earumque et anguſtiae et amplitudines, ac breuitates atque exilitates, a contrariis cauſſis. Et quibus, venae amplae, iis et ventres tales ſunt, et lata oſſa. Nam quibus venae amplae, graciles ſunt, qui contra pingues, iis venae exiles, et reliqua prioribus contraria. Huic loco per ſe admodum obſcuro, et intellectu difficillimo, interpretes ſpiſſiores fere tenebras obduxerant. Tentauimus, vt ex verſione patet, emendando, aliquid ad minimum lucis affundere, cuius rei nunc ratio reddenda eſt. Hippocrates monet Medicos, vt cognitum habeant, quae naturalia, ſi non vitia, tamen mutationes, in corpore hominis, ſint, ne, vbi morbus incidit, ea putent a morbo eſſe. Adducit autem exempla vocis, linguae, additque; καὶ ὅσαι τραχύτητες, quare haec coniunxi cum antecedentibus, et verba: ὑπὸ νόσων ὡσάυτως pariter coniunxi. Similiter de duritie partium dixit, eademque exempla profert, vultque et duritiem in morbo non debere Medicum terrere, vbi putauerim vocabulum ἄνοσοι mutandum eſſe in ἐν νόσῳ vel νόσοις, et iungendum ſequentibus, id tamen in textum recipere non auſus ſum. Contra non dubitaui in ſequentibus pro βραδύτεραι ῥᾳόνεραι ſcribere. Nam ſi aſperae durae e. g. linguae a natura, in morbo tales manent, et non mutantur, hisque op-

ponuntur molles, quis crediderit, Hippocratem ſcribere potuiſſe βραδύτερον, tardius mutari? Porro poſt χρηστὸν interpunxi, et ſcripſi, ἡ ἀρχαίη φύσις σκεπτέον, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν διαιτέων. Τὰ μακροκέφαλα caetr. Nam poſtquam de eo dixit, quod a natura eſt, pergit: et haec videnda eſſe, quae per vivendi genus, mutata ſint. Ἀρχαίη φύσις eſt, quam a parentibus habemus. Poſt verba: καὶ λεπτότητες deleui voculam: καὶ.

XXIIII. Ἡ ἀρχαίη φύσις σκεπτέον καὶ τὰ ἀπὸ τῶν διαιτέων. Τὰ μακροκέφαλα, καὶ μακραύχενα ἀπὸ τῶν ἐπικυφίων. Καὶ τῶν φλεβῶν ἡ εὐρύτης καὶ παχύτης, ἀπὸ τῦ αὐτῦ. Καὶ ξενότητες, καὶ πλατύτητες, καὶ βραχύτητες, καὶ λεπτότητες, ἀπὸ τῶν ἐναντίων.

Quae ſunt magno capite amplaque ceruice, inflexione ceruicis, ipſaque venarum amplitudo et latitudo [91] ab eodem [92]: Contra anguſtiae [93], craſſitudo [94], paruitas, exiguitas a contrariis [95].

SCHOLIA.

91) Thoracis et ſcapularum.
92) Scilicet innato calore, et ex potentia facultatis.
93) Scilicet thoracis, venarum.
94) Naturalis.
95) Nempe ex facultatis effectricis, et caloris natiui infirmitate.

XXV. Ὧν αἱ φλέβες εὐρεῖαι, καὶ αἱ κοιλίαι, καὶ τὰ ὀστέα εὐρέα. Εἰσὶ δὲ ὅτοι οἱ λεπτοὶ, οἱ δὲ πίονες τἀναντία τετέων.

Quorum venae latae ſunt [96], eorum quoque alui et oſſa ampla; atque illi ſunt graciles [97]: Contra, qui ſunt natura craſſi [89].

SCHO-

SCHOLIA.

96) Natura, non autem diſtentione, per ſanguinis ſuppreſſionem.

97) In graeco legitur λεπτοὶ, ſed male; legendum enim ἰσχνοὶ.

98) Infirmitate facultatis, et paupertate caloris natiui; et celerius moriuntur, quam graciles, et caſu et fato.

Καὶ ἐν τοῖσι λιμαγχικοῖσιν αἱ μετριότητες ἀπὸ τετέων σκεπτέαι, αἱ προσαυξήσεις ἑκάστῳ ἃ μεισθσι, καὶ αἱ μειώσιες ἃ προσαυξῆσι, καὶ τοῖσι προσάυξεσιν, ὁκοῖα συμπροάυξεται, καὶ ὁποῖα συγκρατύνεται, καὶ διασφάξιες ποῖαι κοιναὶ τῶν φλεβῶν. XXVI

Quibus inedia praeſcribitur, ineunte morbo [99], moderatio [100] ex iis [101]: Quinetiam non ſolius inſitae naturae, ſed aduentitiae ratio habenda; Conſiderandae, quae incrementis augeſcunt, et quae diminutiones adaugeant [102]; Et, dum incrementis augeſcunt, cuiuſmodi ſint, quae adaugentur, quaeque confirmantur, *a*) ipſarumque partium venae communes [103].

SCHOLIA.

99) Dum ſiccus manet.

100) Quae in aequali naturae ſtudio et pugna morbi conſiſtit.

101) Ex amplitudine, et anguſtia venarum.

102) Vt ſi extenuatio carnis amplas afferat venas.

103) Quae iis male affectis ſolent pertundi.

NOTA.

a) Haec melius ita Foeſius: Et venarum inter ſe diſtantiae et intercapedines. Nam ex his vtique corporis habitus et conſtitutio cognoſcitur. Vocabulum κοιναὶ forte ex praecedente ποῖαι natum eſt.

XXVII. Αἱ τῶν ὑτρων ῥήξιες, αἱ μὲν περὶ ὄβην τὰ πλεῖσα ἀσινέες τὸ παραυτίκα, αἱ δὲ σμικρὸν ἄνωθεν τῦ ὀμφαλῦ ἐν δεξιᾷ, ὀδυνώδεες ἄυται καὶ ἀσώδεες καὶ κοπριήμετοι, ὅιον καὶ τὸ Πιττακῦ. Γίνονται δὲ ἄυται ἢ a) ἀπὸ πληγῆς, ἢ σπάσιος, ἢ ἐμπηδήσιος ἑτέρυ.

Abdominis rupturae, quae ad pubem ſunt, maximam partem innocuae ſunt ſtatim, vbi inciderint [104]: Sed quae paulo ſupra vmbilicum dextra parte, dolorificae illae ſunt et faſtidii plenae, et cum ſtercoris vomitione coniunctae [105]; quale fuit, quod Pittaco contigiſſe vidimus; Ac fiunt illae vel ex ruptione, aut diuulſione, aut alterius inſultu.

SCHOLIA.

104) Id in enterocele perſpicitur.

105) Prolapſu et comprehenſione ieiuni inteſtini.

NOTA.

a) ἀπὸ πληγῆς) A plaga vel vulnere, a quo maxime herniae, ſi peritonaeum diſſectum, quod non coire obſeruatum eſt.

XXVIII. Ὅισι τὸ μεταξὺ τῦ ὑτρυ, καὶ τῦ δέρματος ἐμφυσᾶται, καὶ ὑ καθίσαται, τὸ τῶν χροιῶν ὅιον τὸ πολυχλώριον, τότε ἐκ λευκοχροίη, ὅτι ἀπὸ τῦ ὑπατος πᾶν τὸ τοιῦτον. Καὶ ἀπὸ τυτέων ὑπατικὰ νοσήματα ἐν τυτέοισι.

a) Quibus, inter abdomen et cutim, diſtenditur flatu hypochondrium, totumque abdomen, neque

neque quieſcit ea diſtentio [106], et coloris ita comparata eſt ratio [107], vt ſint pallore ſaturo quaſi ſuffuſi, et ex albido pallidi; quod quicquid eiusmodi eſt, ab hepate principia cauſasque ducit [108]; indeque in iis ita affectis hepatici morbi dicuntur [109].

SCHOLIA.

106) Purgatione, fotu, litu.

107) Contra naturam aegri, non ex ſuffuſione fugaci, ſed oeconomiae naturalis vitio.

108) Quod ſcilicet vel temperamento, vel ſubſtantiae vitio, vel obſtructione oeconomiam labefactat.

109) Vt hydropes, icteri, foedi colores, dyſenteriae quoque hepaticae.

NOTA.

a) Secundum graeca ita vertas: Quibus abdomen inter cutem et carnem flatu diſtenditur, neque conſiſtit affectus aut quieſcit, illis color ex albido admodum pallidus fit, quod quicquid cetr.

Καὶ ἴκτεροι οἱ ἀπὸ ἥπατος ἐς τὸ ὑπόλευκον, καὶ ὑδαταινόμενοι, καὶ οἱ λευκοφλέγματοι. Οἱ δὲ ἀπὸ σπληνὸς μελάντεροι, καὶ ὕδρωπες, καὶ οἱ ἴκτεροι. XXVIIII.

a) Quinetiam icteri ab hepate [110] ſaepe exiſtunt ſubalbidi et aqueſcentes [111], et leucophlegmatiae hydropes ſparſi [112]: Qui ſunt a liene [113], nigriores [114].

SCHOLIA.

110) Labefactato, tum veſiculae bilis obſtructione.

111) Id eſt, aqua ſuffuſi, vt pedes turgiduli, manus turgidae aquoſo oedemate.

112) In quibus impreſſi digiti manent veſtigia.

113) Id eſt, aut humoris melancholici nimietate, ipſius lienis infirmitate, aut vaſorum obſtructione.

114) Vt in foedis mulierum coloribus, consentiente hepate, et scirrho, per anadromen, concepto; vel hepatis vi labefactata, ab exhalatione frigida succi melancholici.

NOTA.

a) Et haec ita vertere malim: Et icteri, ab hepate orti, subalbidi coloris sunt, sicut et illi, qui aquam sub cute habent, et pituita alba laborant, contra nigricant magis, qui a splene, vel hydropes vel icteri, oriuntur. Atque in subalbidis et lenticoloribus, vlcera difficilius coeunt, et carne implentur, sed cutis cetr.

XXX. Καὶ αἱ δυσελκίαι τῶν ἑλκέων, τῶν ὑποφακωδέων, καὶ τὸ δέρμα καταῤῥήγνυται, καὶ τὰ χείλεα, ὅιος Ἀντίλοχος καὶ Ἀλέυας, τὸ ἀπὸ τῶν χυμῶν, τῶν ἐκ τοῦ σώματος τοῦ ἀλμώδεος, ὅτι ὑπὸ τὸ δέρμα μάλισα καὶ ἀπὸ κεφαλῆς, ὅταν ἀπὸ τοῦ πλεύμονος διαθερμαίνεται.

Quinetiam qui ex albidis et lentiginosis [115], cutis et vlceris labra rumpuntur ac diffinduntur, vt Antilochus et Aleuas laborauit, exudat humor quidam salsus, toto corpore diffusus; sub cutim diffunditur a capite, cum a pulmonibus incalescit caput [116].

SCHOLIA.

115) Copia seri, vlcera aegre sanescunt, humoris affluentis vitio.

116) Aut autumnali tempestate austrina.

XXXI. *a*) Τὰς ἀφορμὰς ὁπόθεν ἤρξατο κάμνειν, σκεπτέον, εἴτε κεφαλῆς ὀδύνη, εἴτε ὠτὸς, εἴτε πλευρῆ. Σημεῖον δὲ ἐφ' ὅισιν ὀδόντες, καὶ ἐφ' ὅισι βήβωνες.

Cau-

Cauſas et occaſiones, vndecunque aegrotare coeperint, cognoſcendum, ſiue capitis dolor, ſiue auris aut coſtae: *b*) Argumenta ſunt, quibus ſuperueniunt dolores dentium [117], et quibus glandularum tumores et inflammationes.

SCHOLIVM.

117) Aut per abſceſſum morbi, aut per deſtillationem ſecundum membranas, aut neruos, aut venas, aut arterias.

NOTAE.

a) Τὰς ἀφορμὰς) Quid ſit ἀφορμὴ optime exemplis declarare licebit. Quos e. g. febris prehendit, illi primum capitis dolorem percipiunt, aut ſimili malo afficiuntur. Hic capitis dolor eſt ἀφορμὴ, quaſi primus impetus, primus inſultus morbi, non cauſſa, ſed ſignum potius. Quare Hippocrates dicit: σημεῖον δὲ ἐφ' ὅτισιν. cetr.

b) Melius ita: Haec autem, tanquam ſigna, in aliis dentium morbos, in aliis glandularum in inguinibus tumores praecedent.

a) Τὰ γενόμενα ἕλκεα, καὶ κρίνοντα πυρετὸς, καὶ φύματα, ὅσοι τᾶυτα μὴ παρὰ γίνεται ἀκρισία. XXXII.

Vlcera, quae exiſtunt febrium iudicatoria, vt tubercula, quibus eiusmodi non ſunt [118]; ſiniſtri iudicii ſunt, aut nullius.

SCHOLIVM.

118) Vt iudicandi vim vllam habeant.

NOTA.

a) Τὰ γενόμενα.) His neque reſpondent latina, neque commodum ſenſum habent. Si orta ſunt vlcera, quomodo dici poſſunt, non adeſſe? Et quae non proueniunt, an illa diuerſa ſunt ab iis, quae intro ſubſiſtunt. παραγίνεσθαι hic non ſignificat adeſſe, ſed erumpere, progerminare. Nam Budaeus ex Theophraſto docet, dici de iis, quae ἐκφύονται. Quare cum φύματα figurate de puſtulis dicatur, idque hic praeceſſerit, apte admodum ab Hippocrate dictum eſt παραγίνεται. Verto igitur: Si quae vlcera et puſtulae fiunt, quae febres iudicare debent, neque vero perfecte erumpunt, et quaſi

quasi germinant, morbus non iudicatur, in quibus vero eadem ex parte intra subsistunt, in iis certissime morbus breui reuertitur. Inter ἐγκαταλάπεσθαι et μὴ παραγίνεσθαι hanc puto differentiam esse, si pustulae se manifestant, neque tamen παραγίνονται, nullum pus concipiunt, sed euanescunt. Si vero ex parte, (nam hoc supplendum est) ἐγκαταλείπονται, possunt παραγίνεσθαι, id est, germinare, pus concipere, et tandem, vt solent siccari.

XXXIII. Ὅσιν ἐγκαταλείπεται, βεβαιόταται ὑποσροφαὶ καὶ τάχισαι.

Et quibus morborum superstunt reliquiae [119], certissimae recidiuae et celerrimae.

SCHOLIVM.

119) Materia, et empyreuma.

XXXIIII. Τὰ ὠμὰ διαχωρήματα καὶ ὑγρὰ κέγχρος σεσεὸς, ἐν ἐλαίῳ ἐφθὸς, ἵσησιν, a) ὅιον τὸ ναυτοπαίδιον, καὶ ἡ Μυριοχάυνη.

Crudas deiectiones [120] et humidas milium solidum, aut sua gluma castratum, in oleo coctum, sistit.

SCHOLIVM.

120) Vt diarrhoeas ab humore seroso.

NOTA.

a) ὅιον τὸ ναυτοπαίδιον.) Haec vltima verba certissime ad hanc sectionem pertinent, adeoque addidimus cum reliquis interpretibus, atque vertendum est: Vt exemplo est nautae puer, et Myriochaune.

FINIS.

* *

INDEX.

A.

Abſceſſus in iis partibus excitatur, quae ante morbum laborarunt pag. 81
in teſte a tuſſi 435
oriuntur ad adipis colliquatione 83
tuſſiculares difficilis iudicationis 435
quales in febribus oriuntur? 430 ſeqq.
Abſceſſum curatio 65. 428
diſtinctio 430. 433
futurorum in febribus quae ſigna? 79 ſq.
Aceti efficacia 344
Acetum feminis non conuenit 399
Acrimonia humorum 181
Actiones partium corporis ſequuntur animi affectus 90
Aegri linguas peregrinas loquuntur 166
ſi in actionibus ſuis expediti 49. 51
ſi omnia bene ferunt, bonum. 54 ſeq.
Aeris magna vis in corpora animata 252
Aeſtas febres ardentes facit 419
veri ſimilis quid facit? 107
Aetatum morbi 27
mutationes ſubitae morbos faciunt 116
ratio habenda in diaeta 318
Aluum ſoluentia, qualia eſſe debent? 330
Aluus adſtrictae cauſſa 112 ſeq.
Amoris effectus 218
Angina duplex 82
vnde? 112
Anima quomodo regat corpus 205
Animalia cruſta tecta, qualem carnem habent? 231
Animi anguſtiae, per quas variae partes afficiuntur 88 ſeq.
Animi commotiones mutant colorem faciei 141
quae excitare poſſunt, euitanda in morbis 183 ſeq. 215 ſeq.
Animi impotentia 86
Anni temporum conditio variat morbi indolem 102 ſeq.
morbi 83. 98
partes ſeptem 99
Anodyna varia 30
ἄπεπτα et ὠμὰ in quo differant? 373
ἄφοδοι quid? 157
ἀφορμὴ quid? 443
Aqua et vinum inuicem ſumta, quid nocent? 330 ſeq.
Aquae frigidae et calidae perfuſio quando iuuat vel nocet? 93
paludoſae quid nocent? 236

INDEX.

Aquae quales morbos faciunt? 101 seq. 236 seq.
quando expectoratum promouent? pag. 405
quid nocent? 401 seq.
Ἄραδος quid? 292
Arbores putredinis expertes quae? 95
Aretaeus sine causſa a Wiggano emendatus 237
Arthritidis cum colico dolore consensus 137
Articulorum dolores tempestatum mutationes praenunciant 121
Jassitudo, si abscessus exspectatur 63
siccitas 71
Ascarides quando grauiter corpus affligunt? 420
Auditus grauitas 111 seq.
Aurium sordes 45 seq.
fluxus quid iuuat? 179
usus ib.
Austrina tempestas corpori duplici ratione nocet 244
Αὐτίκα quid? 307
Autumni et vesperae similitudo 421
morbi acutissimi ib.

B.

Balnei quatuor partes 408
vtilitas 406 seq.
Balneum non conuenit, si venter plenus 469 seq. 414
quibus morbis conuenit? 410
recte parandum est 406 seq.
Bilioſa corpora acetum bene ferunt, quod in oxymelite 398
diuersa sunt 379
melancholica fiunt 129
Bilis quomodo colorem mutat in ictericis 141
triplex est 344

C.

Calculus vnde? 101 seq.
Calor externus laxat 254
internus an hyeme maior? 229 seq.
Caloris febrilis reliquiae nullis medicamentis tentandae 196
Capilli quid indicant? 49. 51
Capitis grauitas 111 seq.
Caput magnum unde? 438
Carbunculus quid? 416
Catarrhi subtilitas 37
Causſae morborum duplices sunt 85
Chemica medicamenta naturae corporis non respondent 196
Chyli transitus per venas mesaraicas 229
Chylus, quomodo calorem excitat? ib.
Cibi accessio non conuenit in vigore morbi 348
de his detrahendum aliquid ante crises 67 seq.

INDEX.

Cibi etiam boni nocent non assuetis 349
exacerbant morbum, si mutari nequeunt 195
imbecilli qui? 108
liberalius assumti nocent 350
valentes 306 seq.
Clysterum vsus 157
Cnidii Medici non, nisi elaterium, serum et lac, dederunt 296
sententias de morbis scripserunt 268
triplicem errorem commiserunt ib.
Cocta per se variam inclinationem habent 9 seq.
purganda sunt 4. 8. 197
raro expelli debent 70
Coctio humorum in morbis quid sit? 9. 143
Collapsus corporis quid? 59
Color cutis alius stabilis, alius instabilis 2 seqq. 143
criticus vel symptomaticus 3
de coeli salubritate testatur 256
mutatur in morbis 186
sedes in corpore reticulari Malpighii 140
testatur de natura humorum 1. 127 140
variat pro varia conditione vasorum 140
variat secundum tempestates, aetates etc. 127
Communio partium varia 57. 185
Consuetudinis in cibo capiendo ratio haberi debet 295 seqq. 334
maxima ratio habenda in morbis 366
Cor neruos habet per intercostalem, a phrenico 227 seq.
Corpora, qualia a tempestatibus excipiantur, videndum 110
Corporum dispositio ad morbos 84 seq.
Corpus reticulare Malpighii cuti et cuticulae adhaeret 140
Crisis absolute posita, bona 301
in abortientibus, quae fiunt? 434
simplex quae? 302
variat 425
Cruda non purganda sunt 71
Crudum in morbis quid? 143
Cumini Aethiopici virtus 93
Curandi ratio varia 152
Cuticulae callus colorem parum mutat 140
dat pilis vaginam 147
Cutis abscessus varii 433
durities inter signa 49. 51
falsa 53
vlcera 442

D.

Decubitus causae 81
Deiectionum duo genera sunt 37
Deriuatio quid? 29
varia 28 seq. 152

Deriuationi medentes nimium tribuunt pag. 153
Diaeta, doctrinae de ipsa vtilitas 174. 285
duplex est 305
duplici sensu sumitur 267
etiam sanis non eadem conuenit 334
in aestate 120
in ea praescribenda, ad quae respicere oportet? 351
neglecta a Medicis, Hippocrate prioribus 273
qualis in morbis acutis 191. 194 seq.
susque deque habita 334. 345
tenuis, quae? 297
Diarrhoeam sistentia 444
Diuretica expectoratum non promouent 380
Dysentria duplex est 43
Dysuria 112

E.

Ἐγχύμωσις quid? 39
Effusa non intus reuocanda 30
Ἐκκεχυμωμένα quid? 156
Ἐκχύμωσις quid? 30
Elaterium quid? 270
Ellebori nigri et peplii diuersa vis 325
usus 17
Ἔνδοσις quid? 298
Ἐπίδοσις quid? ib.
Eruditorum morbi 210
Exanthemata interna 158
Excrementa biliosa quid nocent? 385
Excretio duplex 149
Excretiones criticae, quae paribus diebus fiunt, quae imparibus 75 seq.
quaenam malae? 75 seq.
quales bonae sunt? 73
spontaneae quomodo curandae? 27 seq.
Exercitia corporis vid. Motus.
Ἕξις quid 346
Expectorati facilitas quidnam indicat? 37
augetur ptisana 299
glutinosi curatio 308 seq.
Experiendi difficultas 13 seq.
Extimae partes quae? 50

F.

Faeces spumantes 43
harum varia indoles 43. 44. 47. seq.

INDEX.

Fames varia pag. 40
Febres ardentes vnde? 113 seq. 419
laborioſae abſceſſus faciunt in articulis et parotidibus 79
periodicae 426 seq.
putridae 113
ſudoris expertes 418
Figura corporis in morbis quid ſignificat? 35. 51. 160 seq
Fluor albus cur adeo frequens? 244 seq.
Fodinae, aura ex ipſis ſpirans quid facit? 10.
Fomenta ſicca 321
quae optima? 320 seq. 323
Frictionum diuerſitas 192

G.

Galeni Commentarii in Hippocratis librum de Humoribus an ſuperſint? 145 seq.
Galenus vias lacrymarum cognitas habuit 164
Gaudii inſoliti effectus 218
Genitura, de quibus teſtatur? 94
Glandularum ceruminalium primus inuentor 179
cutanearum qualis ſtructura et uſus? 179
inteſtinalium plura genera 168
Meibomianarum ſtructura 188
membranae narium 180
Grauidae octauo menſe abortientes 434

H.

Habitus corporis mutatus in morbis cur? 186 seq.
quando malum ſignum? 187
Haemoptyſis ſequitur ſanguinis fluxum ſuppreſſum 132
Haemorrhoides a quibus morbis liberant? 128
cohibitae morbos faciunt 129 seq.
nimis laudari ſolent 256 seq.
non ſemper curandae per venae ſectionem 133
quid? 131
raro bene cedunt corpori 257
Hambergeri doctrina de reuulſione examinata 153 seq.
Hepatis et lienis communio 239
Herniae abdominis 446
cauſſae 440
quomodo differunt? ib.
Hippocrates, duplicem humorem, in oculo ſecretum, cognitum habuit 188
emendatus, vel lectio vulgata aſſerta 149. 160. 163. 166. 169. 178. 183. 186. 188. 192. 201. 203. 204. 207 215. 234. 238. 240. 242. 243. 244. 245. 250. 261. 262.

Hippocrates emendatus, 272. 277. 287 ſeq. 298. 303. 313. 344 ſeq. 346, 349. 357. 364. 365. 374. 375. 384. 390. 395. 401. 415. 419. 425. 429 ſeq. 436. 437. 438
noue explicatus 150 ſeq. 152. 155. 162. 165. 176. 192. 193. 198. 200. 203. 206. 226 ſeq. 231. 232 ſeq. 234. 235. 240. 241. 246. 247. 248. 250. 252 ſeq. 259. 263. 264. 276. 278. 288. 312. 329. 345. 346. 356. 365. 374. 375. 401. 406. 409. 415. 418 ſeq. 420 ſeq. 422. 424. 426. 427. 432 ſeq. 435. 436. 439. 441. 442. 443 ſeq.
tentatus 155. 160. 165. 174. 182 ſeq. 193. 234. 247. 259 ſeq. 319. 349. 355. 433
Hordei facultates 291 ſeq.
Horror, quotuplex? 35
Humores, aliis temporibus alii efflorescunt 83
quid in iis conſiderandum? 344
Humor efferus 46
purgationem deſiderat ab initio 71
Humorum inclinationes quando malae? 145
quae? 149
ſynathriſmus 83
Hydrae Lerneae occiſionis qualis expoſitio dari poteſt? 236
Hydropes vnde? 125. 255
Hypochondrium, abſolute poſitum, dextrum 50. 175
in tumorem attollitur, quibus cauſſis 175
quaenam indicat? 174 ſeq.
ſignum 49 ſeq. 63
Hyſterica paſſio duplex 42
quid? ib.

I.

Iactatio corporis 35
Icterus ab hepate et a liene ortus, diuerſus 441
autumnalis 104 ſeq.
generatur per tempeſtates ib.
Ileus quid? 33
Imperiti, quando a plebe pro Medicis habentur? 280
Inedia, an ferri poſſit, ſpectandum 439
ferunt eam facile pituitoſi 347
in ea praeſcribenda, incrementi ratio habenda 439
noxae eius in non aſſuetis 335 ſeq. 341. 357 ſeq.
quo longior, eo periculoſior tranſitus ad cibationem 258 ſeq.
Infantes cur vlceribus laborant circa os? 245
Infirmitas in morbis, ſciendum vnde ſit? 365
Inflationis abdominis effectus 440
Ingenium, de quibus humoribus teſtatur 88
Inſania 432
Inſomnia ad ſigna morborum pertinent 54

Inteſtina duplici humore lubrica ſeruantur pag. 167
Inunctiones variae 192
Irae effectus 217 ſeq.
Iudicata curare licet, quando? 202 ſeq.
non curare licet 69
Iuuantium et nocentium neceſſaria conſideratio 52 ſeq. 61 ſeq.
Ἴξις, quid? 303

L.

Labor immodicus noxius 40
Lacrymae, an interdum in ſaccum tranſcolentur? 164
de harum viis ad nares, Veterum ſententia ib.
quae nobis inuitis profunduntur, quid ſignificant? 39
Lana ſuccida partus et menſes prouocat 93
Laterum vis ad venerem 228
Leges hydraulicae non ſemper ad corpus applicari poſſunt 154
Leprae, ex his licet tempeſtates praeſentire 121
Lienis tumor 84 ſeq. 239
ab aquae liberaliore potu 236 ſeq.
Linguae aſperae 436
Lipothymia et Lipopſychia 328
Liuoris et nigredinis diuerſitas 312
Loca ad purgationem commoda, quae? 6
Lumbrici quomodo curandi? 93
Lux mouet neruos vueae 224

M.

Mammae, de quibus teſtantur? 94. 430
Martiani error 162 ſeq.
Materia ἀνάῤῥοπος et καταῤῥοπος 67
turgens, quomodo curanda? 179. 436
Medendi ars cum augurali conuenit 285
difficultas 11 ſeq.
Medicamenta externa duplici modo corpus afficiunt 92. 221 ſeq.
ſi pauca ſufficiunt, optimum 269
Medici mire variant in diaeta praeſcribenda 284
admodum cauti eſſe debent 10 ſeq.
Melicratum coctum 391
dilutius quid? 389
huius et ptiſanae uſus 391
parandi ratio 388
praeſtat aqua 390
quando dandum? 297 ſeq. 315
valde vtile 384
Membranae ex muco parari poſſunt 169
Memoriae laeſio malum ſignum 40
Μεταβάλλειν, quid? 345
Metus, quid? 91
Moeror, in eius cura euacuantia non admittuntur 213
eius effectus 213. 219 ſeq.
quid? 91

Morbi, a liene intumeſcente pag. 85
a perſpiratione cohibita 179
ab aquilonea tempeſtate 112 ſeq.
ab auſtrina tempeſtate 111
alii eſſentiales, alii ſymptomatici 268
acuti, an ſemper cum his febris continua coniuncta? 279
cur grauidis funeſti? 15
plerosque homines tollunt 279
qualia medicamenta deſiderant? 302
qui? 277
congeniti 98 ſeq.
cutanei 433
hepatici 440
hyemales 107 ſeq.
in quibus euacuantia noxia 197
laborioſi, in his totum purgari debet 78
naturam indicant, quae ab initio excernuntur 58
per ſympathiam 57 ſeq.
peſtilentes 281 ſeq.
quae in iis notanda? 268 ſeq.
ſecundi iudicii 102 ſeq.
ſicci 50. 298
ſplenici 101 ſeq.
ſtatus, quid? 27
vernaculi vnde? 99. 102
Morborum differentiae vnde? 283
diuiſiones 273. 275 ſeq. 282 ſeq.
ideae reſpondent anni temporibus 100
inclinationes 24
ſpecies ac differentiae 98
Morum conſideratio neceſſaria 87
diſſimilitudo in morbis mala 40
Motus, effectus variant 209
nimius nocet 209
vtilitas quae? 209
Mucus, inteſtinorum variat cum glandulis 168
narium vnde? 180
Muſices effectus in corpore 224 ſeq.
Mutationes corporum per ſenſus externos 92. 233
morborum ſpontaneae 24 ſeq. 33 ſeq.
mutationibus opponendae 333
quae ſucceſſiue fiant, conſiderandum 87
repentinae nocent 340 ſeq. 366
vehementes potiſſimum morbos faciunt 116. 333. 347
vlcerum in morbis malae 188 ſeq.

N.

Narium haemorrhagia quid iuuat? 136. 436
humectatio 48 ſeq.

INDEX

Natura duplex pag. 343
etiam in morbis inclinationes ſuas ſequitur 234
quid? 143
Naturae hominum varie ſe habent ad anni tempora 118
ad regiones, diaetas cetr. 118
ſtudendum in curatione 16
praecipue in purgatione 72
Nerui arterias vbique, praecipue in facie, comitantur 141 ſeq. 187
imperium habent in arterias, ſed quale? 219
intercoſtalis et paris quinti nexus 222 ſeq.
intercoſtalis, vagus, aliique plexum peculiarem in collo faciunt 142
Neruorum liquidum ex corpore effluit 211
Neruus mollis auditorius an nexum habeat cum reliquis? 224
opticus an nexum habeat cum pari tertio et quinto 223 ſq.
phrenicus cum intercoſtali communicat 227

O.

Obſeruatio de lacrymarum viis 164
Oculi, quid in iis conſiderandum? 50. 63
Odores corporis in morbis 52
variarum rerum mutant corpus 184
Ὀδύνη inflammatio 313
Offa, quid nocet? 350
Oratio, vſus ad ſanitatem tuendam 211 ſeq.
nimis longa nocet 212
quomodo pulmones mutat? 211
Orgasmus, quid in eo faciendum? 46
Oris conſideratio in morbis 63
Oxymel flatus diſcutit, quomodo? 390
Oxymelitis diluti praeſtantia 397 ſeq.
parandi ratio 393
vſus 315. 392 ſeqq.
Oxyregmia duplex 53

P.

Palpitatio cordis 91
Paludes, vrbibus vicinae, exſiccari debent 263
Panis calidi noxae 350
Parotidum generatio 134
Paroxysmi periodici 67
Partus, an per moeſtitiam protrahi poſſit? 213 ſeq.
Pedes calidi, vel frigidi, quid ſignificant? 97 ſeq.
Perioſtii vſus 181
Perſpiratio Hippocrati nota 178
pulmonalis quanta? ib.
viſcerum maior cutanea 158 ſeq.

INDEX.

φύσις, quid? pag. 347
Pilorum defluuium 19
raritatem cutis indicat 147
Pinguedo non calefacit 230
Pingues venas anguſtas habent 438
Pituita vitrea 32. 48. 158
Plenitudo duplex 148
Pleuritis, eius curatio 321. 324
hac mortuos cur veteres pro ſideratis habebant? 14. 309
quando venae ſectione opus non habet? 261
Pleuriticis fomentorum uſus longus non conuenit 324
ptiſana conuenit 299 ſeq.
quando non? 308
Plinius an Hippocratis librum male inſcripſit de ptiſana? 268. 291
Pluuiae poſt diuturnum ſqualorem quid faciunt? 125
Pluuiarum diuerſitas 418
periodi 121 ſeq.
Πολυσχιδία quid? 275 ſeq.
Principia corporis tria 205
Prognoſis vtilitates 197
Prolapſus ad pedes 49 ſeq.
Προσεπιχέειν 340
Pruritus quid indicat? 39 ſeq.
Ptiſana ab initio morbi danda 332 ſeq.
acceſſio facienda quando? 297
detur vsque ad criſin 299
eius dotes 13 ſeq. 289. 292 ſeq.
eius vſus variat, prout integra, vel ſuccus, vel potio 314. 316
eius vtilitas 289. 291
non detur, niſi aluo ſubducta 304
non detur, ſi morbus ſiccus 388
qualis eſſe debeat? 300. 304
quando vtendum? 316
quomodo vtendum? 294 ſeqq. 358 ſeqq.
ſuperbibatur medicinae purganti 338 ſeq.
Pudoris effectus 218
Pulmonum vſus ſecundum veteres 178
Pulſuum doctrina non neglecta ab Hippocrate 176. 354
Puncta lacrymalia deſunt 164
Purganda, quae deorſum viam affectant 77 ſeq.
praeparari debent 396
Purgandum, ad animi deliquium vsque 73 ſeq. 199
quando ſurſum aut deorſum? 75 ſeq.
Purgatio, ad quae in ea reſpiciendum? 24 ſeqq. 150 ſeq.
aluina quibus vtilis? 22. 45

Purga-

Purgatio, debet variare ſecundum regiones pag. 150
deſiderat experientiam 12
facienda per loca commoda 4. 72
huius impedimenta 145
humorum, quando non conuenit? 2. 19 ſeqq. 71
in morbis iuuatur ptiſanae vſu 299. 330 ſeq.
ſpontanea 24 ſeq.

R.

Rationibus interdum curatio inſtituenda 191
Raucedinis cauſſae 437
Recidiuarum cauſſae 134. 444
certus ordo 134 ſeq.
Refectiones lente fieri debent, poſt euacuationes 255
momentaneae fiunt per neruos 222
Refrigeratio pedum prohibet curationem 64
varia 51
Regiones ab anni temporibus varie mutantur 100
Rete vaſorum ſub cuticula 140 ſeq.
Reuulſio, eius vtilitas 153 ſeq.
nimium laudatur a medentibus 153
varia 29
Rigor triplex 318
Rubor faciei vnde? 141 ſeq.
Ructus bonus vel malus 38

S.

Sacerdotes, cur olim muſicam adhibuerunt in curatione morborum? 225
Sanguinis fluxus non repente ſiſtendus refrigerando 46
per poros cutaneos 180
motus per hepar et lienem qualis? 239
via ad caput expeditior 187
Satietas duplex 40
Senaci ſententia de reuulſione examinata 153 ſeq.
Septum narium verſus alterutrum latus inclinatum 181
Siccitas 49 ſeq.
aquilonia et auſtrina 115
Siccitatis faucium indicium dat narium humor 173
ventriculi et inteſtinorum ſigna ſunt in vrina ib.
Signa iudicatoria vel iudicantia vel non 56. 427
morborum, qui in alias partes tranſeunt 131

Signa mortis inſtantis pag. 49 ſeq.
mutationum, quae in morbis fiunt 52
quaenam plurimum valent? 54 ſeq.
quorum ratio haberi debet 429
Signorum et cauſſarum quae harmonia? 272
ſimilitudo 190
tria genera 271 ſeq.
varia indicatio 428
Silentium, quid indicat? 41
Similitudo excretorum inter ſe 59 ſeq.
ſignorum inter ſe quid? 53
Singultus cauſſae 38
curatio ibid.
quid? ibid.
Σιτίον, faeces 315 ſeq.
Sitis ſignum perfectae vacuationis 48
Σῖτος alimentum et ſordes ſignificat 32. 307
Situs corporis 35. 51. 63. 160
erectus noxius 161
Somnus, diu protractus noxius 374
poſt paſtum 334. 342
varius quid indicat? 54 ſeq. 63
Sonus, an ſolum auditorium mollem neruum moueat? 224
neruos etiam cutaneos mouet ib.
Sorbitio, quando conuenit? 369
Spiritus turbidus 49 ſeq.
Spirituum diſſipatio 211
Sputa falſa 53
Sternutatio critica vel ſymptomatica 39
Stimulis quantum tribuendum? 216
Subſtantiae ſpongioſae in membrana narium, quae vtilitas? 180
Sudores in febribus 107. 418
non ex glandulis 179 ſeq.
Suffocationes vterinae 94
Symptoma triplex 84
Syncope quid? 328

T.

Tabidi non purgandi 19
Tangae quid? 434
Tarantulae morſus curatur per muſicen 224 ſeq.
Tecmarſis quid? 271
Tempeſtatum praedictio ex morbis 121. 252
Temporum viciſſitudines 27. 109 ſeq. 423

Terroris effectus pag. 216 seq.
Testes laesi, respirationem laedunt, cur? 227
saepe latent in infantibus in inguinibus ib.
tumidi a tussi 430. 435
Timor, eius effectus 217
quid? 90
Τιμωρία quid? 314
Τομή, Venaesectio 329
Torminum diuersitas 47
vnde? 171
Tremores vnde? 51
Tristitia quid? 91
Tunicae ventriculi et intestinorum, an cum faecibus excerni possiunt? 169
Tussis absessus facit 81 seqq.
siccae caussae 87

V.

Vacuatio apud Hippocratem duplex 294 seq.
insignis caute praescribenda 359 seq.
intempestiua noxia ib. seq.
Vacuitas viscerum purgationem interdicit 147 seq.
Valuularum in intestinis vsus 188
Vapores coenosi inter caussas morborum 101
Varices 432
Variolarum sedes quae? 156
etiam in internis partibus 158
Vasa absorbentia an Hippocrates diuersa crediderit ab exhalantibus? 157
Vasorum numerus in senio minor 232 seq.
Vellicationes quid indicent? 40
Vena Caua superior angusta et fibris robustis instructa 142
facit aliquid ad ruborem faciei ib.
Portae cum arbore comparatur 229
Venaesectio in pleuritide qualis? 324 seq.
vtilis, quando? 324 seq. 327 seq.
non in omni haemoptysi adhibenda 133. 261
praecedere debet purgationem 18
quando ad animi deliquium vsque continuanda? 199
Venarum amplitudo vnde? 438
distantiae 439
Venter plenus hydriae similis 96
terrae similis 95
Venti morbos faciunt 101 seq.
variant et periodos habent 122
vim habent in corpus humanum 243 seq

INDEX.

Venus nimia quid nocet? pag. 228
Ver ſaluberrimum 423
Verecundia quid? 91
Vermes autumno potiſſimum nocent 420
Vermis ſolitarius 159
Viae variae, a natura paratae, pro excernendis inutilibus ſuccis e corpore 144 ſeq.
Vicinia partium in morbis conſideranda 57
Vini differentiae ab Hippocrate expoſitae 378
dulcis noxae 379
vires 376 ſeq. 381
Vinum meracum 342
ὀλιγοφόρον 390
quale nocet μεγαλοσπλάγχνοις? 389
quando conuenit? 297 ſeq.
vinoſum vtile 381
Vis vitalis maior requiritur ad vulnus noua carne implendum, quam ad nutritionem 189
viua in partibus eſt, a qua variae mutationes 155
Viſcera a natura, vel laxa vel ſtricta 150
variant excretionem humorum 150
abdominis, quomodo ſuffulciuntur? 346
ſuſpendi videntur ab inedia 335. 346
vacua purgationem non ferunt 20 ſeq.
ſymptomata 21. 335. 346
Viſus noxae 211
Vlcera glabra in ore et pudendis 111. 244
pulmonum purgationem non admittunt 147
Vlcerum criticorum ratio 443
Vlcus inteſtini recti 32
Voces aſperae 436
Vocis mutationes in morbis, quid? 40
harum cauſſae variae 51
Voluulus quid? 33
Vomitus, quando praeſcribi poteſt? 16. 36
quibus conuenit? 22 ſeq.
Vrina liberat ab abſceſſu 135
ſignum iuſtae purgationis 49
Vrinae mutationes in morbis 38 ſeq.
ſuppreſſio 39.
Vterus dat ſigna variarum mutationum 94
Vulnus in crure, quomodo tractandum? 362
quid? 61

LIPSIAE
AERE BREITKOPFIANO.

ER-

ERRATA
potiora ſic corrigenda.

Pag. 19. lin. 27. catarrhi. p. 28. l. 17. ῇ. lin. 20. ἐκπλύνεται. p. 63. l. vlt. πομάσιν. p. 67. l. 20. προσθεσίων. p. 73. lin. 6. ποιήσης. p. 78. l. 19. et 28. catarrhopis. p. 84. l. 23. οἴόν τι. p. 90. lin. vlt. ἀπὸ. pag. 92. l. 8. τάδε. p. 100. l. 15. ἂν. p. 111. lin. 16. πάσχειν. p. 121. l. 23. προγινώσκειν. p. 144. l. 2. ὅπη. p. 158. l. 2. σῖτος. p. 162. l. 16. τῇ. p. 177. l. 5. ὠφελέοντα. p. 194. l. 7. ἀφαιρέειν. p. 195. l. 17. φαρμακίῃσι. pag. 206. l. penult. ὅ, τι. lin. vlt. οἵόντι. p. 241. l. 19. ἀνυδρίης. l. 20. ἐπιψεκάσῃ. pag. 246. l. 5. τινὸς. p. 251. l. 1. ὠρέων. l. 5. τινὲς. p. 252. lin. penult. praeſtiterit. p. 287. l. 6. νεῦρον. p. 299. l. 4. ἀρῆσθαι. p. 319. l. 4. ἄλγημά τι. p. 325. l. 16. οἶδα, ἔστιν. p. 330. l. 4. τινὰ. p. 358. l. 3. τάυτας. p. 367. l. 12. δὲ. p. 368. l. 2. ἐκείνως. p. 375. l. 3. ἐκεῖνος. p. 384. l. 27. διψῶδές. p. 390. l. 23. μᾶλλον. p. 397. l. 4. τάυτῃ. l. 5. τάυτας. p. 406. l. 30. et p. 411. l. 13. ἔσι.

2240